

PURCHASED
FROM THE INCOME
OF THE FUND GIVEN TO
THE PUBLIC LIBRARY OF
THE CITY OF BOSTON BY
JOSIAH HENRY BENTON
1843-1917

E. L. GOTT, DEL. 1878

A. S. DOWNER, SCULPT.






a good edition

see Brunet

ΑΙΣΩΠΟΥ ΜΥΘΟΙ



FABVLAE AESOPICAE



ΑΙΣΩΠΟΥ ΜΥΘΟΙ
FABVLÆ AESOPICÆ

QVALES ANTE PLANVDEM FEREBANTVR

EX VETVSTO COD. ABBATIAE FLORENTINAE

NVNC PRIMVM ERVTÆ,

LATINA VERSIONE NOTISQVE EXORNATAE


CVRA AC STVDIO

FRANCISCI DE FVRIA

BIBLIOTH. LAURENTIANAE AC MARVCELLIANAE PRAEFECTI

ET GRAECARVM LITTERARVM PVBL. PROF.

PARS I.



FLORENTIAE

TYPIS CARLIANIS

M. DCCC. IX.

64

809

Benton

5-6-65

003

AMPLISSIMO DOCTISSIMOQVE VIRO
IOANNI IAC. TRIVULTIO

FRANCISCVS DE FVRIA

FELICITATEM.

Quod dudum votis omnibus exoptaveram, ut si quando opus aliquod meis curis laboribusque confectum prodiret, illi sane dedicaretur, qui liberalia studia non solum coleret et aestimaret, verum etiam suo foveret praesidio, munificentia iuvaret, doctosque viros ad praeclara quaeque capessenda suo incitaret exemplo, id mihi feliciter contigisse gratulari merito possum, dum in Te unum, Trivulti optime atque doctissime, oculos mentemque converti, cui primos mearum lucubrationum fructus consecrarem. Nil profecto iucundum magis, nil magis optatum et opportunum mihi unquam poterat evenire, quo melius ac plenius eximias animi tui dotes, egregiasque virtutes, apud omnes possem praedicare: quae quidem tales ac tantae sunt, ut nulla unquam aetas de tuis laudibus conticescat. Quantum enim semper de litteris sis optime meritus, non patria solum, sed et Italia

tota, exteræque regiones agnoscunt; quæ quidem omnes uno ore Te celebrant, tuamque doctrinam summa cum honestate atque magnanimitate coniunctam admirantur. Et merito quidem: urbem enim tuam, quæ semper magnorum virorum parens acATRIX fuit, novis semper ornamentis illustras, magnisque præpositis præmiis, iuventutem omnem ad ingenium præclaris artibus excolendum impellis. Tu enim ille es, qui Maiorum tuorum vestigia premens, magnificis tuis in aedibus novum Musarum et Minervæ domicilium locasti, doctisque omnibus patere voluisti. Tu Bibliothecam omni genere et copia librorum instructissimam immensis sumptibus condidisti, Tu Museum preciosis antiquitatis reliquiis refertissimum publicæ utilitati dicasti, ita ut Regum splendorem atque magnificentiam quodammodo æquare videaris. Quis enim permultos Codices atque eximios, summo studio a Te undique conquistos, quis pretiosa volumina, quis picturas, quis signa, scæptasque caelatasque gemmas, ac cetera erudita monumenta, quibus aedes tuas exornasti, digne poterit enumerare? O terque, quaterque beatus, quod sacris in his adytis, una cum caro amico tuo Rosminio, viro egregio atque doctissimo, Phoebi Musarumque Sacerdos continuo immoraris, tuumque generosum pectus magis atque magis virtutibus auges! Et o utinam ingenii tui opes aliquando prodirent, et elegantissima illa carmina, quæ,


non prius audita, tanta cum venustate duxisti, optata tandem frui luce permitteres! Tunc mehercule exterae gentes in hoc etiam haberent aliquid, quod Italiae inviderent. Quid cessas ergo? Quid diutius differs? Macte animis, precor, modestiaque tua publicis votis cedat, atque patriae communis splendori.

Quae quum ita sint, mirari profecto non debes, si tuo nomini meas hasce lucubrationes inscribere ausus sim: bene enim sapienterque Aristides ille, summus Orator, aiebat, Deos templis, doctos viros libris esse honorandos. Praeterea, quid aptum magis, quid magis idoneum Tibi offerre poteram, hoc praesertim tempore, quo cum incomparabili suavissimaque Coniuge, in liberorum institutione totus incumbis? Haud ignoras, Vir doctissime, Aesopicas Fabulas ad sapientiam, virtutesque universas comparandas, prodiisse; scis enim quantum ex hoc leni docendi simul et delectandi instituto, adolescentium animi alantur, atque regantur. Huiusmodi autem Fabellarum nomen tanti apud veteres etiam fuit, ut celebratissimi quoque viri hoc studium tractare, et Apologos concinnare non indignum reputaverint. Socrates enim, ut alios plures tum veteris, tum nostrae aetatis omittam, Socrates, inquam, qui merito hominum sapientissimus semper est habitus, Aesopi Fabulas tanti fecit, ut ipsas etiam versibus includere non sit adspernatus. Veteres praeterea puerilem institutionem a legendis scribendisque huiusmodi Fa-

bulis auspicabantur, ita ut qui non eas evolvisset, indoctum omnino atque rudem iudicarent; persuasum quippe illis erat, per has adolescentium animos strenue informari, atque iam a teneris ad virtutem mirifice posse perducī.

Hud igitur indignum ac futile iudicabis, si Aesopicas hasce Fabulas tuo nomini sim ausus nuncupare: dum enim dulces nati, spes alta patriae atque parentum, domesticis exemplis atque praeceptis ad magna excitantur, in hisce, Te docente, tanquam in speculo, totius vitae cursum inspicere poterunt, atque ad iustitiam, prudentiam, ceterasque sorores virtutes inflammari, ut patriae tandem vestrisque votis respondeant. Quod sane eventurum confido: bonis enim et fortibus fortes creantur, probique mores nulla unquam vi possunt removeri.

Accipe igitur primos hosce studiorum meorum fructus, tenues quidem, sed fortasse meliores aliquando futuros, si aequis haec oculis adspicere non dedignaberis. Ita Deus Optimus Maximus Te tuaque diutissime servet, et auctet, ad maiorem urbis tuae, atque Italiae totius ornamentum. Vale.

 Dabam Florentiae ex Bibliotheca Medicea
X. Kal. Iulias. Anno M. DCCC. VIII.

PROLEGOMENA



Tandem aliquando, benevole atque erudite lector, Aesopicae Fabulae, quales ante Planudem ferebantur, et in celebratissimo ac vetustissimo Florentino Codice Biblioth. Monachorum Casinensium, alio stilo conscriptas, atque ab editis longe diversas, adservari Bernardus de Montfaucon elapso iam saeculo litterarum cultoribus nuntiaverat, Phoebis Musisque faventibus evulgantur. Has autem doctissimus ille vir tanto in precio habuisse perhibetur, ut simul ac inspexit, iam tum edere statuerit, et a Salvino, cuius familiaritate maxima utebatur, earum (1) ἀπόγραφοῦ datis litteris expostulaverit. Sed ipse gravioribus curis, studiisque distractus, quod animo conceperat explere non potuit, et intactum hunc agrum, ut ita dicam, seris nepotibus exercendum reliquit.

Nunc vero quamplurimi fortasse mirabuntur, quid sit, quod ego, qui neque aetate, neque ingenio sim cum Cl. Montfaucon, totque aliis nostra aetate viris clarissimis comparandus, huic operi manum admoverim, tantamque materiam sumere non dubitaverim. Sed profecto mirari desinent, si tantum animadverterint, ias suum unicuique esse ingenium exercendi, atque ani-

(1) Vid. eius Epist. ad A. M. Salvinium in *Symbolis Litterar.* a Gorio editis, Vol. II. pag. 198.

num huiusmodi studiis recreandi. Nemo autem tam inurbanus, aut tam rudis atque ἀμouσος esse poterit, ut haec vitio vertere, atque indecora audeat iudicare. Quisquis est enim bene a natura comparatus, quae a ceteris ad rei litterariae splendorem praecipue augendum curantur, aequo semper animo accipere debet, et si quid in illis inconditum, si quid inornatum offenderit, id humani ingenii levitati potius referre, quam insectando, atque acriter vituperando, omnium miserrima perfrui voluptate.

Quum autem, candide lector, te ab istiusmodi moribus abhorrere perspectum habeam, tecum proinde liberius agam, atque in ipso huiusce operis limine, nonnulla pro re atque opportunitate praefabor. Antequam vero de huiusce Editionis consilio atque ratione loquar, haud absolum erit de Aesopo, ac Fabulis, quae eius nomine circumferuntur, nonnulla disserere: turpe enim esset de re aliqua pertractare, nisi prius quid ea sit exponeremus.

I. Aesopum inter praecipuos antiquitatis Sapientes merito esse recensendum, omnes quidem uno ore fatentur; is enim a laudatissimis Graecis scriptoribus summis laudibus frequenter exornatur, nempe ab Herodoto, Platone, Aristotele, Plutarcho, ceterisque, de quorum auctoritate nemo sanae mentis unquam poterit dubitare. Si tamen patriam, si aetatem quaeras, dubia omnia atque incerta reperiēs. Sunt enim qui ex Cotyaeo (1), sunt qui ex Armorio (2), vel Amorrhaeo,

(1) Const. Porphyrog. de Them. lib. I. et Suidas in voce Αἰσωπος.

(2) Auctor Vitae Aesopi, perperam Planudi Monacho tributae.

Phrygiae oppidis, ortum dicant, nec desunt qui Thracem(1), aut Samium, aut Sardianum, aut Mesebrianum, aut Lydum fuisse contendant(2): quod facile dictum fortasse fuit, quia nimirum diu in illis regionibus est commoratus. Ceterum Phrygia natum pluribus constat, ignotis quidem obscurisque parentibus, sed facile servis, nam et Aesopus, ut Menippo, Phaedoni, Epicteto, aliisque Philosophis clarissimis contigit, ipso ab ortu servus fuit, ac primo quidem Xantho(3) cuidam Lydo Philosopho, dein vero Iadmoni, civi Samio, a quo demum manumissus libertatem obtinuit(4). Nonnulli autem Athenis quoque serviisse Aesopum tradiderunt, nempe Demarcho, cognomento Charasiae(5). Quisquis autem ille fuerit, satis tamen constat, Aesopum ob praecipuas animi sui dotes libertatem consequutum, multa discendi docendique causa loca peragrasse, eiusque famam adeo in Graecia percrebuisse, ut Corinthi Convivio Septem Sapientum interfuerit(6), et cum Solone(7) consuetudine ac familiaritate maxima sit iunctus. Croesus eo tempore, beatissimus ille atque ditissimus Rex Lydiae florebat, qui viros philosophos summis honoribus prosequabatur, suaque in regia, tum ex finitimis, tum e longinquis regionibus convocabat. Apud hunc

(1) Scholiastes Aristoph. in Vesp.

(2) Suidas in voce *Αἰσωπος*.

(3) Scholiast. Aristoph. in Vesp.

(4) Idem ibidem.

(5) Aphthonius in Aesopi Vita, quam in calce Progyrn. retulit. Sed Cod. Casinensis in quo eadem Vita occurrit, habet *Τιμάρχω τῷ καλουμένῳ Κουρσία*.

(6) Plutarch. in Conv. Septem Sapientum.

(7) Idem in Vita Solonis.

Aesopus quoque (1) maximo in pretio habitus fuit, tantaque ingenii et sapientiae suae praebuit argumenta, ut merito scitissimus sit iudicatus, et a Rege plurimis atque gravissimis in rebus suis de consiliis interrogatus. Quum autem Delphos a Croeso missus esset, ut Apollini ingentem pecuniae summam, victimasque suo nomine offerret, a civibus sacrilegii fraudulenter accusatus fuit(2), et de rupe Hyampia, vel Phaedriade (3) praecipuus datus, ignobili, atque omnium iniquissima morte miserrime periit: quo scelere Apollo vehementer iratus, pestilentiam in Delphos immisisse dicitur, nec prius illos ab ea calamitate liberasse, quam summum scelus indictis supplicationibus expiassent. Verum multa aequae fabulosa atque incerta sunt.

II. Quanta autem fides habenda sit iis, quae in vulgata Aesopi Vita enarrantur, per se quisque, dum eam tantum inspexerit, dignoscere poterit. Tot enim, ac tantis scatet erroribus, tot anachronismis absurdisque commentis referta est, ut apocrypha, ac proinde fide prorsus indigna, vel a leviter eruditis haberi debeat. Quis enim emunctae naris esse poterit, qui monstrosam illam Aesopi deformitatem (4) legens non stomachetur? Quis

(1) Suidas in voce.

(2) Plutarch de sera numinis vindicta, Suidas in voce, et Scholiast. Aristoph. in Vesp.

(3) Suidas in voce φαιδριάς.

(4) Id facile derivatum ex eo, quod de Aesopo narrat Stobaeus in Sermon. Ο αὐτὸς ὀνειδίζομενος, ὅτι χαλεπήν ἔχει πινὸν ὄψιν, ἔφη· μὴ μὲ τὸ εἶδος, ἀλλ' εἰς τὸν νοῦν πρόσσεχε. Sed ab hac deformitatis iniuria eum liberat Richardus Bentleyus, in *Dissert. de Fabb. Aesop.* gravissimis veterum scriptorum testimoniis adductis, quae heic referre longum esset.

putidas fabulas, quibus tota adpersa est (1), turpesque illas narratiunculas, atque ineptissima inter Xanthum, Aesopum, atque Discipulos colloquia non repudiabit? Praeterea contraria sunt, ac inter se maxime pugnant, quae ibidem enarrantur, Aesopum ex. gr. Croeso regnante vixisse, et simul aequalem Lycero, ignoto Babylonis, et Nectenabo Aegypti Regi fuisse, quem nemo ignorat fere CLXXX. ann. post Croesum exstitisse. Esuriens ac stultus Graeculus aliquis libellum hunc, quem Aesopi Vitam inscripsit, facile concinnavit: qui quidem nonnullas veras narrationes ex antiquis scriptoribus de Aesopo collegit, nempe Xantho cuidam philosopho serviisse, peram gestasse, ex Eustath. in X. Odyss pag. 785. consuetudinem cum Croeso habuisse, ac Delphis interfectum; at cetera omnia ab ipso inventa sunt. Xanthum inducit, Lydum quemdam aut Samium civem obscurissimum, quem philosophum vocat, licet nomen istud Aesopi aetate nondum cognitum fuerit. Fingit praeterea, Xanthum hunc, quemadmodum Plato et Aristoteles solebant, iuvenum coetus habuisse, quos σχολαστικὸς vocat, ignoto etiam Aristotelis tempore vocabulo. Et quoniam mos erat veterum philosophorum, inter conviviorum pocula nonnullas quaestiones proponere, idem fingit stupidus iste Aesopi Vitae consarcinator, et quae a Plutarcho in Convivio Septem Sapientum narrantur, aesopici graculi ad instar, sibi sumpsit, atque in suam historiam transtulit, ut ex. gr. quaestionem ab Aethiopiae Re-

(1) Quales sunt ex. gr. de aedificatione turris, quae neque coelum, neque terram attingeret, de equabus, et aliae, quas taedium esset referre.

ge Amasidae Aegypti Regi propositam, *quomodo ebiberet mare*; et illud, quod Amasias Aegypti Rex fecit, qui victimam ad Biantem miserat, iubens, *exemptam ex ea optimam ac pessimam carnem sibi mittere*; et ille linguam exsectam ad Regem deferri curavit: quae omnia in Convivio Septem Sapientum apud Plutarchum leguntur, et monstrose ab Aesopicae vitae auctore foedata sunt.

III. Falso itaque huiusmodi Vitae auctor Planudes (1) hucusque habitus est; qui quidem si eam scripsisset, non ludicrarum fabularum more, sed probatissimam, vel saltem castissimam concinnasset. Maxima erat enim eius viri doctrina, summa cum honestate coniuncta; quod aperte quoque colligi ex Gesneri testimonio potest, qui de insigni Epigrammatum collectione ab eo adornata disserens, eum tradit ex illorum numero plura omisisse, quod impura essent, atque castis auribus non convenirent (2). Praeterea illud quo-

(1) Maximus Planudes, Monachus Constantinopolitanus, clarus Andronici Palaeologi senioris tempore fuit, a quo ad Venetos ablegatus est cum Leone Orphanotropho anno 1327. ut ex Pachymeris Histor. lib. IX. Altius de Consensu pag. 841. adnotavit, vivebatque adhuc anno 1353. Quae ad eius vitam, et opera pertinent, vide apud Fabricium. In eadem vero Biblioth. Casinensium Monachor. Florentiae exstat Codex chartaceus Saeculi XIV. in quo varia continentur, inter quae τὴ σοφωπάτη Μαξίμου τὴ Πλανέδου διάλογος περὶ γραμματικῆς. Τὰ πρόσωπα Νεόφρων, καὶ Παλαίτιμος, qui ineditus est, teste Fabricio.

(2) Gesnerus Biblioth. Vnivers. His adde, quod in pluribus Codicibus, ut Laurentian XXX. Plut. LVII. et XXII. Plut. LVIII. et Ambrosian. A. 59. in quibus illa Vita exstat, quam Planudi vulgo asserunt, nullum auctoris nomen apparet.

que mecum animadvertite . Florentini Codicis aetas, tum characteris figura, tum ceteris litterarum ductibus, quibus vetera scripta dignosci solent, ad initium Saec. XIII. procul dubio est referenda. In eo vero Graeca Aesopi vita Fabulis praemittitur, quae (1) licet aliquanto longior sit edita, ab eaque, verbis praecipue, maxime differat, easdem tamen fabulas, easdemque narratiunculas continet, quae in vulgata leguntur. Planudes autem quum Saec. XIV. ineunte floruerit, quis non videt illius auctorem minime esse potuisse? Quisquis itaque ineptissimae huiuscemodi Vitae auctor fuerit, is certe videtur sequioribus saeculis vixisse, quando nimirum Graeci homines, sine nugis et ineptiis vix quidquam scribere adgredebantur. Quae quum ita sint, eam hinc omnino reiiciendam putavi; in nova hac enim Fabularum Aesopiarum collectione adornanda, non infantulis aut aniculis, sed doctis atque eruditis Graecarum litterarum cultoribus praesertim consulere volumus.

IV. Quae nobis autem veteres scriptores, iique probatissimi, suis in libris de Aesopo nostro tradiderunt, tam pauca sunt, ut vix ex illis aliquid certi de eo affirmare possimus. Hinc qui de Aesopo scripserunt in diversa abiire: nonnulli enim eum unquam existisse omnino negarunt, affirmantes, Aesopum eundem esse ac Locmanum, sapientem illum Fabellarum auctorem, cuius in

(1) Ita inscribitur ac incipit. Βίος τοῦ πανθαυμάτου Ἀισώπου. Οὐ κατὰ πάντα τὸν βίον βιωφελέςατος ἦν Αἴτωπος, τῇ μὲν τύχῃ γέγονε δόλος. κ. τ. λ. Sed glossa marginalis antiqua habet melius, Ὁ κατὰ πάντα τὸν βίον γυνόμενος βιωφελέςατος Αἴσωπος, οὕτως τῇ μὲν τύχῃ κ. τ. λ.

Corano suo mentionem fecit Mohammedes (1). Et sane plura quidem, quae de Locmano feruntur, cum iis, quae de Aesopo vulgo narrantur, apprimè conveniunt. Fuit enim Aesopus, ut scurrilis eius Vitae auctor tradit, acuminato capite, pressis naribus, prominentibus labris, nigro vultu, collo depresso, ventrosus, distortis cruribus, varicus, et incurvus. Nec multo absimilis Locmanus iste fuisse perhibetur, cuius (2) historiam

(1) Sura, seu Cap. XXXI.

(2) Ea est huiusmodi: *Fuit Locman filius Bauri filii sororis Job, vel filius materterae eius, et dicitur fuisse ex filio Azar, (hic fuit pater Abrahae) et vixisse mille annos, et attigisse aetatem David faustae memoriae, et accepisse ab eo scientiam. Exercebat autem, ut fertur, Jurisprudentiam, antequam mitteretur David, sed postquam missus est, destitit ab ea exercenda. Cum vero huius rei ratio ab eo quaereretur, respondit: Nonne contentus esse debeo, quando iam mihi satis est? Quidam dicunt fuisse Iudicem filiorum Israel. Plerique vero conveniunt, eum fuisse sapientem, non tamen Prophetam. Auctore autem Ebnabas, Locman non fuit Propheta, neque Rex, sed fuit pastor nigri coloris. Contulerat autem ei Deus vim, et gratiam in verbis, et praeceptis eius: propterea Alcoranus meminit illius, ut retinerentur praecepta eius. Acrama, et Sciabiensis dicunt, eum fuisse Prophetam. Addunt alii, cum data fuisset illi optio, sive Prophetiae, sive Sapientiae, eum elegisse Sapientiam. Et habetur ex Ebnolmosaieb, eum fuisse nigrum ex nigris Aegypti, et Sartorem, seu Sutorem. Mogiahed asserit, illum fuisse mancipium nigri coloris, crassis labiis, pedibus fissis. Alii volunt fuisse fabrum lignarium, alii pastorem. Fertur, eum consuevisse quotidie portare fascem lignorum domino suo. Ex eodem auctore habetur, illum dixisse cuidam, qui eum fixis oculis intuebatur, Si vides me habere labia crassa, scito tamen ex illis egrèdi sermonem subtilem; et si vides me esse facie nigrum, scito tamen me habere cor album. Ferunt hominem quendam assedissee iuxta eum, eique dixisse: An non es tu, qui pascebas mecum oves in tali loco? Respondit: Ego ille sum. At ille, quid pervenire fecit te ad id, quod video? Re-*

Zamchascerius, celeberrimus Corani interpret, enarrat, ex qua Marraccius Corani editor et confutator, Locmanum hunc eundem ac Aesopum esse contendit, ut Casirius (1) etiam arbitratur.

V. Verum ego Cl. Marraccii pace dicam, non ea tanti videntur, ut Locmanum eundem esse ac Aesopum convincant. Quae enim de eo ab Arabicis Corani Commentatoribus, Zamchascerio, Gelalio, quae ab Ismael Ebn-Aly, atque a Bedavio, aliisque traduntur, adeo puerilia, adeo absona ac stulta sunt, ut nec minimam sibi fidem vindicare posse videantur (2). Quis vero tam ine-

spondit Locman: vera dicere, et tacere ea, quae mihi prodesse non poterant. Dicitur illum venisse ad David, dum occupatus esset in texenda lorica: iamque Deus molle fecerat ei ferrum, sicut lutum. Voluit ergo Locman interrogare eum: et ingressa est in eum Sapientia, et tacuit. Cum autem David lorica absolvisset, induit se illa, et dixit: Quom pulcrum indumentum ad praelium! Quid tibi videtur? Respondit Locman: Silentium est Sapientia: et pauci sunt, qui observent illud. Tum dixit illi David: iuste nominatus es sapiens. Fertur etiam praecipisse ei dominum ipsius, ut mactata ove extraheret ab ea duas optimas partes eius. Ille vero extraxit linguam, et cor. Deinde praecipit ei post aliquot dies, ut iterum mactaret ovem, et extraheret ab ea duas pessimas partes eius. At ille extraxit similiter linguam, et cor. Interrogatus vero de hac re, respondit: Haec duo optima sunt, cum bona sunt: sed sunt pessima, cum mala sunt, inter partes ovis. Refert Said filius Mosaieb, illum dixisse cuidam nigro, qui de sua nigredine tristabatur: Ne tristeris, quia tertia pars hominum meliorum est ex nigris. Ferunt nomen filii eius fuisse Anaam: sed Calcbius vocat illum Ascam. Habetur etiam tam filium, quam uxorem eius fuisse infideles. Sed ipse non cessavit commovere, et hortari eos, donec religionem Eslamiticam amplexi sunt etc. Confer haec cum iis, quae in graeca Aesopi vita narrantur.

(1) Catalog. Biblioth. Escorial.

(2) Hos vid. apud Marracc. in Corani Not. ad Sur. 31.

ruditus, aut tam rationis expers esse poterit, ut eorum auctoritatem, cum Herodoti, Platonis, Plutarchi, ceterorumque gravissimorum Scriptorum, qui de Aesopo mentionem fecere, auctoritate conferre audeat? Satis quidem omnibus compertum est, quanta non solum in patriis, sed etiam in Graecis Latinisque historiis enarrandis Orientales ineptiant, quorum ingenium est omnia pervertere, ac veris falsa remiscentes, non historias, sed ex iis ioculares fabulas concinnare (1).

VI. Non negaverim tamen, Aesopi nomen, quod Lydiam, Phrygiam, Aegyptum pervaserat, apud illos quoque pervenisse, ipsosque proinde, ob singularem eius doctrinam atque sapientiam, Locmanum Alchakim, idest *Sapientem κατ' ἔξοχὴν* appellasse. Locmani autem Fabellarum liber, quem omnium primus Cl. Th. Erpenius edidit, licet eosdem fere Apologos contineat, qui in Aesopo leguntur, nil tamen facit, ut Locmani antiquitati credamus, quam quidem remotissimam fuisse Arabes auctores tradunt. Nam et Erpenius de Locmani sui proprietate plurimum dubitavit, ipsumque libellum potius neoterici alicuius esse credidit, qui illum ex Aesopo, aliis-

(1) Testis Alexandri Magni Historia a Narzamo Samarkandaeo conscripta, cui titulus *Escander namah*, in qua omnia ficta, ac miraculo propria narrantur, quorum materia cum ex Pseudocallisthene, tum ex portentosis Graecorum recentiorum Commentariis desumpta sunt. Idem dicendum de alio eiusdem auctoris Opere *Haft Beicar*, idest *septem fontes* inscripto, quod continet vetustiorum Persiae Regum historias, sed ita, ut nequidem nomina, multo minus fabulosae narrationes ullam habeant cum Graecis Latinisque historicis monumentis similitudinem.

ve compilaverit, quando Arabes Graecis scriptoribus vertendis operam dabant, regnante nimirum Al-mamone, qui adeo litteras ac praeclara studia fovit, ut penes illos eo tempore ad summum fastigium pervenerint.

VII. Ceterum adeo invaluit opinio Aesopum ab Oriente petendi, ut alii quoque cum Marraccio et Casirio eandem sententiam defenderint, quos inter Hirtius atque Boullangerus sunt praecipue recensendi, quorum alter Ienae primum, mox Wittembergae Theologicae facultatis Professor, Dissertationem in Actis Academ. Elector. Moguntinae Tom. I. pag. 583. edidit, in qua enixis argumentis probare conatus est, Locmanum omnium primum Fabularum moralium inventorem esse, Fabulasque, quae nunc Aesopi nomine circumferuntur, a Graeco quodam homine e Locmani Apologis versas fuisse. Alter vero, nempe Boullangerus, non eandem tantum sententiam gessit, sed et alias quoque in Dissertatione (1), quam de Aesopo Mythographo edidit, suo ex ingenio proposuit: quarum quidem haud absonum nec iniucundum erit heic specimen aliquod proferre, ut, quale sit hominis ingenium, qualis in iudicando sollertia, dignoscatur.

VIII. Is itaque Marraccii nostri, nec non Hirtii vestigia sequutus, Aesopum eundem ac Locmanum fuisse contendit, eo vel maxime fretus, quod Aesopi atque Locmani nomen idem significare videatur. Vox enim Locman, ait ille, apud Arabes, *Sapientem* (2) sonat, et idem prorsus

(1) *Esope Fabuliste.*

(2) Falso id asserit Boullangerus: nam Locman est a verbo *lacàm*, quod significat *viam obstruit*, et alia,

XII

Aesopi nomen significat, si pro *Αἴσωπος* scribamus *Ἀθσωφος*, quod sane a voce *σοφός*, cum *α* epitatico, ut vocant, derivatur, idemque est ac, *sapientissimus*. His brevi expeditus, perpendit deinde, quam de causa factum sit, ut Graeci pro *Ἀθσωφος*, *Αἴσωπος* scripserint, et quamobrem huic voci, *ἄ* Aethiopsis, idest, *faciem perusti*, significationem tribuerint. Nec mora rationem reddit, id ex eo derivatum fuisse aiens, quod nomen illud originem ducens ab *αἴθω*, *ardeo*, et *ὤψ*, *facies*, primitus quidem scribebatur et pronunciabatur (1), *Αἴσωφος*, vel *Ἀθσωπος*, ac postea, unius et alterius literulae amissione, *Αἴσωπος* dictum fuit. Hinc Graeci Aesopum modo Aethiopem, modo Phrygem fecerunt, quia nimirum dictiones *Αἰθίοψ*, *Φρυγός*, et *Φρύγιος*, apud illos non modo gentium nomina sunt, sed etiam, *facie perustum*, atque, *torrefactum solibus*, significant. Nec hisce contentus, aliam quoque Aesopi nominis Etymologiam ab Oriente deducit, nimirum a voce *Ha-Tsopheh* (2), quae vetustis-

sed numquam notionem verbi *sapere* praesefert. De Locmano autem fuse tractant Gol. Gramm. Arab. 1. et 185. Pocock. Spec. hist. Arab. 36. 58. Abulphar. Hist. Dynast. 33. 51. et alii.

(1) Plurimum Etymologiis nititur Boullangerus, et saepe saepius ad ridicula quoque descendit. Exempli gr. in Dissertatione de *Elia* et *Enoch*, qua probare conatur septem primos Patres ante Diluvium nihil aliud esse ac septem coeli Planetas, ita de Adamo loquitur, „Adam, *ruber* significat; Sol eiusdem est coloris; ergo Adam est idem ac Sol. Dii boni!

Quis tam ferreus ut teneat se?

(2) Et heic graviter lapsum Boullangerum puto: hac enim voce *Ha-Tsopheh*, celeberrimam illam, quae in sacris Bibliis occurrit, designare fortasse voluit, nempe *Tsaphnat Phanech*, qua Pharao Iosephum *κατ' ἐξοχήν*

simā orientis lingua eum significat, qui ea quae videt secum attente meditatur. Ita et Graeci huiusmodi viros σοφούς appellabant, quae denominatio deinde a Pythagora, quod vana nimis ac superba videretur, immutata fuit, et ex illo, qui σοφοί dicebantur, φιλόσοφοι appellati sunt. Hoc pacto Boullangerus a voce Ha-Tsopheh, σοφός deducit, eademque ab origine Aesopi nomen derivatum affirmat (1). Lycerum praeterea Babylonis Regem, apud quem Aesopum maxima cum fama commoratum fuisse narrant, eundem esse ac Cyrum illum celeberrimum Persarum Regem, arbitratur, ac Cyri nomen in Lycerum commutatum ab imperito quodam Locmani vitae Graeco Metaphraste, qui quoties in arabicis scriptis invenit, *le Cores*, hoc est τῷ Κύρῳ, *Cyro*, ipse imprudens, *Lycerum*, fecerit (2).

IX. Deinde vero Locmani genealogiam, qualem scriptores Arabes ferunt, serio perpendens,

appellavit. At hoc vocabulum, Aegyptiacum certe aut Coptum, *Vatem*, vel *Augurem* significat, aut eum, qui futura, et abscondita aperit. Vide Kircher. Prodrum. Copt. Cap. V.

(1) Nec monstra hisce minora in ceteris Boullangeri operibus inveniuntur. Videndus est Gabriel Fabricy *Des Titres primitifs de la Revelation*, Romae 1772. Vol. I. in Praef. pag. CLXXVII. qui praecipuos eius errores egregie confutat.

(2) Iam observavimus quantum ἀναλφαβήτως haec Aesopi Vita scripta sit. Proinde nil mirum si inter Babylonios Reges Lyceri nomen non inveniatur. Constat autem aliunde Babyloniorum Regum nomina varie a variis appellari, ut ex. gr. Rex *Laborosoardach*, qui est *Darius Medus* Danieli, Megastheni est *Nabonidochus*, qui quidem Cyri, Croesi, et Aesopi tempore floruit; (Vid. Helvic. Theatr. Histor. pag. 60.) unde forsitan stolidus illius Vitae auctor in errorem lapsus est, *Nabonidochum*, pro *Nectenabo* sumens.

eam usque ad Iosephi tempora deducit, et quadam nominum similitudine captus, Locmanum eundem esse contendit ac Iosephum illum, apud Hebraeos adeo sapientia celebratum. Quod postquam enixis argumentis probare conatus est, non tamen Boullangerus acquiescit, sed comparatione inter Locmanum et Salomonem constituta, ipsum Salomonem esse confirmat: quam sententiam mordicus tenet, eo praesertim, quod nonnulla, quae de Locmano scriptores Arabes narrant, cum iis quae de Salomone praedicantur, apprime convenire videntur. Ferunt illi Angelum Locmano, dum adhuc in servitute erat, in somnis missum fuisse, eique nunciasse, quod Deus universae terrae imperium ei donare decreverat; sed ipsum, solo sapientiae munere contentum, id recusasse: quapropter Deus singularem illius modestiam admiratus, hominum sapientissimum reddidit. Atque haec profecto cum vulgatissimo (1) Salomonis somnio egregie conveniunt. Arabes praeterea tradunt, Locmanum hunc librum quemdam de Sapientia scripsisse: eiusdemque argumenti opus Salomon etiam edidit. Denique, ut omnes Boullangeri sententias uno verbo comprehendam, quum maxima inter Aesopi, Iosephi, Locmani, et Salomonis res gestas similitudo esse videatur, hinc ille affirmare non dubitat, Aesopum, ut eius verbis utar, nullum alium esse, nisi Hebraeorum Iosephum apud Xanthum, Samios, Lyceram, et Nectenabo; ac Iosephum contra pro nullo alio esse habendum, nisi pro Aesopo apud Paaraonem Regem Aegypti.

(1) III. Reg. 3. 5.

X. Verum ego, Boullangeri venia dicam, quidnam ille in tanta sententiarum farragine sibi voluerit, nullo modo intelligere possum. Qui enim fieri potest, ut Locmanus, quem primo eundem ac Aesopum esse contenderat, deinde omnibus susque deque conversis, atque remixtis, modo Iosephus sit, modo Salomon fiat (1)?

*Credite, Pisones, isti tabulae fore librum
Persimilem, cuius velut aegri somnia, vanae
Fingentur species: ut nec pes, nec caput uni
Reddatur formae.*

XI Ex his itaque plane colligitur, Aesopi nomen tanta ac tam obscura vetustatis caligine esse circumvolutum, ut quidquid de eo recentiores senserint, ad rem abstrusissimam atque intricatissimam evolvendam, parum profecto profuerit. Quapropter omnis quidem sanae mentis ea tantum de Aesopo tenere debet, quae ab antiquis, iisque probatissimis, scriptoribus, quales sunt

(2) Nec desunt, qui Aesopi fabellas cum Fabulis Baïdabae, seu Bidpai confundant, vel ab iis derivatas existiment. Sed falso: Bidpai enim Opus, *Colaila et Damna* inscriptum, quod Indico sermone primum compositum, deinde in Arabicum, Persicum, Syriacum, Turcicum, Graecum, Hebraeum, Latinum, Italicum, Gallicum, Germanicum, et Hispanicum translatum est, Liber est Ethicus et Politicus, quo per Fabulas atque Apologos miro artificio contextos, et a bestiis et volucribus, quas auctor loquentes inducit, enarratos, humani mores instituuntur, et malitia, fraudes, hominumque in vita communi, atque in aulis principum potissimum stultitia describuntur. Ceterum hae fabulae nil commune aut simile cum Aesopicis habent. Exactissimum autem huiusce Operis iudicium, aetatem, Auctores, Interpretes, versiones, editiones, vide apud Cl. Assemanum *Biblioth. Medic. Orient. Catalog.*, p. 140. et apud Freytag. *Apparat. Litterar.* Lipsiae 1755. T. III. pag. 106.

Herodotus, Plato, aliique permulti (1), tradita sunt, quorum quidem testimonia quanto Arabum narratiunculis, et recentiorum coniecturis anteferenda? Et quidem egregio consilio eorum monumenta colligens Cl. Meziriacus, omnium primus elegantissimam Aesopi Vitam (2) Gallico idiomate contexuit, quae sane, utpote a viri κριτικωτάτης ingenio profecta, maximo in pretio habenda est.

XII. Quod autem Fabulas spectat, quae nunc Aesopi nomine circumferuntur, illas quidem non scripsit, sed voce, sive ore tenus solum Aesopus tradidit, ut doctorum hominum plerique putarunt. Omnes autem huiusmodi Fabulae Aesopiae vocantur, non quod Aesopus omnium prior fabularum inventor fuerit, (Homerus (3) enim, Hesiodus (4), et Archilochus (5), aliique nonnulli qui

(1) Memoratur etiam Aesopi nomen in celebri illa ac pervetusta Inscriptione Sigca, de qua vide Chishul, Placentinum, et Lantium in laudatissimo opere, cui titulus: *Saggio di Lingua Etrusca*. T. I. Par. I. pag. 105.

(2) Edita est Bourg en Bresse 1634. 16. sed inserta etiam exstat in *Memoires de Litterature de Mr. Sallengre*, gallice conscripta, et latine reddita ab Ioh. Godofred. Hauptmanno praemittitur Aesopi Fabb. Lipsiae editis 1741. 8.

(3) Theon. *Progymn.* περί μύθου.

(4) Ita recte legit Colomesius in *Opusc.* pag. 222. et pag. 223. ad Gyraldum, non *Aeolus*, ut est in prima Theonis editione. Neque vero Fabularum, quae Aesopo tribuuntur auctor fuit, aut singulari quodam opere Apologos scripsit Hesiodus, ut recte Fabricius observavit, licet apud Plutarchum in *Convivio Septem Sapientum* legas, Aesopum se se Hesiodi discipulum iure profiteri posse, propter fabulam de *Accipitre et Luscinia* apud Hesiodum in *Εργαίς* v. 202. et seqq. et Quinctilianus lib. V. cap. 2. neget Fabulas originem accepisse ab Aesopo, sed videri primum auctorem earum Hesiodum.

(5) Hermog. in *Progymn.*

ante ipsum florere, eas tractasse videntur, et Connis (1) Cilix, et Thurus Sybarita, et Cybissus ex Libya, a nonnullis tamquam Fabularum auctores memorantur), sed quia Aesopus illis praecipue usus sit. Qui autem de vero puroque Graecae linguae nitore optime poterant iudicare, illum in hisce Apologis ut plurimum deesse monuerunt. Et sane quotquot ad hanc usque diem prodire, licet fere omnes festivissimi sint argumenti, omnes tamen *χρδαίω* sermone, stiloque non satis eleganti conscripti sunt, ita ut omnino eam aetatem praeseferant, qua graecus sermo in peius ruere coeperat. His adde, quod plurima quoque in hisce enarrantur, quae nullo modo ad Aesopi tempora referri possunt. Ad Epimythia vero quod attinet, eorum quidem plurima non solum nullam vetustatis notam praeseferunt, sed etiam saepe saepius a Fabularum sensu quam maxime discrepant: nonnulla a veterum Philosophorum effatis, nonnulla etiam ex sacris litteris desumpta sunt; ex quo plane colligitur, huiusmodi Epimythia a Graecis hominibus sequioris aevi, Monachis praecipue, pro suo arbitrio iis adiecta fuisse. Si quis itaque de Aesopicarum Fabularum, quae nunc exstant, origine recte vellet pronunciare, fateatur oportet, earum nonnullas ab ipso tantum ore traditas, nonnullas ab aliis in Aesopi morem fuisse concinnatas. Genuinae tamen, sive ore traditae, sive iam ab aliquo in unum collectae, exstasse videntur, Alcaei, Aristophanis, Platonis, Aristotelis, aliorumque veterum scriptorum aetate, qui nonnullas suis in scriptis inseruerunt. Sed quae in editis hucusque Collectionibus habentur, illae

(1) Theon loc. cit.

XVIII

quidem genuinam vetustatem atque integritatem amiserunt; eas enim partim temporum iniuria abolevit, partim aliorum imitatio atque interpolatio immutavit, et saepe saepius foedissime quoque corrupit. Sed et Sophistarum in artis Rhetoricae praeceptis tradendis consuetudo plurimum impedimento fuit, quo minus integrae atque emendatae ad nos usque pervenirent. Ipsi enim, ut adolescentes proposita argumenta variis sententiis et verbis referre assuefacerent (1), iis Aesopicas Fabulas, in quibus se exercerent, proponebant. Ita Plutarchum (2), ita Nicostratum (3), Aphthonium, Theonem, ita ceteros fecisse constat, qui suis in Praeexercitationibus nonnullos Aesopi Apologos ideo retulerunt, ut dicendi artis studiosis specimen aliquod variatae orationis ac stili mediocris exhiberent. Omnium autem primus, quantum scire potuimus, Socrates Philosophus fuit (4), qui Aesopeas Fab. versibus comprehendere conatus est. Deinde Demetrius Phalereus, teste Laertio in *Demetrio*, fecit *λόγων Αἰσωπέων Συναγωγὰς*, quae forte in suo genere primae fuerunt, quae scripto mandarentur, et bene conscriptae cum venustate et sale; sed hae ad nostram aetatem non pervenere, et quae nunc

(1) Id manifeste liquet etiam ex Prisciano, qui Aphthonii *Praeexercitamenta Rhetorica* excerpens, ubi ille de Fabula loquens eam refert, quae in graeco textu est de *Cicada et Formicis*, Priscianus aliam affert huiusmodi. *Nunc* (fabulae) *narratione simplici proferantur, nunc etiam sermo inductis fingatur personis, ex causa; Simiae convenerunt, et consilium habuerunt de urbe condenda etc.*

(2) Suidas voc. *Δάμπριος*.

(3) Hermogenes Edit. Genev. 1614 pag. 506.

(4) Vide Plat. in *Phaedone*, Plutarch. de *audiendis Poetis*, Laert. in *Socrate*.

exstant, forte ab illis, et a Babrii opere processerunt. Nec defuere apud Graecos, qui Aesopeas Fabulas elegis versibus, nec non hexametris scriptas ederent, ut ex Suida passim colligitur, qui earum fragmenta retulit in voc. Δύη, Αἰπεινή, Ἄδην, Ἀκηδής, Στυφελή. Hinc factum, ut amplissima Aesopicarum Fabularum Collectio, quam Babrias, seu potius Babrius, qui ante Augusti tempora vixisse videtur, versibus choliambis sive scazontibus concinnaverat, sensim obsolesceret, ac denique omnino periret. Fuit is enim qui omnium primus, graecis choliambis, ut Suidas (1), Avienus (2), et Tzetzes testantur, Aesopi Fabulas, quotquot ad suam usque aetatem pervenerant, in duo volumina redegit (3). Hunc autem apud Latinos subsequuti sunt Melissus (4) et Phaedrus, qui etiam earum partem aliquam in quinque libros retulit, nec non Iul. Titianus (5), ac demum Theodosio imperante Festus Avienus, qui de earum numero quadraginta et duas tantum elegiacis versibus explicavit. Deinde et alii plures post renatas litteras exstitere, qui elegantes Apologos, vel ex communi Aesopico fonte, vel suo ex ingenio, in Aesopi morem composuerunt, quales sunt Absternius, Faernus, Barptolemaeus Scala (6),

(1) Voc. Βάβριος.

(2) Epistol. ad Theodosium suis Fabb. praemissa.

(3) Longe hic est diversus a Gabria, qui singulas Fabb. quatuor pravis iambis comprehendit. Longe melior Babrius, quem egregium Poetam fuisse satis testantur eius duae Fabulae integrae servatae, nonnullaque eius fragmenta, a Suida allata.

(4) Vide Heinsium ad Ovid. IV. ex Ponto El. ult. v. 30.

(5) De hoc vide Ausonium Epist. XVI.

(6) Huius centum Apologi hactenus inediti in Bibliotheca Laurentiana servantur, Plut. LIV. Cod. 3. quorum

Leo Bapt. Albertus (1), Camerarius, aliique, quos heic referre longum esset. Illud tamen est observandum, quod Itali homines non solum omnium primi latino sermone Apologos concinnarunt, sed etiam (2) patria lingua ac versibus incluserunt, ita ut merito de hoc quoque Itala tellus se iactare possit. Iam enim ab anno 1479. Accius Zuccus Veronensis, nonnullas Aesopi Fabulas, totidem italis carminibus, quae nos vulgo

specimen heic exhibeo. XIV. CONIVGIUM. *Hymenaeus, quem graeci nuptiis praefecerunt Deum, quum et ipse tandem ad coniugium animum appulisset, Voluptatem duxit uxorem. Ea mulier fuit elegantissima forma, et toto fere orbe admodum nobilitata. Quum dies iam adesset nuptiarum, inter omnes ferme, qui advenerant cum Iove, Deosque et Deas, Curae quoque cum sua pompa atque ornatu comparuerant. Eas Rex convivii Bacchus admissis ceteris exclusit foribus. Ex eo ergo die acerbiores inter se Curae cum Hymenaeo gerunt inimicitias: quae etiam vindictae avidae quum conspirassent, atque armassent Lites secum et Iurgia, Levitatem item atque Incontinentiam et Egestatem, facto globo tandem irruerunt. Victus autem ad postremum Hymenaeus accepit leges, ut eodem etiam secum lecto cubent.*

(1) Huius quoque centum Apologi inediti exstant in selectissima ac preciosissima Riccardiorum Bibliotheca, Cod. 717. quorum specimen heic affero. *Aegre ferebat pila caedi alapis pervolvique luto, et nullo posse loco consistere. Incudi contra, subsidere continuo ictibus acerbum erat. Cum homine idcirco egere, ut posteaquam esset huiusmodi rebus veluti deus, qui posset varias elargiri formas, incudem in pilam, pilamque in incudem verteret. Hae res, inquit homo, vobis non conveniunt: sed si iuvat, ex incude ligones, rastros, atque bidentes efficiam. Malo, inquit illa, pristinam amplitudinem et gravitatem servare; ac tibi quidem, pila, consulo, malis pervolando atque persiliendo homines in ludo et admiratione tui detinere, et esse quod sis.*

(2) Aesopi Fabulae prosa oratione ab Italis, ac praecipue ab Etruscis Sacc. XIV. saepe versae sunt.

Sonetti vocamus, expresserat, et antequam Phaedri Fabulae vulgarentur (1), centum et quinquaginta Caesar Pavesius octonis carminibus ediderat, quem subsequutus est Marius Verdizzottus, qui vario carminum genere centum Fabulas et iose publici iuris fecit; qui quidem non solum Aesopicas nonnullas imitati sunt, verum etiam plurimas, easque elegantissimas, suo ex ingenio invenerunt (2).

XIII. Quod autem ad memoratam Babrii Collectionem spectat, illa quidem Saeculo XII. integra adhuc fortasse servabatur; Ioannes enim Tzetzes, qui tum temporis floruit, unam Fabulam de Gallis ex fatali illo naufragio servavit, et a Tzetze eandem retulit quoque Natalis Comes, ac altera de Hirundine et Luscinia in fine Gabriae tetrastichorum servatur (3). Ex hoc autem Babrii opere Tyrwhittus existimavit (4), Collectiones omnes Aesopiarum Fabularum, quas

(1) Editae sunt primum a Pithoeo an. 1596.

(2) Galli, Angli, Germani quoque suos *Μυθολογάρους* habuere; sed omnes ab Aesopico fonte aliquid hausserunt, ipso nec celeberrimo Fontainio excepto, qui non solum plurimas Aesopi Fabulas ex Collectione Planudea gallicis versibus expressit, sed alias etiam nonnullas a veteribus, nec valde notis Interpretibus latine tantum redditas, est imitatus. At vero fatendum, Italos homines ceteras gentes in hoc quoque scribendi genere superasse. Non solum enim plurimi post renatas litteras festivissimas Fabulas, et Apologos leporis plenos edidere, uti Scala, Albertus, Faernus, Absternius, Poggius, sed et recentiores quoque in eo summa cum laude se exercuerunt, quos inter praecipue recensendi, Robertus, Bertola, Passeronius, de Rossi, Pignottus, Clasius.

(3) Alia Babrii fragmenta refert Suidas in voc. *Ἀρθμὸν Ἐξθόρε*, et alibi.

(4) Vid. Dissertationem de Babrio, Lond. 1776.

hodie habemus, ceu communi e fonte defluxisse, atque sequioribus Graeciae temporibus, a diversis, nec satis eruditis, varie versas, et saepe in prosam resolutas fuisse, pro suo lubitu varia adiungentibus, atque ut plurimum depravantibus. Et sane Babrii choliambos earum plurimae adhuc redolent, praesertim nonnullae quae in Neveletana Collectione (1) leguntur, quod etiam ante Tyrwhittum Richardus Bentleius viderat, qui non pauca choliamborum Babrii fragmenta in Fabulis Aesopeis iam tum editis mixta deprehendit, ut videre est in eius Dissertatione Londini edita (2), in qua de hac re amplissime pertractavit. Nec minora huiusmodi carminum vestigia in hisce quae a nobis nunc evulgantur Fabulis passim occurrunt, in iisque praesertim, quas Vaticani Codd. suppeditarunt, ut legens per se quisque facile videre poterit.

XIV. His animadversis monendum quoque est, quod omnes Fabulae, quae Aesopi nomine hactenus vulgatae sunt, ex tribus potissimum MSS. exemplaribus processere: unde triplex Collectio facta est, Accursiana scilicet, Stephaniana, Neveletana. Prima nomen obtinuit a Bono Accursio Pisano, qui omnium primus, ut Cl. Harlesius refert (3), Aesopicas Fabulas quasdam ante annum 1479. vel aliorum iudicio 1480. circiter Mediolani edidit, et Io. Francisco Turriano Quaestori Ducali inscripsit, cum versione latina Ri-

(1) Fabb. 165. 166. 243. 261. 293.

(2) Hanc Dissertat. cum nonnullis aliis in Latinum ex Anglico sermone vertit Io. Daniel a Lennepe, et Groningae edidit an. 1777.

(3) Vid. eius *Introduct. in Histor. Ling. Graec.* Tom. 1. Sect. II. Altemburgi 1792. 8.

nutii, seu Ranutii Aretini, eaque princeps editio Graeca fuit, ex qua Aldina, et Basileenses plurimae emanarunt. Antea enim latine tantum apud Italos Aesopus circumferebatur, a plurimis eius aetatis doctissimis viris e graeco sermone conversus, Valla nimirum, Omnibono Leonicensi, Guarino (1), Bartholomaeo Iustinopolitano, Ranutio (2), Aenea Sylvio, aliisque (3), quorum versiones a doctis memorantur. Anno vero 1546. Lutetiae Parisiorum ex officina Roberti Stephani alia Collectio prodiit, continens Aesopi Vitam, et Fabulas plures et emendatiores, graece tantum, atque ex vetustissimo Codice Bibliothecae Regiae depromptas; in qua quidem Collectione, ut laudatissimus Harlesius testatur, mihi enim hanc Editionem videre nondum contigit, quum Fabularum ordo a prioribus editionibus omnino discrepat, tum etiam novae Fabulae

(1) Testis est Angelus December in *Politia Litterarum*. De ceteris vide Mittarellum in Catal. Bibl. S. Michaelis prope Murianum.

(2) Dictus est etiam Rynucius Thettalus, et Remicius, unus enim idemque homo est, eiusque nomen in lucem extulit Card. Quirinus in sua ad Francisci Barbari Epistolae *Diatriba*, nec non in *Epist.* ad Schelhornium missa, quam videre est in Freytagii *Apparatu Litterario* Vol. III. pag. 785.

(3) Exstabat etiam multo ante hoc tempus, et frequens in scholis erat versio quaedam latina versibus elegis expressa, incerto auctore; a nonnullis enim Lucio cuidam Accio, a nonnullis Romulo, vel Romalio tribuitur, nec desunt qui Gualtero, qui Bernardo, nec non qui Saloni Parmensi tribuant. De hac veteri, sed valde inepta ac barbara Aesopi interpretatione, vide quae habet Lilius Gregor. Gyrardus *Dialog. V. de Poetar. Historia*, Tom. II. *Oper. Basil.* 1580. pag. 223. nec non Frideric. Gotthilf Freytagius, *Apparat. Litterar.* Tom. I. Lipsiae 1752. pag. 63.

circiter viginti, non omnes simul adiectae, sed sparsim diversis locis insertae sunt(1). Tertia demum Fabularum Collectio, eaque omnium antea actarum uberrima, Neveletana dicta est, ab Isaacio Nicolao Neveleto, qui prioribus illis Fabulis 149. quae ex Accursiana Editione propagatae fuerant, novas addidit 148. ex quinque Codd. MSS. Bibliothecae Palatinae a se primum erutas, et latine redditas, brevibusque notis ad calcem illustratas, parenti suo Petro Neveleto Doschio, amplissimo viro, nuncupavit, semet ceteris studiosi obsequii exemplum praebens luculentissimum. Haec autem Collectio, licet saepius recusa fuerit, tot tamen ac tantis vitiis scatet, ut nihil vel magis foedum, vel magis turpe videri possit. Non solum enim innumeris typographicis mendis referta est, sed et plurima in ea corrupta atque adeo mutila inveniuntur, ut frustra Neveletus ipse emendare, atque in meliorem formam redigere conatus sit. Post hunc vero Tyrwhittus, quem superius commemoravimus, in Bibliotheca Bodleiana Codicem a nemine antea visum reperit, ex quo plures Fabulas evulgavit, quarum argumenta in nullo alio Codice inveniri praesumit; sed fallitur; earum enim argumenta saepe saepius cum iis conveniant, quae in Stephasiana ac Neveletana Collectione inseruntur. Antea vero Michael Heusingerus in Bibliotheca Augustana alium Aesopicarum Fabu-

(1) Uberrimam quoque Fabularum Aesopiarum Collectionem edidit Ioachimus Camerarius Pabergensis, Tubingae 1538. 8. cum Aesopi Vita, ac Fabulis nonnullis ex Livio, Gellio, nec non Politiano, Gerbelio, et Erasmo depromptis. De qua vide Fabricium Biblioth. Graec. Vol. XIII. pag. 510.

larum Codicem multo antiquiorem, et Planudis aetatem superantem, exstare vidit, quem licet, ut ipse (1) fatetur, non totum evolverit, quod tum in Iuliani Caesares recensendos totus incumberet, id tamen vidit, non ordinem tantum et verba ibi alia, sed et numerum Fabularum longe maiorem esse, ut non tam quid Planudes scripserit, qui multo post natus est, quam quo sermonis genere ante eum easdem Fabulas narraverint, inde constare possit.

XV. Anno vero 1781. Christianus Fridericus Matthaei, litterarum humaniorum in Vniversitate Caesarea Mosquensi Professor Publicus ordinarius, duas ac sexaginta Fabulas, Syntipae Philosopho Persae adscriptas, graece et latine Lipsiae edidit, quas primus ex duobus Codd. Mosquensibus eruisse testatur. Quid autem de hisce Fabulis, deque earum auctore sentiendum, alio loco exponetur.

XVI. Inter eos vero, qui in Graecorum Apologis colligendis praeclaram operam navarunt, non est silentio praetereundus Cl. Rochefortius, qui ex Codice quodam Bibliothecae Regiae Parisiens. octo et viginti graecas Fabulas evulgavit (2), quarum nonnullae in anteactis Collectionibus omnino desiderantur, omnes vero elegantiore atque puriore graecitate praeseferrunt.

XVII. Ex memoratis itaque Editionibus frequenter Aesopicae Fabulae recusae sunt, modo partim, modo totae, semper tamen mendosissimae, atque

(1) In Praef. ad Fabb. Aesopias Graecas, Lipsiae 1741. et 1756, et cum Praef. Klotzii 1770. et 1776. Plura de hoc codice agit in Proleg. ad Iuliani Caesares, Gothae 1736.

(2) Vid. Notices des MSS. Tom. II. p. 687. Paris. 1789.

typographorum erratis foedatae, licet famigeratissima praela exercuerint, et doctissimorum hominum curas meruerint, Hudsoni, Heusingeri, Ernesti, aliorumque, quorum lucubrationes diligentissime perpendit, ut solet, Cl. Harles (1), apud quem exactissimam de Aesopo, eiusque Fabulis, editionibusque disquisitionem reperies, quem admodum apud Fabricium (2), Baylium (3), Vavassorem (4), Freytag (5), Hirtium (6), Blankenburgium (7), aliosque, qui de hac materia funditus pertractarunt.

XVIII. Doctissimorum itaque virorum exempla in Aesopo adornando sequutus, operae pretium facturum putavi, si famigeratissimi Codicis Casinensis Florentinae Bibliothecae Fabulas Aesopeas, quae licet a multis iamdiu promissae, hactenus tamen delituerant, in lucem evulgarem. Hic est celebris ille ac quantivis pretii Codex, ex quo primum, eoque unico, Xenophontis Ephesii, et Charitonis Aphrodisiensis Amatoriae Narrationes anteacto saeculo prodire, quod quidem ad eius praestantiam declarandam sufficere poterit. In hoc itaque Codice, inter Aesopicos quotquot innotuere vetustissimo, Aesopi quoque Vita, et Fabulae continentur, maiori numero, ac

(1) In *Introduct. in Hist. etc.* Tom. I. Sect. II. §. Aesopus, pag. 206.

(2) *Biblioth. Gr. L. II. 9. seu Vol. I. pag. 618. 661. Edit. Harlesianae.*

(3) In voce *Locman.*

(4) Vid. eius *Tract. De Ludicra Dictione.*

(5) Vid. *Apparat. Litterar.* Tom. I. pag. 64.

(6) *Acta Acad. Elect. Mogunt.* Tom. I. pag. 383.

(7) In *Suppl. ad Sulzeri Theor. etc.* Tom. I. pag. 34. 142. et 550. Lipsiae 1796.

oratione ab iis longe diversa conscriptae, quae a Planude vulgatae sunt; ex quo plane colligitur, Planudem non primum fuisse qui Aesopicas Fabulas in unum redegerit, sed ante ipsum alios idem egisse, quandoquidem Codicis huius scriptura uno saltem saeculo quin eo vetustior sit, nullus est, qui, licet leviter palaeographicis studiis imbutus, in dubium possit revocare. Codicem hunc autem Cl. Montfauconius olim inspexerat (1), et easdem has Fabulas, quoniam Erotica Monachum non decebant, in lucem edere constituerat, sed maioribus, iisque gravissimis, curis praepeditus, quod animo conceperat, nunquam perficere potuit. Idem quoque de Salvino nostro τῷ μακαρίτη, idem de Cocchio, Lamio, atque Maffeo Veronensi, nec non de Cobero Saxone dicendum est, qui omnes de hoc Aesopico Codice exscribendo, atque evulgando consilium suscepere, sed nescio quo infelici litterariae Reip. fato, nunquam ad exitum perducere potuerunt. Nostra autem tempestate Franciscus Raynalius, qui adhuc superest de Maurinorum relliquiis, qui ex Gallia in Etruriam secedens, atque inter Vallisumbrosae Monachos cooptatus, apud eos summa cum laude atque doctrina floret, manum operi admovit, sed in Hebraicis, Graecisque litteris docendis continuo occupatus, infectum reliquit. Quae quum ita res essent, amicis hortantibus, ipsisque Casinensibus Patribus summopere faventibus, Bonamico praecipue, Coenobii Praeside optimo atque doctissimo, cuius obsequium in me meaque studia nulla umquam oblivio delebit, in arenam et ipse descendi, impar quidem viribus, sed

(1) Diar. Italic. pag. 365.

XXVIII

bona spe fretus , ac maxima alacritate excitatus. Multa , fatebor enim , in re bene gerenda suberat difficultas : namque Codex vetustate longoque usu passim attritus , scripturam adeo evanidam , adeo exiguam atque minutulam ubique praefert , ut pene omnem oculorum aciem effugiat . Quod verum quam sit , ex subiecto specimine patet .

Specimen characteris Codicis Saec. XIII ex eunt. Biblioth. Casinens. Florent.

Α
 Γνωστοί τῶν χρησιμεύοντων ἐν ταύτῃ μελετητικῶν τῶν οὐδὲν κἀκεῖ ποιεῖσθαι τοῦ ἐπιπέδου καὶ τῶν
 τῆς θεολογίας, προσκομιδῶν ἐπέκεινται αὐτῶν. Κεκρίσθη δὲ οὐδὲν ὑπερδύναμι. Πλήρως γὰρ μελετητικῶν
 ἐν τῷ αὐτῷ αὐτῷ, δεξιότητες πᾶσαν οὐδὲν αὐτῶν. Ἡσασθε δὲ ἵνα ἐν τῷ αὐτῷ ἐκείνῳ ἡ ἀπὸ τῶν αὐτῶν
 τῶν πρὸ αὐτῶν, παρὸν ἵσθαι ἡμεῖς. Ὑπὸ τῶν πᾶσαν αὐτῶν τῶν αὐτῶν ἐκείνῳ ἡ ἀπὸ τῶν αὐτῶν
 ἡ δὲ αὐτῶν καὶ καλῶς μελετητικῶν τῶν αὐτῶν, καὶ τῶν αὐτῶν ἐκείνῳ τῶν αὐτῶν πᾶσαν
 ὁ μὲν οὐδὲν αὐτῶν ὅτι ὁ καλῶς μελετητικῶν τῶν αὐτῶν, ἡσασθε δὲ ἵνα ἐν τῷ αὐτῷ ἐκείνῳ ἡ ἀπὸ τῶν αὐτῶν

XIX. Non leve autem mihi auxilium in hoc opere adornando, meus in Laurentiana Bibliotheca Collega Gaspar Bencinius praestitit, Graecarum litterarum cultor ardentissimus, atque optimis quibusque studiis eruditus, qui quidem ex Aesopico Codice fere inextricabili permulta descripsit, nonnullas Fabulas vertit, ac mihi se socium in hac editione curanda castigandaque addidit.

XX. In hoc autem Codice quum praeter Aesopicas Fabulas, et Graecorum Erotica, plurima quoque alia reperiantur, quarum cognitio litteraturae studiosis quam maxime utilis esse potest, haud ingratum fore puto, si exactissimam eius recensionem haec apponam.

XXI. Codex est bombycinus in octavo, ut vocant, minutissimo caractere, et modo singula,

modo binis columnis, circa finem Saec. XIII. (1) ut ex allato specimine patet, exaratus; forma vero, si librum spectes, pene quadrata, quod etiam non leve est vetustatis argumentum. In eo autem haec continentur.

I. Pag. 1. Ἐπιστολαὶ αὐτοκράτορος κύριε Θεοδώρου Δεῦκα τῆ Λασκάρειως πρὸς τὸν αὐτῶν ἀδελφόν. Epistolae Imperatoris Domini Theodori Duca Lascaris ad Fratrem. Sunt numero sexaginta, quarum 43. scriptae sunt antequam ad Imperium eveheretur, 17. vero post eius assumptionem. Imperator fuit ab anno 1255. ad annum usque 1259.

II. Pag. 10. habetur eiusdem Theodori Epistola ad celebres Nicaenos, Magistros Rhetoricae et Poesis, Michaellem Sennacherib, et Andronicum.

III. Pag. 11. Epistola magni Logothetae ad Ioannem venerabilem Imperatorem.

IV. Pag. 12. Epistola Nicephori Blemmidae ad Manuelem Patriarcham. Designatus fuit Nicephorus iste Patriarcha CP. circa annum 1255. a Theodoro Lascari Imperatore, sed Presbyteri dignitate, et Monastico habitu contentus vixit. Plura scripsit, quae mss. in Bibliothecis adhuc latent.

V. Doctissimi Manassis Monodia, pag. 13. Constantinus Manasses scripsit circa annum Christi 1150. sub Manuele Comneno. Nihil apud Fabricium de opusculo hoc Manassis invenies.

VI. Pag. 15. Prodromi in Alexium Comnenum Κορυτσέφανον. Theodorus Prodromus inter Monachos Hilarionis nomen adeptus, claruit circa Saeculi XII. initia. Plura scripsit, quae a Fabricio Vol. VI. pag. 815. recensentur. Inter haec vero nulla prorsus de hoc opusculo mentio.

(1) Catalogo inscriptus num. 94.

VII. Holobori monosticha, pag. 17. Sunt fortasse Manuelis Holoboli, magni Rhetoris, sive Rhetoris Rhetorum, cuius politicos versus in Michaellem Palaeologum citat Cangius in Glossario.

VIII. Pselli Epitaphium in Augustam, pag. 17. Est fortasse Michaelis Pselli, qui Praeceptor fuit Michaelis Ducae Imperatoris circa annum Christi 1050. Vide, si lubet, doctissimam Leonis Alatii de Psellis, et eorum scriptis, Diatribam.

IX. Versus Magni Logariasti in Imperatricem Comnenam Irenem, pag. 79.

X. Nicolai Irenici Chartophylacis Tetrasticha in Annulum Augustorum Ioannis Lascaris, et Augustae, pag. 20. Non meminit Fabricius huius auctoris.

XI. Eadem pagina habentur versus cuiusdam Τρέτξου.

XII. Breves quaedam morales admonitiones, pag. 21. Quae hucusque recensui maxima parte a Montfauconio, Diario Italico pag. 365. ubi de Codice hoc loquitur, praetermissa sunt. Meminit tantum Epistolarum Lascaris, et Manassis, atque Xenophontis Epistolas heic contineri, quod falsum est.

XIII. Λόγος ποιμενικῶν περὶ Δάφνιν, καὶ Χλόην. Logi Pastoralium de Daphnide, et Chloe libri quatuor. Longus, Logus heic appellatus, incertae aetatis scriptor est. Prodiere primum graece Florentiae apud Philippum Iunctam 1598. in 4. cura Raphaelis Columbanii. Editi sunt etiam Hannoveriae 1605. in 8. graece, et latine, cum versione Gothofredi Iungermanni.

XIV. Achillis Tatii Alexandrini de Amoribus Clitophontis, et Leucippes Libri quatuor, p. 36. Editi primum sunt, Annibale Cruceio Mediolanensi Interprete, Basileae 1554. in 8. apud Hervagium.

Incertae aetatis scriptor est. Ethnicus fuit, deinde Christianus, sique Suidae fides est, Episcopus quoque. Notant viri docti, Achillem antequam Christianus fieret, opus hoc Eroticum, et aliud *περὶ σφαῖραν* elucubrasse.

XV. Charitonis Aphrodisiensis de Chaerea, et Callirrhoë Amatoriarum Narrationum libri 8. Publici iuris fecit Iacobus Philippus d'Orville, exemplar huius codicis nactus ab Antonio Cocchio Mucellano, Medico doctissimo, adiectis prolixis animadversionibus, cumque interpretatione Ioannis Iacobi Reiskii, Amstelodami apud Petrum Mortier 1750. Tom. II. Vol. I. in 4. De Charitone hoc nulla apud veteres mentio, putatque idem d'Orville post Heliodorum, Achillem Tatium, Longum, et Xenophontem Ephesium, sub Christianis Imperatoribus floruisse.

XVI. *Ξενοφώντος Ἐφεσίου τῶν κατὰ Ἀνθίαν, καὶ Ἀβροκόμην Ἐφεσιακῶν λόγοι πέντε.* Xenophontis Ephesii Ephesiacorum libri quinque, de Amoribus Anthiae, et Habrocomae, pag. 70. Prodiere primum Londini Typis Gulielmi Bowyer 1726. in 8. ex hoc nostro Codice, cum latina interpretatione eiusdem clarissimi Antonii Cocchii. Xenophon Ephesius scriptor est aetatis incertae, de quo tamen meminit Suidas.

XVII. *Τοῦ ἐν ἀγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας πρὸς Ἀντίοχον ἄρχοντα, περὶ πλείστων καὶ ἀναγκαίων ζητημάτων ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς ἐμφορομένων, καὶ παρὰ πᾶσι χριστιανοῖς γινώσκεισθαι ὀφειλομένων.* Sancti Patris nostri Athanasii, Archiepiscopi Alexandriae, ad Antiochum Praefectum de pluribus necessariisque quaestionibus in Sacras Scripturas, quas nemo Christianus ignorare debet, pag. 80. Tractatus iste

editus est inter spuria Athanasii opera Tom. III. pag. 268. Ed Parisiens. 1698.

XVIII. *Διδασκαλία τῷ ὁσίων πατρὸς ἡμῶν Δωροθέου*. Doctrina Sancti Patris nostri Dorothei, pag. 92. Pars est pii et egregii operis huius S. viri, quod inscribitur *Διδασκαλία διάφοροι πρὸς ἑαυτῶ μαθηταίς*, Doctrinae variae ad suos discipulos. Dividitur in 25. didascalias, quae editae sunt cum versione Hilarionis Veronensis Monachi Casinensis, in posteriori Edit. Orthodoxographorum Basil. 1569. in fol. In Auctario Duceano Paris. 1624. Tom. I. pag. 742. et in Biblioth. Patrum, Editionis Paris. Morellianae 1644. 1654. Tom. XI.

XIX. Psellus de Psalmorum inscriptionibus, eorumque argumentis, pag. 93. Meminit huius operis Allatius in Diatriba de Psellis, et Michaeli Psello iuniori tribuit, recensetque inter inedita eius scripta.


XX. *Διάλογος τῷ Ἁγίου Βασιλείῳ, καὶ τῷ Γρηγορίου Θεολόγου*. Dialogus inter S. Basilium, et Gregorium Theologum, pag. 95.

XXI. Pag. 106. Habentur Aesopi Fabulae, ordine alphabetico, ut ante Maximum Planudem exstabant, stilo *χυδαίῳ*, quae nunc evulgantur.

XXII. Tandem postremo loco leguntur Epistolae numero CCLXXVII. omnes Gregorii Theologi, praeter nonnullas Basilii.



ΑΙΣΩΠΟΥ ΜΥΘΟΙ



FABVLAE AESOPICAE

ΑΙΣΩΠΟΥ ΜΥΘΟΙ

Μῦθος α'. Ἄετός καὶ Ἀλώπηξ.

Αετός καὶ Ἀλώπηξ¹ φιλίαν πρὸς ἀλλήλους ποιησάμενοι, πλησίον ἑαυτῶν οἰκεῖν διέγνωσαν, βεβαίωσιν φιλίας, καὶ τὸ ἐν ταύτῳ εἶναι, ἠγούμενοι. καὶ δὴ ὁ μὲν ἀναβάς ἐπὶ τι περίμηκες δένδρον ἐνεοτοποίησεν, ἡ δὲ εἰσελθῆσα εἰς τὸν ὑποκείμενον θάμνον ἔτεκεν. Μετ' οὐ πολλὰς δὲ ἡμέρας ἐξελθούσης αὐτῆς ποτε ἐπὶ νομῆν,² ἀπορῶν ὁ αἰετός τροφῆς, καταπτάς εἰς τὸν θάμνον, καὶ τὰ γεννήματα ἀρπάσας, μετὰ τῶν ἑαυτῆ νεοτῶν κατεθοινήσατο. ἡ δὲ ἀλώπηξ ἐπανιοῦσα, ὡς ἔγνω τὸ πραχθῆν, ἔμᾶλλον ἐπὶ τῷ³ τῶν νεοτῶν θανάτῳ ἐλυπήθη,

1. Ab Aesopo fabulam hanc processisse, tum ex Phaedro, qui eamdem senariis versibus retulit lib. I. 28. tum ex Aristoph. aperte colligitur. Hic enim, ut Cl. Hudson animadvertit, ad hanc fabulam respexisse videtur in *Avibus* v. 652. dum ait:

. . . . ὅρα νῦν ὡς ἐν Ἀισώπῃ λόγοις
Ἐστὶν λεγόμενον δὴ τι. Τὴν ἀλώπεχ' ὡς
Φλαίρωσ ἐκοινώνησεν αἰετῷ ποτε.

Quibus Scholiastes addit: ὅτι σαφῶς ἀνετίθεσαν Ἀισώπῳ τῆς λόγῃς, καὶ τῆτον παρὰ τῷ Ἀρχιλόχῳ λεγόμενον, καίτοι πρεσβυτέρῳ ὄντι.

2. ἀπορῶν ὁ αἰετός τροφῆς. Aquilam, dum pullos exclu-

FABVLAE AESOPICAE

Fab. I. Aquila et Vulpes .

Aquila et Vulpes quum amicitiam simul iniissent , in proximo habitare statuerunt , ratae nimirum , si eodem in loco degerent , firmiorem amicitiam quoque futuram . In altissimam igitur arborem Aquila volans , in ea nidificavit , ac Vulpes in subiectos dumos ingressa peperit . Nonnullis autem transactis diebus , quum forte Vulpes ad pabulum exiisset , Aquila cibi indigens , in dumos illapsa , recens natos abripuit catulos , eosque una cum suis pullis devoravit . Reversa deinde Vulpes , ubi factum agnovit , non tam de

dit , et educat , adeo enervari tradunt , ut ad venandum prope sit inepta , et tantum non inedia consumatur . Quare , quum alias in proximo non praedetur , hic e vicinia , fame coacta , vulpinos ocatulos rapuisse fingitur . *Heusingerus* . Vide *Aristot.* lib. IV. *Histor. Anim.* c. 6. *Plin. Nat. Hist.* lib. X. c. 3.

3. τῶν νεοτῶν θανάτῳ . Dictio νεοτῶς a Graecis omnibus , quod sciam , melioris aevi scriptoribus , ad avium pullos significandos tantummodo usurpatur . Hic vero de Vulpis catulis sermo est . Verum haud temere quidem factum , si vim huiusce vocis ab ipsamet rei natura depromptam spectemus . *Νεοτῶς* enim , quod est Attice pro

ὅσον ἐπὶ τῇ ἀμύγῃ· χερσαία γὰρ οὔσα, πετεινὸν
διώκειν ἠδυνάτει· διόπερ πόρρωθεν εἶσα, ὃ τοῖς
ἀθροέσι, καὶ ἀδυνάτοις ὑπάρχει ἔργον, τὸν ἐχ-
θρὸν καταρᾶτο· Συνέβη ἔν αὐτοῖς ἀντὶ τῆς πολ-
λῆς ἀγάπης, μεγίστην ἔχθραν ἐσχηκένας μεταξὺ
ἀλλήλων· Ὁ δὲ θεὸς, τῆς εἰς τὴν φιλίαν γενο-
μένης ἀσεβείας, οὐκ εἰς μακρὰν δίκην περίεσχε·
θύόντων γὰρ τινῶν αἶγα ἐπ' ἀγρῶ, ὃ ἀετὸς κα-
ταπτάς, ἀπὸ τῶ βωμῆ σπλάγχχον ἔμπυρον¹ ἀνή-
νεγκον ἐπὶ τὴν καλιάν· οὗ² κωλυθέντος ἐπὶ τῇ
καλιά, σφοδρὸς ἐμπροσθὸν ἄνεμος, ³ ὑπάρχεσα δὲ
ἢ καλιά ἐκ λεπτοῦ καὶ παλαιῆ χόρτε, λαμπρὰν
φλόγα ἀνήψε· Καὶ διὰ τοῦτο καταφλεχθέντες οἱ
νεοττοὶ, καὶ γὰρ ἦσαν ἔτι πτῆναι ἀτελεῖς, ἐπὶ τὴν
γῆν κατέπεσον· ἢ δὲ ἀλώπηξ προσδραμῆσα, ἐν

νεοσός, derivatur, παρὰ τῆ νεωσί ὄσασθαι, h. e. a recenter vi-
dendo, eoque in sensu, tum ad volucres, tum ad quadru-
pedes, ceteraque animalia recens nata referri iure po-
test. Hinc Epicrates apud Athen. lib. XIII. de Laide
quoque dicere non dubitavit :

Ἄυτη γὰρ ὀππότη' ἦν νεοττός καὶ νέα,

Ἐπὸ ἡδὲ σατήρων ἦν ἀπηγερωμένη.

De hoc itaque mediae vel maxime Graecitatis Lexi-
cographos admone.

1. ἀνήνεγκον. Mos est tum aquilae, tum ceterarum a-
vium, quae ex raptο vivunt, captam praedam in subli-
me statim ferre, quod egregie expressit Virg. *Aeneid.*
lib. IV.

*Qualis ubi aut leporem, aut candenti corpore cyncnum
Sustulit, alta petens, pedibus Iovis armiger uncis.*

2. κωλυθέντος. Ita in Codice: subiecta tamen est huic

illorum morte, quam de poena male sumenda est contristata: terrestris enim, volucrem persequi ullo modo nequibat. Stans itaque procul, quod unum miseris atque impotentibus superest, diris inimicam Aquilam insectabatur. Quo factum est, ut ingentem amorem maximae utrinque inimicitiae subsequerentur. At Deus, de illata amicitiae iniuria, non diutius poenas distulit. Nonnulli enim quum in agro capram sacrificarent, devolans Aquila, eius viscerum frustum, cui ignis adhuc haerebat, ex ara in nidum sustulit. Quod quum ibi implicitum retineretur, vehemens repente ventus exortus, in nido, qui levibus, aridisque paleis constructus fuerat, ardentem statim flammam excitavit. Combusti proinde Aquilae

voci lineola, vel a librario, vel ab alio, quod eam fortasse emendandam duxerit, eiusque loco reponendum *καλυφθέντος*, aut *κυλισθέντος*. Nil tamen obstat quominus primigenia lectio retineatur, quam etiam in vertendo sequuti sumus. Frustra enim ab huius aevi scriptoribus elegantiam atque concinnitatem postulas.

3. *ὑπάρχουσα δὲ ἡ καλιά*. Corrigendum *ὑπάρχουσα δὲ ἦν ἡ καλιά*. Hic tamen animadvertendum, quod passim Aesopicarum fabellarum noster hic metaphrastes, absoluti, ut vocant, genitivi loco, rectum ponit; quae consuetudo apud sequioris aevi Scriptores Graecos frequenter obtinuit. Nec desunt exempla, in quibus non semper idem, ut initio coepit, sermonis ordo servatur, ut illud *Apocalyps.* Cap. II. v. 26. *Καὶ ὁ νικῶν καὶ ὁ πηρῶν ἄξει τέλους τὰ ἔργα αὐτοῦ, δώσω αὐτῷ ἰξασίαν ἐπὶ ἰσθμῶν ἐθνῶν.*

ὄφει τῷ αἰτῷ, ¹ πάντας αὐτοὺς κατέφαγον.

Ὁ λόγος δηλοῖ, ὅτι οἱ φιλίαν παρασπονδοῦντες, καὶ τὴν ἐκ τῶν ἠδίκημένων ἐκφύγασιν κόλασιν δι' ἀδένειαν, ἀλλά γε τὴν ἐκ ² τῷ θεῷ τιμωρίαν οὐ ³ διακρίσονται.

Μῦθος β'. Ἀηδῶν καὶ Ἰέραξ.

⁴ Ἀηδῶν ἐπὶ τινος δρυὸς ὑψηλῆς καθημένη, ἦδε κατὰ τὸ σύνηδες. Ἰέραξ δὲ αὐτὴν θεασάμενος, ἀπορῶν τροφῆς, ἐπιπταῖς ἀνελάβετο αὐτήν. Ἡ δὲ μέλυσσα ἀναιρεῖσθαι, ἐδέετο αὐτῷ, λέγασσα μὴ βρωθῆναι αὐτήν, ἐπειδὴ ἔχ' ἰκανή ἐσιν ἰέρακος πληρῶσαι γαστέρα· δεῖ δὲ αὐτὸν, εἰ τροφῆς ἀπορεῖ,

1. πάντας αὐτοὺς. Duo plerumque, raro tres, aquilae pulli esse solent, ut celebratissimi naturalium rerum Scriptores, Gesnerus, Aldrovandus, Willughbeius, tradunt, omnes nimirum, duce Aristotele, qui *Hist. Anim.* lib. VI. c. 6. Musaei carmen refert huiusmodi de Aquila:

ὅς τρία μὲν τέκτα, δύο δ' ἐκλήπα, ἓν δ' ἀλεγίζει.

2. τῷ θεῷ τιμωρίαν. Ac merito quidem; est enim

* Ἀδικὸν τὸ λυπεῖν τῆς φίλης ἐκουσίως.

3. διακρίσονται. In Cod. legitur suprascriptum, tenuiori quidem atramento, sed tamen eadem vetusta manu, φεύζονται.

4. Ἀηδῶν. Haud absimilem ab hac fabulam finxit Hesiodus, quem propterea nonnulli, Quintil. duce, lib. I. *Instit.* ante Aesopi tempora Apologos scripsisse existi-

pulli, erant enim adhuc ad volandum inepti, in terram protinus decidere; ac Vulpes accurrens, omnes in Aquilae conspectu devoravit.

Fabula significat, quod amicitiae violatores, licet eorum, quos iniuria affecerunt, ob ipsorum impotentiam, ultionem effugiant, non tamen divinum supplicium effugere possunt.

Fab. II. Luscinia et Accipiter.

Luscinia in quercu quadam procera sedens, pro more canebat. Hanc autem quum Accipiter vidisset, cibi que penuria laboraret, supervolans abripuit. Illa vero iam moritura, Accipitrem, ne voraretur, obsecrabat, quoniam ad eius ventrem implendum satis esse non poterat. Oportere ita-

marunt. Illa autem huiusmodi est in *Erg. καὶ Ἡμέρ. v. 202. et seqq.

Νῦν δ' αἶνον βασιλεῦσ' ἐρέω, φρονέεσι καὶ αὐτοῖς.

ἼΩδ' ἴρηξ προσέειπεν ἀηδόνα ποικιλόδειρον,

Ἐψι μάλ' ἐν νεφέεσσι φέρων, ὀνύχεσσι μεμαρπώς.

Ἢ δ' ἐλεόν, γναμπτοῖσι πεπαρμένη ἀμφ' ὀνύχεσσι,

Μύρετο· τὴν δ' ὄγ' ἐπικρατέως πρὸς μῦθον ἔειπε.

Δαιμονίη, τί λέλάκας; ἔχει νύ σε ποτὸν ἀρείων.

Τῆ δ' εἰς, ἢ σ' ἂν ἐγὼ περ ἄγω, καὶ αἰοιδὸν ἐῦσαν.

Δᾶπνον δ' αἶκ' ἐθέλω ποιήτομαι, ἢ ἐ μεθήσω.

*Αφρων δ' ὅς κ' ἐθέλοι πρὸς κρείσσονας ἀντιφερίζαν.

Νίκης τε ζέρεται, πρὸς τ' αἰχετιν ἄλγεα πάχει.

ἽΩς ἔφατ' ὠκυπέτης ἴρηξ, ταυσιπτερος ὄρνις.

ἐπὶ τὰ μείζονα πῶν ὄρνέων τρέπεσθαι. Ὑπολαβὼν δὲ ὁ ἰέραξ ἔφη· ἀλλ' ἔγωγε ἄφρων ἂν εἶην, εἰ τὴν ἐν χερσὶν ἐποίμην βορὰν παρῆς, τὰ μηδέπω φαινόμενα διώκοιμι.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ἔγω καὶ τῶν ἀνθρώπων ἀλόγιστοί εἰσιν, οἳ τινες δι' ἐλπίδα μειζόνων τὰ ἐν χερσὶν ἔ προσίενται.

Μῦθος γ'. Ἀετὸς καὶ Κολοῖός.

Αετὸς καταπτὰς ἀπὸ τινος ὑψηλῆς πέτρας, ἤρπασεν ἄρνα. ² Κολοῖός δὲ τῷτον θεασάμενος, διὰ ζῆλον μιμησάμενος, καθῆς ἐαυτὸν μετὰ πολλοῦ τοῦ ροίξε, ἐπὶ κριὸν ἠνέχθη. Ἐμπαρέντων δὲ αὐτῷ τῶν ὀνύχων ἐν τοῖς ἐκείνου μαλοῖς, ἐξαρθῆναι μὴ δυνάμενος ἐπτερύσσετο, ἕως οὗ ὁ ποιμὴν τὸ γεγονός αἰσθόμενος, προσδραμὼν ἀνελάβετο αὐτὸν, καὶ περικόψας αὐτῷ τὰ ὀξύπτερα, ὡς ἐσπέρα κατέλαβε, τοῖς ἐαυτοῦ παισὶν ἐκόμιζε. Τῶν δὲ πυνθανομένων τί εἴη τὸ ὄρνεον, ἔφη· ὡς μὲν ἐγὼ σαφῶς οἶδα, κολοῖός, ³ ὡς δὲ αὐτὸς βέλεται, αἰετός.

1. τὰ μηδέπω φαινόμενα. Huc referendum est egregium illud in *Poetarum Monostichis* consilium:

Ἀφῆς πᾶ φανερά, μὴ δίωκε τ' ἀφανῆ.

2. Κολοῖός. Avis est versicolor, parvae cornicis genus, pennarum colore columbis non dissimile. Monedulam quoque latini vocant. Vid. Aegid. Menagii *Amoenitates iuris* cap. 38.

que, aiebat, ut quando cibi egeret, ad maiores aves se converteret. Ad haec autem respondens Accipiter: at ego, inquit, profecto imprudens essem, si paratam in manibus escam relinquens, incerta sequerer.

Fabula significat, pari modo stultos eos esse homines, qui rerum maiorum spe, quas iam manu tenent consequi nolunt.

Fab. III. Aquila et Graculus.

Aquila ex celso quodam scopulo devolans, agnum rapuit. Id Graculus quum vidisset, invidiae stimulis actus, ac aemulatione permotus, ingenti cum stridore in Arietem irruit. At eius ungues quum in Arietis vellere fixae adhaesissent, nec inde Graculus, licet alarum vi conaretur, expedire se posset, Pastor, re cognita, accurrens eum cepit, et extremis alarum pennis recisis, ubi vesper adfuit, suis filiis detulit. Quibus, quae nam volucris esset, interrogantibus, ut probe quidem scio, Graculus est, pater inquit, sed ut ipse vult, Aquila est.

3. ὡς δὲ αὐτὸς βάλεται, αἰπός. Ita Graculi vanitatem Pastor deridet, quod, Aquilae vires se gerere existimans, eam imitari voluerat, seque Aquilam esse in animum induxerat. Ceterum haec Fabula, quae in Planudea Collectione desideratur, exstat inter *Tetrasticha*, quae Gabriae vulgo tribuuntur num. 25. Quo quidem satis comprobatur eam ab Aesopico ingenio processisse.

Ἄμμιλλαν μὴδὲν ἀνύειν, καὶ ἐπὶ συμφοραῖς προσκτῶνται γέλωτα.

Μῦθος δ'. Ἀλώπηξ καὶ Τράγος.

Αλώπηξ² πεσῶσα εἰς φρέαρ βαθύ, ἔμενε πρὸς τὴν ἀνάβασιν ἀμηχανῶσα. Τράγος δὲ δίψει συνεχόμενος, ὡς ἐγένετο κατὰ τὸ αὐτὸ φρέαρ, θεασάμενος αὐτὴν, ἐπωθᾶνετο εἰ καλὸν εἶη τὸ ὕδωρ. Ἡ δὲ τὴν³ δυσυχίαν ἀσμενισαμένη, πολὺν ἔπαινον τῷ ὕδατος κατέτεινε, λέγουσα, ὡς χρῆσθόν εἶη, καὶ διειδὲς πάνυ, καταβῆναί τε παρήνει. Τῷ δὲ ἀμε-

1. Ὁ μῦθος δηλοῖ. Corruptus manifeste exscriptoris oscitantia locus, ac ita quodammodo restituendus, Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οἱ πρὸς τοὺς ὑπερέχοντας ἀμιλλώμενοι μὴδὲν ἀνύειν, καὶ ἐπὶ συμφοραῖς προσκτῶνται γέλωτα. Ita et in vertendo legimus.

2. πεσῶσα εἰς φρέαρ. Putei apud veteres haud crepidinibus e terra prominentibus, ut nunc fieri solet, inclusi erant, ita ut lapsum adeuntibus prohiberent, sed ut lacus, stagna, et foveae, omnino iis carebant. Id aperte colligitur etiam ex *Fab. XIX.* et ex *Virg. Georg. lib. III. v. 329.* dum ait:

Ad puteos, aut alta greges ad stagna iubeto

Currentem ilignis potare canalibus undam.

Quandoque vero, praecipue in urbibus, putei operculo quodam operiebantur, quod Rhodigino teste *lib. X. cap. 17.* *Puteal* appellabatur.

3. δυσυχίαν ἀσμενισαμένη. Dolosa semper ac subdola vulpes effingitur. Hinc Scholiastes Aristophanis πῶτα

Fabula significat, quod qui contra potentiores contendunt, non modo nihil proficiunt, sed risum quoque praeter calamitates movent.

Fab. IV. Vulpes et Hircus.

Vulpes in profundum puteum delapsa, quonam pacto inde exiret ignorabat. Hircus interim siti compulsus, quum forte ad eundem puteum pervenisset, eam in imo videns, an bona aqua esset, interrogavit. Illa malum dissimulans, aquam summopere laudabat, aiens ibi optimam esse atque pellucidam, simulque ut descenderet adhor-

νεργῶν, quod est, *callide et astute scelus quoddam perpetrare*, ἀλωπεκίζαν explicat. Ceterum in hoc ipso fere Aesopicarum fabellarum limine est observandum, quod Fabulatores, ad hominum mores notandos, personis plerumque ferarum uti solent. Ac recte quidem excogitatum; in iis namque virtutes, et vitia quaedam inesse aperte liquet. Quis enim neget rapacem lupum, ovem simplicem, innocentem columbam, callidam vulpem, leonem violentum, et generosum, sexcentaque id genus alia? Id quoque Adamantius lib. II. his verbis notavit, aiens: Ἐκαστα γὰρ ἢ θη ἢ ἄνθρωπων ἐκάστω καταφανῆ εἰσι τοῖς ἡδέσιν, ἢ θησι τοῖς ἐκάνοις ἕκαστα εἰκότα· ὄιον λέοντος ἡθους, θυμικόν καὶ ἀλκιμον, καὶ τὸ εἶδος τοιῶτον· παρδάλεως δὲ, ἀβρόν, καὶ ὀργίλον, καὶ λοχητικόν, καὶ ἐπίθελον, δειλόν ἅμα καὶ θρασύ. κ. τ. λ. His adde Philostratum *in Imaginibus* lib. I. Nemesium lib. *de Hominis natur.* Cap. 2. ac Pisidem *in Cosmurgia* v. 753. et seqq.

ταμελήτως καταλλομένου, διὰ τὸ εἰς μόνῳ ὄραῖν τότε τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ τὸ τὴν δίψαν σβέσαι, ἅμα τῷ κορεθῆναι τῷ ὕδατος, σκοπούμενε τὴν ἀνοδὸν, χήσιμόν τι ἢ ἀλώπηξ ἔφη ἐπινενοικέναι εἰς τὴν ἀμφοτέρων σωτηρίαν. Ὁ τράγος ἔφη, πῶς; ἢ ἀλώπηξ εἶπε· τὰς ἐμπροσθεῖους σου πόδας τῷ τοίχῳ προσέρεισον, καὶ στηθὶ ὀρθὸς, ἔγκλινον δὲ καὶ τὰ κέρατα. Ἀναδραμῆσα τοίνυν ἐγὼ διὰ τῶ σὺ νῶτα, καὶ ἀρθεῖσα ἀνωθεν, εὐθέως παραχῆμα καὶ σε ἀνεγκύσω ἔξω. Τοῦ δὲ πρὸς ταῦτα ἐτοίμως τὴν παραίνεσιν ὑπηρετήσαντος, ἢ ἀλώπηξ ἀλλομένη διὰ τῶν σκελῶν αὐτοῦ, ἐπὶ τὰ νῶτα ἀνέβη, καὶ ἀπ' ἐκείνου ἐπὶ τὰ κέρατα διερεισαμένη, καὶ γυνναίως ἐκτινάξασα, ἐπὶ τοῦ στόματος τῶ φρέατος εὐρέθη, καὶ ἀνελθεῖσα ἀπηλλάττετο. Ὁρχουμένης δὲ αὐτῆς, καὶ παιζέσης, ὁ τράγος² μυκτηρίζων αὐτὴν, καὶ³ ὄνειδίζων, ὡς τὰς ὁμολογίας, καὶ ὑποχέσεις παραβαίνεσαν, ἐπισραφεῖσα εἶπεν· ὦ ἔτος· ἀλλ' εἰ πσαύτας φρένας εἶχες, ὅποσας⁴ ἔν τῷ

1. ὄρχουμένης . . . καὶ παιζέσης. *Vulpes nimirum de suo egressu exultabat, et capro relicto illudebat.*

2. μυκτηρίζων. *Lexicographi reddunt μυκτηρίζω, irrideo, naso suspendo etc. quae quidem significationes minime huic loco conveniunt. Hic tamen est obiter observandum, verbum illud derivari a μυκτηρ quod est nasus, qui ita, Eustathio teste appellatus est, a μύζω, hoc est, eodem interprete, τὴν φωνὴν τῆ μῦ σοιχέει ἐκφωνῶ, vocem litterae μῦ emitto, vel μεμυκῶσι χήλεσι ποιὸν ἦχον διὰ τῆς εἰνὸς ἀποπελῶ, clausis labris quemdam ex naribus sonum emitto, qualis est gementium. Hinc itaque significatio-*

tabatur. Is itaque in puteum quum inconsulte desiluisset, tunc enim nil aliud menteolvebat, nisi sitim restinguere, ac aqua satiari, Vulpes, dum ille postea adscensum quaeritaret, utile ait se consilium pro utriusque salute excogitasse. Sed quonam modo, Hircus inquit, hinc egrediemur? Anteriores pedes ad parietem admove, Vulpes ait, stansque erectus, cornua simul inclina: ita ego per tuos humeros exsiliens, desuperque sublata, facile hinc te quoque statim educam. Hirco itaque se promptum ad Vulpis consilia praebente, illa per eius pedes insiliens, in humeros adscendit, cornibusque innixa, vique ingenti concussa, ad os putei se se recepit, atque ita incolumis inde evasit. Eam vero exsultantem, atque illudentem, quum Hircus reprehenderet atque accusaret, quod pacta atque promissa violasset, conversa Vulpes, heus tu, inquit, si quot pilos in barba geris, tantum etiam mentis

ne petita, *μυκμηρίζω* reddi etiam potest *ingemo*, *suspiro*, ac proprie *gemitum edo*, qualis boum, et pecudum esse solet.

3. *ὀνειδίζων*. Ita reposuimus; perperam enim scriptum est in Cod. *ὀνείζων*.

4. *ἐν τῷ πώγωνί σὺ τρίχας*. Hinc de stultis insipientibusque Philosophis, qui praeter barbam et pallium nihil habebant, adagium illud usurpabatur: *Ἐκ πώγωνος σοφοί*, *sapientes barba tenus*. In huiuscemodi Pseudosophos Lucianus quoque hoc Epigrammate elegantissime est iocatus, *Antholog.* lib. II.

πώγωνί σου τρίχας, οὐ πρότερον καταβέβηκας,
πρὶν ἂν τὴν ἄνοδον διεσκέψω.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οὕτω καὶ τὸν φρόνιμον ἄν-
θρωπον δεῖ πρότερον τὰ τέλη τῶν πραγμάτων σκο-
πεῖν, εἴθ' ἕτως αὐτοῖς ἐγχειρεῖν.

Μῦθος ἐ. Ἀλώπηξ καὶ Βότρυες.

Αλώπηξ λιμώττουσα, ὡς ἐθεάσατο ἐπὶ τινὰ
ἀναδενδράδα βότρυας κρεμαμένους, ἠβουλήθη αὐ-
τῶν περιγνεῖσθαι, καὶ οὐκ ἐδύνατο ἀπαλλακτομένη
εἰς πρὸς ἑαυτὴν εἶπεν. ὄμφακές εἰσιν.

Οὕτω καὶ τῶν ἀνθρώπων ἔνιοι, τῶν πραγμά-
των ἐφικέσθαι μὴ δυνάμενοι δι' ἀδένειαν, τὰς και-
ρὰς αἰτιῶνται.

Ei τὸ τρέφειν πώγωνα δοκῆ σοφίαν περιποιῆν,

Καὶ τράγος εὐπώγων ἔυσολός ἐστι Πλάτων.

Si promissa potest sapientem reddere barba,

Barbatus poterit iam caper esse Plato.

Ceterum hanc fabellam elegantissime quoque suo pro in-
genio Phaedrus expressit, estque apud ipsum lib. IV. 8.
quam vide, si libet.

I. ἠβουλήθη αὐτῶν περιγνεῖσθαι. Vulpes non solum carni-
bus, sed et fructibus, maturisque potissimum uvis, ve-
scuntur. Habemus enim apud Theocritum *Idyll.* I. v. 48.
duas Vulpes puero vitem custodienti insidiatas fuisse,
et alteram maturescentes uvas esse depopulatam, alte-
ram ei pulmentum abstulisse. Hinc Aristoph. *In Pace*
v. 1189. milites Vulpibus assimilavit, qui per agros uva-
rum racemos depraedantur et foecundas vites dissipant:

haberes, non utique prius descendisses, quam adscensum considerasses.

Fabula declarat, pari quoque modo prudentem virum rerum finem considerare, ac deinde eas aggredi, oportere.

Fab. V. Vulpes et Racemi.

Vulpes esuriens, quum in vinea quadam alte pendentes racemos conspexisset, eos arripere desideravit; at quum frustra conata esset, recedens intra se aiebat, acerbi sunt.

Ita quoque hominum nonnulli, quum ob impotentiam nil gerere possint, temporum acerbitatem incusant.

*Ονπες οἰχοι μὲν λέοντες,

Ἐν μάχῃ δ' ἀλώπεκες.

Sacrae etiam litterae Vulpes uvis pasci testantur, ut videre est in *Cantic. II. 15.* quem locum egregie illustravit Bochartus in *Hierozoici* lib. III. c. 13. Ceterum hanc fabulam, quae in Planud. Collect. non exstat, Phaedrus etiam lib. IV. num. 3. et Gabrias in *Tetrastich. 18.* retulerunt.

2. ὄμφακίς εἰσιν. Ita apud Eustathium Philosophum *Amor. lib. V.* Ismene ambitiosius lascivientem Ismeniam alloquitur: φάσαι παρθενίας ἐμῆς, μὴ ἀπό τῆ θέρους ἐκτίλλῃς πύς στάχνας, μὴ πὶ ῥόδον ξυγῆσης ἀπὸ τοῦ κύψαι τῆς κάλυκος, μὴ πὶν σαφυλῶ ὀμφακίζουσαν, μὴ πῶς ἀντί νέκταρος ὄξος ἐκθλίψῃς.

Μῦθος ε'. Ἀλώπηξ κόλκρος.

Αλώπηξ ὑπό τινος παγίδος τὴν ἔραν ἀποκοπεῖσα, ἔξ αἰσχύνης ἀβίωτον τὸν βίον ἠγείτο. Ἔγνω δὲ καὶ τὰς ἄλλας ἀλώπεκας εἰς τὸ αὐτὸ περιαγαγεῖν, ἵνα τῷ κοινῷ πάθει, τὸ ἴδιον ἐλάττωμα συγκρούῃ. Καὶ δὴ ἀπάσας ἀφροΐσασα, παρήνει αὐταῖς τὰς ἔρας ἀποκόπτειν, λέγουσα, ὡς οὐκ ἀπρεπὲς τῷ μόνον, ἀλλὰ καὶ περισσὸν αὐταῖς προσήρτηται βάρος. Τέτων δὲ τις ὑπολαβῆσα, ἔφη· ὦ φίλη, ἀλλ' εἴ σοι μὴ τῷ συνέφερε, ἔκ ἂν ἡμῖν αὐτὸ σωεβέλοες.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ἔπος ὁ λόγος ἀρμόζει ἐκείνοις, οἳ τὰς συμβουλίας ποιῶνται πρὸς τὰς πέλας, καὶ δι' εὐνοίαν, ἀλλὰ διὰ τὸ αὐτοῖς συμφέρον.

Μῦθος ζ'. Ἀλώπηξ καὶ Λέων.

Αλώπηξ μηδέποτε θεασαμένη λέοντα, ἐπειδὴ κατὰ τινὰ τύχην ὑπήντησεν αὐτῷ, τὸ μὲν πρῶτον ἰδῆσα αὐτὸν, ἔπως ἐφοβήθη, ὡς μικρῆ καὶ ἀποθανεῖν. Ἐκ δούτερος δὲ αὐτῷ περιτυχῆσα, ἐφοβήθη μὲν,

1. ὑπό τινος παγίδος. Proprie παγίς vinculi genus est ab ἔμβροχος longe diversum, ex ferreis circulis compactum, atque ita nexum, ut si forte fera, cibi in medio haerentis fraude capta, eo accedat, pondere depressum, repente claudatur. Illud autem pedicam Latini vocant, nostrates vero *tagliola*, ex eo quod fera plerumque per pedes ibi illigetur; quae tamen si uno tan-

Fab. VI. Vulpes cauda mutila .

Vulpes, quum in laqueo caudam amisisset, prae pudore non amplius se vivere posse existimabat. Statuit igitur alias quoque Vulpes ad idem inducere, ut vitium suum communi malo celaret. Vniversis itaque congregatis, ut sibi caudas abscinderent suadebat, aiens, non modo eas dedecori, sed oneri esse etiam inepto, nimisque gravi. Ad haec autem quaedam respondens, Amica, dixit, nisi consilium huiusmodi tibi utile esset, haud nobis profecto communicares.

Fabula significat, haec de iis praecipue dici posse, qui amicis, non propter benevolentiam, sed propria ob commoda consilia praebent.

Fab. VII. Vulpes et Leo .

Vulpes quum nunquam Leonem vidisset, postquam olim forte in eum incidit, primo quidem intuitu ita perterrefacta est, ut parum abfuerit quin periret. Rursus autem eodem obviam re-

tum pede, aut cauda comprehendatur, et venatores diutius remorentur, dentibus eam rescindit, atque difugit, ut Aesopicae Vulpi contigit.

2. ὃ φίλη. Ad Aesopicum hunc Apologum respexisse videtur Timocreon, dum de Themistocle, quod Medorum partes sequutus esset, inquit. Ὅυκ ἐγὼ μόνᾳ κόλουρις, ἐντὶ καὶ αἰθερα ἀλώπεκες. Plutarch. *in Vita*.

ἀλλ' ἔχ' ὡς τὸ πρότερον. Ἐκ τρίτου δὲ θεασαμένη αὐτὸν, ἔπως κατεθάρσισεν, ὡς προσελθῶσα αὐτῷ διαλεχθῆναι.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι καὶ τὰ φοβερά τῶν πραγμάτων ἢ συνήθεια καταπραΰνει.

Μῦθος ἦ. Ἀλώπηξ καὶ Βάτος.

Αλώπηξ φραγμὸν ἀναβαίνουσα, ἐπειδὴ ὀλιθαίνειν ἤμελλον, βάτου ἐπελάβετο πρὸς βοήθειαν. Ξυθεῖσα δὲ τὸ πέλημα, καὶ δεινῶς πληγωθεῖσα, εἶπε πρὸς αὐτήν· αἰ ἐμέ· καταφυγῶσα γὰρ ἐπὶ σέ,² ὡς ἐπὶ βοήθειαν, χεῖρόν μοι ἐχθήσω. Ἀλλ' ἐσφάλης, ὧ φίλη, φησὶν ἢ βάτος, ἐμοῦ ἐπιλαβέσθαι βουληθεῖσα, ἥτις πάντων ἐπιλαμβάνεσθαι εἶωθα.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οὕτω καὶ τῶν ἀνθρώπων μάταιοί εἰσιν, ὅσοι βοηθοῖς προστρέχουσιν, οἷς τὸ ἀδικεῖν μᾶλλον ἐμφυτον.

Μῦθος θ'. Ἀλώπηξ καὶ Κροκόδειλος.

Αλώπηξ καὶ κροκόδειλος περὶ εὐγενείας ἤριζον. Πολλὰ δὲ τῷ κροκοδείλῳ διεξιόντος, καὶ ὑπερηφάνου περὶ τῆς τῶν προγόνων λαμπρότητος, ἢ ἀλώπηξ ὑπολαβοῦσα ἔφη· ὧ οὗτος, ἀλλὰ καὶ

1. ἢ συνήθεια καταπραΰνει. Ita quoque Faernus *Fabulae suae* XVIII. quam ab Aesopica elegantissime expressit, idem hoc Epimythion apposuit, aiens:

Quae terribilia sunt ab insolentia,

perto, tunc etiam, sed non ut antea, timuit. Tertio demum ipsum conspicata, audax ita fuit, ut accedens cum eo colloqueretur.

Fabula significat, quod quae terribilia sunt, consuetudo blandiora reddit.

Fab. VIII. Vulpes et Rubus.

Vulpes quum sepem transiliret, ac iam in praecipitium casura esset, rubum, ut sibi auxilium ferret, apprehendit. At eius pedes quum spinas transigerent, ipsaque graviter sauciaretur, ad eum conversa exclamavit: Vae mihi miserae, quae, ut opem ferres, ad te confugi; tu vero me peius perdidisti. Cui Rubus, Errasti, amica, inquit, me apprehendere volens, qui omnes apprehendere soleo.

Fabula demonstrat, ita quoque stultos eos esse homines, qui ad eorum auxilium confugiant, quibus potius nocere natura insitum est.

Fab. IX. Vulpes et Crocodilus.

Vulpes et Crocodilus de generis nobilitate contendebant. Ac sane Crocodilus quum multa enarrasset, seque ob maiorum splendorem superbe extulisset, Amice, Vulpes ait, etiamsi nihil es-

Ea reddit assuetudo blanda et mollia.

2. *ὡς ἐπὶ βοήθειαν*. Rectius habet Planudea lectio *ὡς ἐπὶ βοηθόν*. Nostra asperior est, ni fallor.

σὺ μὴ εἴπῃς, τὸ γοῦν δέρμα σου δείκνυσιν, ὅτι ἀπὸ πολλῶν ἐπῶν εἶ γυμνασμένος.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι τῆς ψάιδωνύμων ἀνδρῶν ἔλεγχός ἐστι τὰ πράγματα.

Μῦθος ἰ. Ἀλώπηξ καὶ Δρυοτόμος.

Αλώπηξ κυνηγὸς φεύγουσα, καὶ ἐν ἐρήμῳ πολλῇ τὸν δρόμον ἀνύσσει, αὐτίκα ἄνδρα εὐρίσκει δρυοτόμον ἐνταῦθα, ὃν καὶ καθικέτευε τῷ κρύψαι αὐτήν. Ὁ δὲ ὑπέδειξεν αὐτῇ τὴν ἑαυτῆς καλύβην. Ἡ δὲ εἰσελθοῦσα ἐκρύπτετο ἐν γωνίᾳ. Τῶν δὲ κυνηγῶν ἐλθόντων, καὶ ἐρωτώντων τὸν ἄνδρα, τῇ μὲν φωνῇ ἠρνεῖτο μηδὲν εἰδέναί, τῇ δὲ χειρὶ αὐτῆς τὸν τόπον ὑπεδείκνυσεν. Ἄυτοὶ δὲ μὴ προσέχοντες, ἀπῆλθον παραχρῆμα. Ὡς ἔν εἶδεν αὐτῆς ἡ ἀλώπηξ ἀπελθόντας, ἐξῆλθε προσφωνῆσα. Ἐμέμφετο δὲ αὐτὴν ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος, λέγων· δι' ἐμῶ πάντως ἐσώθης, καὶ χάριν μοι εἰκ' ἔχεις; Ἡ δὲ ἀλώπηξ ἐπαναστραφεῖσα, εἶπε πρὸς αὐτόν· ὦ ἔπος, ἀλλ' ἐ-

1. γυμνασμένος. Hac in voce ambigua inest significatio, in eaque totus Vulpis iocus consistit. Quum enim Crocodilus pellem habeat asperam, squamis rugisque horridam, adspectuque plane deformem, stulte parentes nobiles iactat, atque praeclaros, in cuius toto corpore nullum exstat liberalioris cultus vestigium. Tua itaque apparet ex pelle, Vulpes ait, non te ingenuorum more, sed ut servum nequissimum aerumnis, laboribus, poenis, verberibusque esse exercitatum. Ceterum, quod Cl. Heusingerus observavit, ut latina vox

ses eloquutus, pellis tamen tua manifeste declarat, te multis iam ab annis egregie ac splendide educatum fuisse.

Fabula declarat, quod mendaces viros facta convincunt.

Fab. X. Vulpes et Lignator.

Vulpes venatores effugiens, ac longo cursu per deserta loca pererrans, Lignatorem demum invenit, eumque, ut ipsam absconderet, exoravit. Ille suum ei tugurium ostendit; eoque Vulpes ingressa, quodam in angulo se recepit. Venatoribus deinde supervenientibus, Lignatoremque de Vulpe rogantibus, ille verbis quidem, nihil se scire dicebat, manu vero, locum, ubi latebat ipsa, indicabat. Attamen ipsi, quum id minime animadvertissent, haud mora abiere. Vulpes interim, ubi profectos eos esse cognovit, inde tacite discessit. Quapropter ille eam obiurgare coepit, aiens: Ergo ne, te postquam omnino servavi,

exercitus, ac exercitatus saepe de eo dicitur, qui plurimis malis conflictatur, idem de Graeca *γυμνάζεσθαι* fieri docet H. Stephanus voc. *ἀγύμναστος*, et *ἐγγυμνάζω*. Convenit autem haec fabula cum Planudea IX. licet verbis nonnihil discrepet.

2. *ἐξῆλθε ἀποσφωνῆσα*. Error est in Codice manifestus; verborum enim et sensus ratio negativam postulat. Quare legendum *ἐξῆλθε ἢ ἀποσφωνῆσα*, ut habet vulgata a Planude CXXVII. vel *ἀποσφωνῆσα*, aut quid simile.

γωγε ἠυχαρίστησα ἄν σοι, εἰ τοῖς λόγοις ὅμοια
καὶ τὰ ἔργα τῆς χειρὸς, ¹ τὲς τρόπους εἶχεν.

Ὁ λόγος πρὸς ἐκείνους τοὺς ἀνθρώπους, τοὺς
χρησὰ μὲν ἐπαγγελλομένους διὰ λόγων, δι' ἔργων
δὲ φαῦλα ποιῶντας.

Μῦθος ιά. Ἀλώπηξ πρὸς Μορμολύκειον.

Αλώπηξ εἰσελθῶσα εἰς οἰκίαν ² κιθαρῳδῶ, καὶ
ἐκασον τῶν αὐτῶ σκόλων ἐρδνησαμένη, εὔρε κε-
φαλήν ³ μορμολυκεῖς εὐφυῶς κατασκευασμένῳ. Ἀνα-

1. τὲς τρόπους εἶχεν. Hic quoque vitium est in Casinensi
Codice, qui tamen perraro vitiosus esse solet. Repo-
nendum itaque, quemadmodum Planudes quoque habet,
εἰ τοῖς λόγοις ὅμοια καὶ τὰ ἔργα τῆς χειρὸς, καὶ τὲς τρόπους εἶχες.

Ceterum hanc fabulam Aesopicam esse minime est du-
bitandum, quum a Maximo etiam Tyrio *Dissert.* XXXIII.
iuxta vero Davisii ordinem III. ei tribuatur. Quod au-
tem in hae nostra de Venatore, et Vulpecula dicitur,
apud Tyrium de Leone, et Cerva narratur; ex quo
coniici potest, quantum Aesopicae Fabulae varie a va-
riis relatae, atque enarratae, a pristina forma reces-
serint.

2. Κιθαρῳδῶ. *Citharoedus*, qui proprie a Latinis *fidicen*
dicitur, is est, qui citharam pulsat, et vocem addit;
citharista contra, qui citharam tantummodo pulsat.

3. μορμολύκειον, vel μορμολύκιον est non modo terricu-
lamentum, aut spectrum, sed etiam *persona comica*, fa-

mihi gratiam nullam agis? Cui statim conversa Vulpes, Amice, inquit, ego quidem tibi gratias egissem, si tamen verbis, manus quoque gestus, et mores similes habuisses.

Fabula in eos est homines, qui verbis quidem utilia promittunt, re vero improba faciunt.

Fab. XI. Vulpes ad Personam.

Vulpes in citharoedi domum ingressa, omnemque eius supellectilem perscrutata, scenicae larvae caput ingeniosissime fabrefactum invenit:

cies nempe histrionis ficta, quae non os tantum, sed totum quoque caput obtegebat. De hac vide Gellium lib. V. cap. 7. nec non Rigalt. et Burmann. ad Phaedri *Fab.* 7. lib. VII. quae cum nostra convenit. Omnium tamen doctissime de personis et larvis disseruere, Agesilaus Mariscottus, Bergerus, et Ficoronius suo in opere *de Larvis Scenicis*.

Quum autem Personarum inventor, teste quoque Horatio *de Arte Poet.* v. 278. Aeschylus fuerit, qui fere saeculo post Aesopum floruit, hinc luce clarius apparet, fabulam hanc minime ab Aesopo processisse, sed posterioribus temporibus ab alio ad eius imitationem fuisse compositam, aut saltem, si eam Aesopus protulit, depravatam valde fuisse. His adde, quod citharodorum habitus, tunica talaris erat et chlamys, (*Pol-luc.* VII. 13.) persona numquam. Id quoque Planudes sensit *Fab.* XI. ac pro κίθαρώδης posuit ὑποκριτῆς.

λαβῆσα δὲ αὐτὴν ταῖς οἰκείαις χερσίν, ἔφη· ὦ ὅια κεφαλὴ, ἔγκεφαλον οὐκ ἔχει.

Ὁ λόγος πρὸς ἄνδρας μεγαλοπρεπεῖς μὲν τὸ σῶμα, ἀλογίστους δὲ τὴν ψυχῶν.

Μῦθος ιβ'. Ἀλώπηξ ἐξογκωθεῖσα τὴν γαστέρα.

Αλώπηξ λιμώττωσα ἐν πείνῃ, ἐθεάσατο ἐπί τινα καλύβην² βοσκῆ³ κρέην, καὶ ἄρτον ὑπ' αὐτῆ καταλειφθέντα·³ καὶ εἰσελθεῖσα, ἔφαγεν αὐτὰ ἠδέως. Ἐξογκωθείσης δὲ αὐτῆς τῆς γαστρὸς, καὶ διὰ τῆτο μὴ δυναμένης ἐξελθεῖν τῆς καλύβης, ἔστρεψε, καὶ ἐπωδύρετο. Ἐτέρα δὲ ἀλώπηξ διερχομένη, ἤκουσεν αὐτῆς πῶν στεναγμῶν, καὶ προσελθοῦσα ἐπυνθάνετο, δι' ἣν αἰτίαν τῆτο ποιεῖς; Μαθεῖσα δὲ τὸ

1. ἐγκέφαλον οὐκ ἔχει. Hinc tritum illud in *Gnomis Poetarum* :

Μὴ κρῖν' ὄρων τὸ κάλλος, ἀλλὰ τὸν τρόπον .

Ὡς ἠδὲ κάλλος, ὅταν ἔχη νῦν σῶφρονα .

Cui non absimilis est Faerni sententia *Fab. LXVI.* quam ab Aesopica expressit, aiens :

Sordet honos formae, nisi cui sapientia iuncta est .

2. βοσκουῦ. Licet in Cod. sub hac voce linea ducta sit, qua librarius ut plurimum uti solet ad eas voces designandas, quae inter scribendum temere irrepserunt, eam tamen hic retinendam duximus, quod nihil Fabulae sensui obsit: βοσκός enim idem est ac νομάς, et βοτήρ;

quod suis manibus quum cepisset, Oh quale caput, ait, cerebrum non habet!

Haec de iis fabula narratur, qui corpore quidem, specie praecellunt, mente vero communi prorsus sensu carent.

Fab. XII. Vulpes ventre tumefacto.

Vulpes esuriens, quum in tugurio quodam relictas a Pastore carnes panemque vidisset, eo ingressa, quam suavissime devoravit. Tumefacto proinde ventre, quum inde exire non posset, suspirabat graviter, atque lamentabatur. Alia autem Vulpes quum illac forte transiret, eiusque fletus audiisset, eo accedens, quam ob rem ita lugeret, interrogavit. Cuius rei causam ubi intellexit,

ut exponit Moschopulus a Cl. Du-Cange allatus in *Glossario mediae et infimae graecitatis*.

3. καὶ εἰσελθῆσα. Subintelligendum, per rimam aliquam, aut arctum foramen, ut in pastorum tectoriis esse solet. Tunc manifeste patet, qua Vulpes de causa exire deinde non poterat. Hanc autem fabellam his versibus Horatius retulit *Epist.* 7. lib. I.

Forte per angustam tenuis vulpecula rimam

Repserat in cumeram frumenti, pastaque rursus

Ire foras pleno tendebat corpore frustra.

Cui mustela procul, si vis, ait, effugere isthinc,

Macra cavum repetes arctum, quem macra subisti.

γεγονός ἢ ἀλώπηξ, ἔφη· ἀλλὰ μένε τέως ἐνταῦθα
σὺ, ἕως ἂν τοιαύτη γένη, ὅποια εἶσα εἰσῆλθες.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι τὰ λεπτά τῶν πραγμάτων
ὁ χρόνος διαλύει.

Μῦθος ιγ'. Ἀλώπηξ καὶ Πάρδαλις.

Αλώπηξ καὶ πάρδαλις περὶ κάλλους ἤριζον. Τῆς
δὲ παρδάλεως παρ' ἕκασα² τὴν τῆ σώματος ποικι-
λίαν προβαλλομένης, ἢ ἀλώπηξ³ ὑποτυχῆσα εἶπε·
καὶ πόσον ἐγὼ καλλίων ὑπάρχω, ἥτις εἰ τὸ σῶμα,
τὴν δὲ ψυχὴν πεποικιλμένη τυγχάνω.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι τοῦ σωματικοῦ κάλλους,
ἀμείνων ἐστὶν ὁ τῆς διανοίας κόσμος.

1. τὰ λεπτά ἢ τὰ πράγματα. Neveletus, qui primus ex
Palatinis Codd. hanc Fabulam edidit, num. 164. pro
λεπτά magis apposite habet χαλεπά. Puto tamen in ve-
tustiori etiam Codice, a quo noster descriptus fuit,
χαλεπά scriptum fuisse, eaque ex voce, haud insolita
librariorum incuria, τὰ λεπτά processisse. Ceterum aliae
membranae ab eodem Neveleto inspectae, Epimythion hoc
varie habent, nempe: Ὁ μ. δ. ὅτι εἰ δὲ τίνα δολίως, ἢ ἀπλή-
ως πλεονεκτεῖν· ἐν ὑσέρῳ γάρ, καὶ μὴ θέλη, πάντα ἀποδώσει.

2. τὴν τῆ σώματος ποικιλίαν. Pardus, quem non modo
Gesnerus, sed et ceteri qui de animalium natura scri-
pserunt, unum et idem animal esse fatentur, ac Leo.

Mane istic ergo tantisper, inquit, donec talis fias, qualis es ingressa.

Fabula significat, quod tempus vel difficillima solvit.

Fab. XIII. Vulpes et Pardus.

Vulpes et Pardus de pulcritudine contendebant. Pardus itaque corporis sui varietatem quum continuo praedicaret, Quanto te pulcrior, Vulpes tandem ait, ego sum iudicanda, quae non corpus, sed mentem varie ornatam gero!

Fabula significat, quod mentis decor, pulcritudine corporis praestantior est.

pardus, Pardalis, Pordalis, et Panthera, pellem maculis distinctam habet. Hinc proverbium exortum πάρδαλις ἐκ ἀποτίθεσθαι τὸ κατὰσικτον, quo significantur illi, qui frustra inolitos mores deponere conantur; quem in sensum ita usurpatur a Greg. Nazianz. in invectiva prima adversus Iulianum, dum ait: οὐδὲ γὰρ εἶχε φύσιν, ἢ πάρδαλιν ἀποθέσθαι τὸ κατὰσικτον, ἢ Αἰθίοπα τὸ μέλαν.

3. ὑποτυχῆσα. Perperam scriptum est in Codice ἀποτυχῆσα. Ceterum huiusce Apologi mentionem fecit etiam Plutarch. in *Convivio septem sapientum*, ubi Anacharsim cum Aesopo ita loquentem inducit: Σὺ δὲ ἔροικας οὐδὲ τῆς ἑαυτῆ μνημονεύειν ἀλώπεκος. κ. τ. λ.

Μῦθος ιδ'. "Αιλουρος κὴ "Ορνιθες.

Αιλουρος ἀκέσας ὅτι ἐν τινι τόπῳ ἐπ' αὐλῇ² ὀρνιθες νοσοῦσιν, εἰς ἰατρὸν ἑαυτὸν σχηματίσας, κὴ τὰ τῆς ἐπισήμης³ πρόσφορα ἀναλαβὼν ἐργαλεῖα, παρεγένετο καὶ στάς πρὸ τῆς ἐπαύλεως, ἐπιωθάνετο αὐτὰς, πῶς ἔχοισιν. Ἄι δὲ ἀποκριθεῖσαι, καλῶς, ἔφασαν, ἐὰν σὺ ἐντεῦθεν ἀπαλλαγῆς.

"Οὕτω καὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ πονηροὶ τὰς φρονίμους οὐ λανθάνουσι, καὶ μάλιστα χρηστότητα ὑποκρίνονται.

Μῦθος ιε'. "Αιλουρος κὴ Ἄλεκτρούων.

Αιλουρος συλλαβὼν ἀλεκτρούνα, τοῦτον ἐβούλετο μετ' εὐλόγου αἰτίας καταθοινῆσαι. Καὶ δὴ ἤρξατο κατηγορεῖν αὐτῆ λέγων· ὀχληρὸν αὐτὸν

1. "Αιλουρος. Ex Etymologi sententia ita appellatur hoc animal παρὰ τὸ αἰόλλαν, κὴ κινεῖν πῆν ἕραν, nimirum a *vertendo*, et *movendo caudam*. Quamobrem Latini aliquando *torquicaudam* et *trahicaudam* appellarunt. Celebratissimi erant apud veteres *Feles Tartessii*, ita dicti ab huius nominis urbe in Iberia, ubi maximi nascebantur.

Ceterum αἰλουρος a nonnullis cum γαλή confunditur, quos inter Columella et Varro sunt recensendi; sed falso: αἰλουρος enim proprie *felis* est, animal domesticum, quod in aedibus nutritur ad arcendos mures tam a suppellectili quam a frugibus; γαλή vero *mustela* est. Horum autem error inde facile derivatus, quoniam tam

Fab. XIV. Felis et Gallinae.

Felis quum audisset, gallinario quodam in stabulo gallinas aegrotare, se medicum fingens, propriisque artis medicae instrumentis arreptis, ad eas confestim accessit, et ante stabulum adstans, quomodo se haberent, interrogavit. Illae respondentes, Optime quidem, dixerunt, si tu tamen hinc procul secesseris.

Ita scelesti homines, etsi probitatem quam maxime vultu simulent, non tamen prudentes latent.

Fab. XV. Felis et Gallus.

Felis, correptum Gallum iure aliquo devorare volebat. Eum itaque accusare coepit, aiens, quod hominibus permolestus esset nocturno clamore,

feles, quam *mustelae*, muribus insidiantur. Γαλή tamen pro γαλέη priscis scriptoribus est etiam *felis*. Vid. Perizon. ad Aelian. *Variar. Histor.* lib. XIII. c. 4. et Kuhnium *ibid.*

2. ὄρνιθες. Non recte est in vulgata a Neveleto 155. quae cum nostra concordat, ὄρνεις. Haec vox enim, generatim de quibuslibet volucris intelligitur; hic vero de gallinis tantum, ceterisque cortis incolis avibus sermo est.

3. πρόσφορα ἀνάλαβών ἐργαλῆα. Mancus est atque corruptus hic locus in Neveleti vulgata. Hinc vide Florentini Codicis praestantiam.

εἶναι τοῖς ἀνθρώποις ἡ νύκτωρ κεκραγότε, μηδὲ ὕπνων τυχεῖν εἶναι. Τοῦ δὲ εἰπόντος ἐπ' ὠφελείᾳ αὐτῶν τὸ ποιεῖν, ἑπὶ γὰρ τὰ σωτήρια τῶν ἔργων διεγείρει, ἑκ δὲ αὐτῶν ὁ αἴλουρος ἔλεγεν· ἀλλὰ ἀσεβῆς εἰς τὴν φύσιν τυγχάνεις, ἀδελφαῖς, καὶ μητρὶ ἐπεμβαίνων. Τὸ δὲ καὶ τοῦτο εἰς ὠφέλειαν τῶν δεσποτῶν πράττειν φήσαντος, πολλὰ γὰρ ὡς αὐτοῖς τίκτεσθαι παρασκιάζει, ἀποκρίθεις ἐκεῖνος, ἔφη· εἰάν σὺ ἀφορμῶν πολλῶν εὐπορήσης, ἐγὼ τέως ἀδειπνος εἰ μὲν ὦ.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ἡ πονηρὰ φύσις πλημμελεῖν προαιρουμένη, καὶ μετ' εὐλόγου προυσχήματος οὐ δυνήθη, ἀλλὰ γε ἀπαρακαλύπτως πονηροῦται.

1. νύκτωρ κεκραγότε. *Elegantissimus inter Luciani Dialogos, is est, qui Ὀνειρος, ἢ Ἀλεξῆων Somnium, sive Gallus inscribitur, in quo fingit Mycillum sutorem, noctu Galli cantu expergefatum, ad eum ita loqui: Ἀλλὰ σε, ὦ κάκιζε Ἀλεξῆων, ὁ Ζεὺς αὐτὸς ἐπιβίψειε, φθονηρὸν ὕπνω καὶ ὀξύφωνον ὄντα, ὃς με πλατῆντα, καὶ ἡδίστῳ ὀνείρῳ ξυνόντα, καὶ θαυμαστὴν εὐδαιμονίαν εὐδαιμονέντα, διάπορόν τι καὶ γεγωνὸς ἀναβοήσας ἐπήγειρας, ὡς μηδὲ νύκτωρ γούν τὴν πολὺ σου μιαιρωτέρων πονίαν διαφύγοιμι. ,, At te scelestissime Galle, Iupiter ipse obterat, qui invidus es adeo atque clamosus, quique me divitem factum, et suavissimo in somnio versantem, et admirabili quadam felicitate perbeatum, penetrabili tuo illo acutoque clamore excitasti, ut nimirum ne nocte quidem paupertatem te longe peiorem effugere possim ,, Haec vero, si Cl. Berglero fides ha-*

atque frui somno negaret. At Gallus, id se se ad eorum utilitatem facere, respondebat, quippe qui in consueta opera illos excitaret. Iterum vero Felis: Impius in naturam es, inquit; cum sororibus enim ipsaque matre rem habes. Sed et haec, ille respondit, ad herorum meorum utilitatem facio; ita enim curo, ut multa illis ova pariantur. At demum Felis: Licet, ait, multis defensionibus abundes, ego tamen impastus non manebo.

Fabula demonstrat, quod quum homines natura perversi, scelus aliquod admittere deliberaverint, si specie quadam honesti id gerere nequeant, suam denique aperte improbitatem exercent.

benda sit, ab Alciphronis *Epistola* 10. lib. III. Lucianus hausit: ita enim Iophon Erastoni scribit. Ἐπιτριβήη, καὶ κακὸς κακῶς ἀπόλοιτο ὁ κάκιςος ἀλεκτρυῶν, καὶ μιαρῶπατος, ὡς με ἠδὺν ὄνειρον θεώμενον, ἀναβήσας, ἐξήγηρεν.

2. ἐπὶ γὰρ τὰ σωήθη τῶν ἔργων. Eadem Luciani Gallus Mycillo respondet, ut se excusatum habeat, quod cantu somnum abduxerit. Μύκιλλε δέσποτα, ὦ μὲν τι χαρῆθαί σοι, φθάνων τῆς νυκτὸς ὅποσον δυνάμει, ὡς ἔχοις ὀρθροῦμενος διανύειν τὰ πολλὰ τῶν ἔργων. ,, Here Mycille, gratum tibi me facturum rebar, si noctis quantum possem, meo cantu anteverterem, ut posses, laborem ante lucem aggressus, illa multa tua opera absolvere ,,.

3. In Cod. legi potest etiam διεγέρω, quod non placet. Sic et inferius Cod. habet παρασκευάζω, sed male.

Μῦθος 15'. Ἀλεκτρυόνες καὶ Πέρδιξ.

Αλεκτρυόνας τις ἐν τῇ οἰκίᾳ ἔχων αὐτῷ, περι-
 τυχῶν πέρδικι, καὶ τούτον ἐπαγοράσας, εἰσή-
 νεγκον ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτῷ τοῦ στυνατραφῆναι τοῖς
 ὄρνισι. Τῶν δὲ τυπτόντων αὐτὸν, καὶ ἐκδιωκόν-
 των, ὁ πέρδιξ ἐλυπεῖτο σφόδρα, νομίζων διὰ τὸ
 εἶναι αὐτὸν ἀλλόφυλον, τέτα χάριν διώκεσθαι παρὰ
 τῶν ἀλεκτρυόνων. Μικρὸν δὲ ὅσον ὑποχαρήσας,
 θεωρεῖ² τοὺς ἀλεκτρυόνας μαχομένους, καὶ στυ-
 κόπτοντας. Ταῦτα ὁ πέρδιξ ὀρῶν, ἀποθεραπεί-
 θεὶς ἔφη· ἀλλ' ἐγωγε ἀπὸ τοῦ νῦν οὐ λυπεῖμαι,
 ὀρῶ γὰρ αὐτὰς καὶ ὑπ' ἀλλήλων μαχομένας.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ὁ λόγος πρὸς φρονίμους
 ἀνθρώπους, οἱ τινες ῥαδίως φέρουσι τὰς ἐκ τῶν
 πέλας ὕβρεις, ὅταν ἴδωσιν αὐτοὺς μηδὲ τῶν οἰ-
 κείων ἀπεχομένας.

1. τούτων ἐπαγοράσας. Nam et perdices, ut Cl. Heusinger animadvertit, domesticarum avium numero habet Oriens, Chios maxime, ubi gregatim eas pasci, auctor est Busbequius *Ep.* III. p. 123.

2. τὰς ἀλεκτρυόνας μαχομένας. Ita Galli pugnaces sunt, ut maximae inter eos dimicationes saepe saepius oriantur. Iure itaque Aristoph. in *Avibus* v. 836. eos Ἀρεως νεοτὰς appellavit. Testis est Plinius *Histor. Nat.* lib. X. c. 21. qui etiam ibidem tradit, Pergamis omnibus annis gallorum gallinaceorum spectaculum certantium, sollemni-

Fab. XVI. Perdix et Galli.

Gallos quidam domi suae habens, Perdixem in foro aviario quum forte vidisset, eam sibi quoque comparavit, ac domum detulit, ut inter ceteras cortis aves aleretur. Gallis autem eam continuo verberantibus, atque abigentibus, vehementer illa quidem contristabatur, rata nimirum ideo a Gallis exagitari, quod eiusdem generis avis non esset. Quum itaque aliquantisper penitioem in angulum recessisset, Gallos etiam inter se pugnare, mutuoque se caedere animadvertit. Quae Perdix fieri videns, omni timore reiecto intra se ait: Equidem non me posthac discrucio, nam hos quoque inter se dimicantes aspicio.

Fabula demonstrat, haec eadem de viris prudentibus dici posse, qui amicorum iniurias facile perferunt, quum ipsos videant, ne suis quidem a domesticis abstinere.

ter, ac publice edi solitum, ceu gladiatorum. Id autem et Athenis factitatum Aelianus docet *Var. Histor.* II. 28. Nec galli tantum, quos inter *Tanagraei* excellebant, cum gallis publice pugnabant, sed et coturnicum, gallo-
lorumque certamen erat apud Graecos, ut refert Xenoph. in *Sympos.* pag. 514. lin. 10. Ed. Stephani, et Lucianus in *Dialogo de Gymnasiis* inscripto, cuius hic verba referre haud ingratum puto: Καὶ τί ἂν πάθοις, εἰ θεάσαιο καὶ ὀρτύγων καὶ ἀλεξυόνων ἀγῶνας παρ' ἡμῖν, καὶ σπαδῶ ἐπὶ τίτοις ἢ μικράν; ἢ γελάσῃ δηλονότι, καὶ μάλιστ' ἦν μάθης, ὡς ὑπὸ νόμῳ

Μῦθος ιζ'. Ἀνὴρ πηρός.

Ἀνὴρ¹ πηρός ἐιώθει πᾶν τὸ ἐπιτιθέμενον εἰς τὰς αὐτοῦ χεῖρας ζῶον ἐφαπτόμενος, ² λέγειν ὅποιον τί ἐστι. Καὶ δὴ ποτε λυκιδίου αὐτῷ ἐπιδοθέντος, ψηλαφήσας, καὶ ἀμφαγνοῶν εἶπεν· οὐκ οἶδα πότερον κυνὸς εἶη, ἢ ἀλώπεκος, ἢ τοιούτου ζώου γέννημα. Τοῦτο μέντοι σαφῶς ἐπίσταμαι, ὅτι οὐκ ἐπιτήδειον τοῦτο τὸ ζῶον τροβάτων ποιμνῆ σκυιέναι.

Ἔοιπε πονηρῶν ἢ διάφρεσις πολλάκις³ ἀπὸ τῆς σώματος φαίνεται.

αὐτὸ δρῶμεν, καὶ προστέταχθαι πᾶσι πῶς ἐν ἡλικίᾳ παρῆναι καὶ ὄρεᾶν τὰ ὄρνεα διαπυκτεύονται μέχρι τῆς ἐχάτης ἀπαγορεύσεως; De his vero omnia Sam. Petitus ad illud *Legum Atticar.* lib. I. Titul. 40. ἀλεξϕυόνας ἀγῶιζεσθαι δημοσίᾳ ἐν τῷ θεάτρῳ μιᾶς ἡμέρας τῆς ἔτης. Ceterum mos idem apud Anglos etiam nunc viget, apud quos galli habentur pugnacissimi *Sbake baggs*, quorum certamen graphice descripsit Magalottus noster sua in Epistola ad Leonem Strozam missa, quae est 48. *Familiarium Epp. Tom. II.* quam vide si libet.

1. Ἀνὴρ πηρός. Fabulam hanc ex Palatinis Codd. Neveletus primum edidit; sed ita mendosa in illis exstat, ut ipse eam emendare coactus fuerit. Deest tamen tum in Palatinis membranis, tum in Neveleti emendatione post ἀνὴρ vox πηρός, sine qua Fabula tota friget.

2. λέγειν ὅποιον τί ἐστίν. Tactu ita caeci pollent, ut eius ope vel minima dignoscere possint; cuius rei plurima

Fab. XVII. Caecus .

Caecus quidam erat , qui animal quodvis suis in manibus positum , tactu quale esset indicare solebat . Quum olim ei itaque lupi catulus oblatus fuisset , is manu contrectans , dubius et haesitans , Equidem , inquit , haud plane novi , utrum canis , an vulpis , an alicuius huiusmodi animalis hic catulus sit . Id tamen certe scio , quod inter ovium greges versari sine earum detrimento non potest .

Sic improborum perversi mores , saepe saepius ipso a corporis habitu declarantur .

exempla conguessit Christophorus Sartius , in Academia Pisana Logices Professor celebratissimus , egregio suo in opere , cui titulus : *L' Ottica della Natura e dell' Educazione* . Lucca 1792 . 8 . quod consule .

3. ἀπὸ τῆ σώματος φαίνεται . Hinc Martialis lepidissimum illud , ac πολυδρῦδην *Epigramma* in Zoilum lib. II .

*Crine ruber , niger ore , brevis pede , lumine laesus ,
Rem magnam praestas , Zoile , si bonus es .*

Neque Philosophi negant intimum animum sibi quodammodo exteriorem corporis habitum conformare . Hinc nonnulli tum apud veteres , tum apud recentiores , ab exteriori figura , animi mores agnoscere se posse putarunt . Celeberrimi sunt apud Graecos , qui de hac arte scripsere , Polemo , et Adamantius ; Io. Baptista a Porta , Angelus Ingenierius , aliique apud Italos , qui Lawaterio viam stravere , cuius opus exstat *de Physiognomonia* Hagae Comitum impressum 1781 . Vol. III . 4 .

Μῦθος ιη'. Ἀλώπηξ καὶ Κύων.

Αλώπηξ εἰσελθῆσα εἰς ἀγέλην προβάτων, θηλαζόντων τῶν ἀρνίων, ² ἐν λαβομένη, προσεποιεῖτο καταφιλεῖν. Ἐρωτηθεῖσα δὲ ὑπὸ κυνός, τί τοῦτο ποιεῖς; τιθνήμαί αὐτῷ, ἔφη, καὶ προσπαίζω. Καὶ ὁ κύων ἔφη· καὶ νῦν ἐκὼ μὴ ἀφῆς τὸ ἀρνίον ἀφ' ἑαυτῆς, ³ τὰ κυνῶν σοι προσοίσω.

Ὁ λόγος πρὸς ἄνδρα ραδιουργόν, καὶ κλέπτῳ, εὐκαιρός ἐστίν.

Μῦθος ιθ'. Ἀσρολόγος.

Ασρολόγος ὀξιάει ἐν ἐκάστη ἐσπέρα, καὶ τὰς ἀστέρας ἐπισκοπεῖν ἔθος εἶχε. Καὶ δὴ ποτε περιῶν εἰς τὸ προάστειον, καὶ τὸν νοῦν ὅλον ἔχων εἰς τὸν οὐρανόν, ἔλαθε ⁴ καταπεσὼν εἰς τὸ φρέαρ.

1. Et hanc ex iisdem Palatinis Codd. Neveletus, sed corruptissimam edidit.

2. ἐν. Perperam in Codice ἔνα, nisi pro ἀρνίων legatur ἄρνων.

3. τὰ κυνῶν σοι προσοίσω. Dentes nimirum, qui praecipua canum arma sunt, ac eorum vel maxime qui pastoritii dicuntur. Ceterum de ferarum naturalibus armis bene Pheraulas his agit apud Xenophontem in *Cyropaedia* lib. II. Καὶ τ' ἄλλα ζῶα ἐπίσταται τινὰ μάχην ἕκαστα. οὐδὲ παρ' ἐνός ἄλλου μαθόντα ἢ παρὰ τῆς φύσεως· οἶον ὁ βοῦς κέρατι παύειν, ὁ ἵππος ὀπλῇ, ὁ κύων στόματι, ὁ κάπρος ὀδόντι.

4. καταπεσὼν εἰς φρέαρ. Derisum a vetula ob similem

Fab. XVIII. Vulpes et Canis.

Vulpes in ovium gregem ingressa, quo tempore agni lactentes erant, ex iis unum arreptum deo-
sculari fingeat. Quapropter a Cane, quidnam
faceret, interrogata, Nutricor ipsum, ait, cum
eoque me oblecto. At ille, Nisi agnum extemplo
dimittis, quae sunt Canum propria in te exeram.

Huiusmodi fabula, de callido et furace homine
opportune narratur.

Fab. XIX. Astrologus.

Astrologus quidam, quotidie nocte adventante
egredi, atque sidera observare solebat. Sed olim
quum extra urbem pro more ambularet, mentem-
que in astris omnem defixam teneret, imprudens

lapsum Thaletem, Diogenes Laertius in eius vita ita re-
fert. Λέγεται δ' ἀγόμενος ὑπὸ χάρος ἐκ τῆς οἰκίας, ἵνα πεί ἄσπρα
κατανοήσῃ, εἰς βόθρον ἐμπεσεῖν, καὶ αὐτῷ ἀνοιμώξαντι φάναι τὴν
χάυν· σὺ γάρ, ὦ Θαλή, πεί ἐν ποσὶν εἰ δυνάμενος ἰδεῖν, πεί
ἐπὶ τῷ ἔρανῳ οἰεῖ γινώσκεισθαι; „Fertur autem quum domo ab
anu educeretur, contemplandorum siderum caussa, in
fossam incidisse, ingemiscentique dictum ab anu; qua
ratione, o Thales, quae in coelis sunt, comprehensu-
rum te arbitraris, qui ea quae sunt ante oculos videre
non vales? „ Vide Platonem in Theaeteto. Hinc Dio-
genes ille Cynicus apud Laertium, mathematicos car-
pebat, eos aiens, ἀποβλέπην μὲν πρὸς τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σε-
λήνῳ, πεί δ' ἐν ποσὶ πράγματα παρορᾶν.

Ὀδυρομένου δὲ αὐτοῦ, καὶ βοῶντος, παριών τις
ὡς ἤκουσε ἰὺ στεναγμῶν, προσελθὼν, καὶ μαθὼν
τὰ συμβεβηκότα, ἔφη πρὸς αὐτόν· ὦ ὄυτος, σὺ
τὰ ἐν ἔρανῳ βλέπεις πειρώμενος, τὰ ἐπὶ τῆς γῆς
οὐχ ὄρας;

Τέτω τῷ λόγῳ χηῖσαιτο ἄν τις ἐπ' ἐκείνας τὰς
ἀνθρώπους, οἱ παραδόξως τοῖς ἀνθρώποις ἀλαζο-
νέουσαι, ἐδὲ τὰ κοινὰ τοῖς ἀνθρώποις ἐπιτελεῖν
δυνάμενοι.

Μῦθος κ'. Ἀλιεύς καὶ Σμαρίς.

Αλιεύς¹ τὸ δίκτυον καθείς,² ἀνήνεγκε σμαρίδα.
Σμικρὰ δὲ ὄυσα, ἰκέτευεν αὐτὸν λέγουσα· μὴ
λάβῃς με πρὸς τὸ παρὸν, ἀλλ' ἔασον, ἐπειδή-
περ σμικρὰ τυγχάνω· ὅτε δὲ ἀυξηθῶ, καὶ με-
γάλη γινώμαι, λάβῃς με· ἐπεὶ καὶ εἰς μείζο-
νά σοι ὠφέλειαν τότε γινήσομαι. Καὶ ὁ ἀλιεύς εἶ-
πεν· ἀλλ' ἔγωγε μαρὸς ἂν εἶην, εἰ τὸ ἐν χερσὶ
κέρδος παρῆς, καὶν μικρὸν ἦ, τὸ ἐν ἐλπίσι διώ-

1. τὸ δίκτυον καθείς. *Varia, atque inter se diversa pi-
scatorum instrumenta erant, nempe κάλαμοι arundi-
nes, ῥάβδοι virgae, λίνον linum, ξίχες ἵππεοι pili equini,
ἄγκιστρα hami, ἀγκίδυτα δίκτυα retia, quae quis iacit non
in mare proVectus, sed in terra consistens, ἀυφίβλητρα
retia, quae in mari aut flumine proiecta, latius se dif-
fundunt, et utrimque includunt praedam, et alia, quae
a Polluce recensentur Lib. I. c. IX. Segm. 97.*

2. ἀνήνεγκε σμαρίδα. *Smaris est parvus piscis, alio*

in puteum praecipitavit. Quo casu, quum fleret ille, vehementerque clamaret, inde quidam forte pertransiens, ubi eius gemitus audivit, confestim accessit, reque cognita, Amice, inquit, quinam tu, dum coelestia tueri conaris, terrena non vides?

Hac uti fabula in eos possumus, qui se magna facturos praedicant, dum ne vel minima quidem perficere valent.

Fab. XX. Piscator et Smarid.

Piscator iactis retibus, Smaridem tantummodo traxit. Quae quum parvula esset, eum supplex rogabat, aiens, Ne nunc quaeso me capias, sed potius, quandoquidem sum tam parva, relinque: postquam autem crevero, ac maior ero, tunc me comprehendes, tibi que maiorem quoque utilitatem feram. Ad haec autem Piscator ait; Ast ego profecto stultus essem, si

nomine *Cerrus* appellatus, de quo ita loquitur *Marcellus Sideta* in sui *Poematis* fragmento, cui *Titulus* Ἰατρικὰ περὶ ἰχθύων, iam a *Morello Parisiis* edito, atque a *Fabricio* relato, *Biblioth. Graecae* T. I. pag. 21.

Σμαρίδες αὐτῶν λαῶν μυρμηκόντα κάρηνα,

Ῥηϊδίως θαμινὰς τ' ἀκροχορδόνας ὄξυακέουσι.

Σὺν ῥαδινῇ χαίτῃ δὲ καθεψόμενοι μαράθοιο,

Γλαγοφόρος πύχουσι φίλῳ μετὰ δαῖτα τιθήνας,

Σμαρίδων ἄλμη δὲ καλὸν χραισμῆϊον ἄφθαις.

κοιμι, κᾶν μέγα ὑπάρχη.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι αἰρετώτερόν ἐστι τὸ παρὸν κέρδος κρατεῖν, κᾶν μικρόν ᾗ, ἢ τὸ προσδοκώμενον, κᾶν μέγα ὑπάρχη.

Μῦθος κά. Ἀνθρωπος καταθραύσας ἄγαλμα.

Ανθρώπος τις ξύλινον θεὸν ἔχων, καθικέτευεν αὐτὸν τῷ ἀγαθοποιῆσαι. Ὡς οὖν ταῦτα ἔπραττε, καὶ πλείω τύπων, μᾶλλον ὁ αὐτὸς διῆγεν ἐν πενία· κὴ δὴ θυμωθεὶς, ἄρας αὐτὸν ἀπὸ τῆς κεφαλῶν, ἔρριψεν ἐν τοίχῳ προσκρέσας. Τῆς δὲ κεφαλῆς αὐτοῦ παραυτίκα κλασθείσης, ἔρρόβσε χρυσὸς πολὺς παραχρῆμα· ὅνπερ σωάγων ὁ ἄνθρωπος ἐβόα· στρεβλὸς τυγχάνεις, ὡς οἶμαι, κὴ ἀγνώμων· τιμῶντά σε γὰρ, οὐδὲν ὠφέλησάς με, τυπτήσαντα δὲ πολλοῖς καλοῖς ἠμείψω.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ὅτι οὐκ ὠφελήθη τις τιμῶν πονηρὸν ἄνδρα· αὐτὸν δὲ τύπων πλεῖον ὠφελήθη.

1. ἔκ ὠφελήθη τις τιμῶν πονηρὸν. *Elegantissimo idem Epigrammate sub num. 8. Lucianus expressit, aiens, Φαῦλος ἀνὴρ, πίθος ἐστὶ τετρημένος, εἰς ὃν ἀπάσας Ἀντλῶν πῖς χάριτας, εἰς κενὸν ἔξέχεας.*

Pertusus cadus est homo non probus: omnis in illo Quae collata fuit gratia, vana perit.

quod manibus habeo, quamvis sit leve, lucrum abiecerim, ac illud persequi vellem, quod, magnum sit licet, in incerta spe tamen omnino consistit.

Fabula declarat, satius esse praesens lucrum retinere, quamvis parvum sit, quam futurum persequi, licet sit magnum.

Fab. XXI. Homo fractor Simulacri.

Homo quidam ligneum Deum habens, eum, ut sibi beneficeret, supplex orabat. Quum haec igitur, et plura etiam continuo faceret, ipse tamen magis in paupertate degebat. Quapropter ira correptus, Dei simulacrum cruribus sublatum, magno cum impetu in parietem coniecit. Ita eius capite subinde diffracto, ingens vis auri repente defluxit: quod ille colligens exclamabat; Iniquus es, ut puto, et ingratus. Dum enim te colerem, me nihil iuvisti; postquam vero percussi, tunc bonis plurimis me cumulasti.

Fabula significat, quod nemo, si viros improbos honoraverit, emolumentum recipiet; at contra si percusserit, maiorem utilitatem consequetur.

2. αὐτὸν δὲ τύπτων. Est quidem prudentis, improborum consortia evitare, sibique ab eorum fraudibus cavere; sed tamen viri probi non est illis nocere, deque eorum calamitatibus gaudere. Divinum illud sit omnibus aequè propositum: *Diligite inimicos vestros, et benefacite iis, qui oderunt vos.*

Μῦθος κβ'. Κύων ἐσιώμενος.

Ανθρώπου τινὸς δεῖπνον παρετοιμάζοντος εἰς τὸ καλέσαι φίλον αὐτοῦ οἰκεῖον, καὶ ὁ κύων τούτου ἄλλον κύνα ἐκάλει, λέγων· ὦ φίλε, δεῦρο δεῖπνησον ὦδε. Ὁ δὲ προσελθὼν, χαίρων ἴστατο· βλέπων δὲ τὸ μέγα δεῖπνον, ἐβόα ἐν τῇ καρδίᾳ· βαβαὶ, πόση με χαρὰ ἄρτι κατέσχον, ἐπεὶ ἔξαπίνης ἂν τῷτο ἐφάνη· τραφήσομαι ἤν, καὶ εἰς κόρον δειπνήσω, ἵνα ἄυγιον μὴ πεινάσω καθόλα. Ταῦτα οὖν λέγων καθ' ἑαυτὸν ὁ κύων, ἔσειε τὴν κέρκον, καθορῶν εἰς τὸν φίλον τὸν κεκληκότα αὐτὸν ἐπὶ τὸ δεῖπνον. Ὁ οὖν μάγειρος, τῷτον εὐθύς ὡς εἶδεν ὦδε κἀκεῖσε τὴν οὐρανὸν περιστρέφοντα, καταχῶν αὐτοῦ τὰ σκέλη, παραχῆμα ἔρριψεν αὐτὸν ἔξωθεν τῆς θυρίδων. Ὁ δὲ κατιῶν, ἀπήει ἀνακράζων. Τῶν δὲ κυῶν αὐτῷ προσυπαντῶντων, καὶ κατεπερωτώντων, πῶς ἐδείπνησας φίλε; οὗτος πρὸς αὐτὰς ὑπογελαῶν, ἐβόα· ὡς ἤν ἐπιον, μεθυθεῖς ὑπὲρ κόρον, εἶδὲ τὴν ὁδὸν, ὅθεν ἔξῃλθον, εἶδον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι καὶ δεῖ θάρρειν τοῖς μηδὲν ἀνύουσιν.

1. τὸ μέγα δεῖπνον. Male bis in Codice, male in Plannudea 129. quae cum nostra convenit, Heusingero ibidem monente, et in editionibus omnibus perperam τὸν μέγα legitur, quum Graeci non dicant τὸν, sed τὸ δεῖπνον.

Fab. XXII. Canis ad convivium.

Vir quidam, quum coenam opiparam ad familiarissimum sibi amicum excipiendum appararet, eius quoque Canis Canem alium invitavit, Amice, dicens, huc hodie mecum epulatum veni. Ille itaque introgressus, laetus constitit, magnumque convivium cernens, Papae, intra se aiebat, quanta laetitia nunc perfruor, postquam id mihi inopinato contigit. Nutriar ergo, et ita ad satietatem coenabo, ut omnino crastina die esurire non possim. Dum haec secum tacitus Canis volvebat, caudamque agitabat, intentos gerens oculos in amicum, a quo fuerat in convivium vocatus, haud mora coquus, ubi ipsum caudam huc illuc circumagentem adspexit, pedibus arreptum extra fenestras deiecit. Canis itaque lapsus, magno cum clamore discessit. Occurrentibus proinde ceteris canibus, atque rogantibus, Vt te coena iuvit, amice? subridens ille respondit; Mehercle, ita mero me obrui, ut satietate iam ebrius, ne viam quidem viderim qua sum egressus.

Fabula declarat, iis qui nihil perficiunt, nullam esse fidem adhibendam.

πνον. Adeo inolitos errores demere multum est.

2. ὅτι ἔδ᾿ ἄρα φέρῃαν. Huius fabulae Epimythion longe melius ita a Planude effertur; ὅτι ἔδ᾿ ἄρα φέρῃαν πῖς ἢ ἄλλο. τριῶν εὐποιῶν ἐπαγγελλομένοις.

Μῦθος κγ'. Ἄετός κ' Ἀλώπηξ.

Αετός ποτε ἐάλω ὑπ' ἀνθρώπου, ὅσις τὰ πτερὰ αὐτοῦ δ' ἑώρας τίλλας, εἶασεν αὐτὸν ἐν οἴκῳ σὺν ὄρνισιν. Ὁ δὲ κατηφής ἐκ τῆς λύπης ὑπῆρχον. Ἐτερος δέ τις τῶτον ἐξαγοράσας, ἀνεπτέρωσε τὸν αἰτὸν αὐτίκα. Ὁ δὲ πετασθεὶς, καὶ λαγῶν ἀρπάσας, ἤνεγκον δ' ἑυὲς δῶρον τῷ δ' ἐργέτῃ. Τῷτο ἀλώπηξ κατιδῶσα ἐβόα· ² μὴ τοῦτον σὺ ξένιζε, ἀλλὰ τὸν πρῶτον, ³ μήπως ὁ αὐτός σε πάλιν κυνηγήσῃ, καὶ αὐθις τὰ πτερὰ τὰ σὰ κατερημώσῃ.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι δεῖ χρηστὰς ἀμοιβὰς τοῖς εὐεργέταις παρέχειν, τὰς δὲ κακὰς ἐκφύγειν.

1. Ὁ δὲ κατηφής. Animadvertit ad haec Neveletus, Fabul. 150. plurimas lectionis esse varietates in Palatinis Codd. in quibus eadem haec Fabula occurrit, quas omnes referre operae pretium minime duco. Quam tamen Palatinus V. habet merito hic recensenda videtur, est enim: ὁ δὲ ἦν κατηφής, καὶ οὐδὲν ἤσθιεν ἐκ τῆς λύπης, ὁμοίος δὲ ἦν βασιλῆα δεσμότη. *Illa autem, Aquila, tristis erat, nec escam ullam prae dolore sumebat, regique captivo similis erat.*

2. μὴ τῶτον σὺ ξένιζε. Ξενίζω proprie est „aliquem hospitio excipere“, unde ξένια ea munera dicta, quae disce-

Fab. XXIII. Aquila et Vulpes .

Aquilam olim quum quidam cepisset, ei statim alarum pennas avulsit, domique in gallinarum numerum aggregavit. Qua illa calamitate perterrita, magno dolore premebatur. Deinde vero quum eam quidam alius emisset, ut ei penae renascerentur continuo curavit. Tunc Aquila volans Leporem cepit, atque ei statim a quo tale beneficium receperat, dono obtulit. Quod Vulpes quum vidisset, Primo potius, inquit, hospitalia haec munera, non isti feras moneo, ne nimirum te iterum capiat, rursusque pennas evellat.

Fabula declarat, iis qui benefaciunt iucundas esse gratias referendas, pravos vero omnino fugiendos.

dentibus hospitibus dabantur. Inde igitur significatione petita, heic usurpatum *ξενίζω* videmus generatim pro *donare*, sed valde quidem improprie, ac violenter id factum.

3. μήπως ὁ αὐτός. Si leporem, Vulpes inquit, ei munus adfers, a quo renatis pennis aufugisti, cave, ne videns ille quod tali munere a te cumulatur, iterum te capiat, ac denuo pennas evellat, sperans nimirum, postquam creverint, aliam te ei leporem fore adlaturam.

Μῦθος κδ' "Ἴππος καὶ "Ονος.

Ανδρῶπος πάλιν ἵππον εἶχε, καὶ ὄνον· ἐπεφόρτισε δὲ πλείω τῷ ὄνον· ἦτις δὴ καὶ ὀδύσασα μετὰ πολλοῦ τῷ βάρους, πρὸς τὸν ἵππον ἐβόα· λάβε ἀπὸ τοῦ βάρους, καὶ κούφισόν με ὀλίγον· οὐ γὰρ δύναμαι ταῦτα πάντα βαστάζειν· καὶ εἰ μὲν βούλει, ζήσομεν ἐν τῷ βίῳ· εἰ δ' οὐ πειθῆς μοι, ὄψαι με τεθνηκυῖαν· Ὁ δὲ ἐκ ἐπίσθη ἐλεῆσαι τὴν ὄνον· καὶ παραχρῆμα θανοῦσα ἐπεπώκει· Τοῦ δὲ κυρίου θούτος πάντα τῷ ἵππῳ, ἔτος θρηνῶν ἐβόα· εἰαὶ οἱ μοι τῷ παναθλίῳ· τί μοι σωέβη ἄρτι τῷ ταλαιπώρῳ; μὴ θελήσας γὰρ μικρὸν λαβεῖν ἐκ τῷ βάρους, ἰδὲ ἅπαντα βαστάζω² σὺν τῷ σάκκῳ.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι τοῖς σμικροῖς οἱ μεγάλοι συγκοινωνοῦντες, οἱ ἀμφοτέροι σωθήσονται ἐν τῷ βίῳ.

1. Hanc fabulam respexisse videtur Plutarch. in libro ὑγιανῶν παραγγελμάτων, dum ita ait, Ὁ βοῦς πρὸς τὴν ὀμόδον ἔλεγε κάμηλον, ἐπικουφίσαι τοῦ φορτίου μὴ βουλομένῳ, ἀλλὰ καμῆ, καὶ ταῦτα πάντα μετὰ μικρὸν ὀισθεις· Ὁ καὶ σωέβη τελευτήσαντος αὐτῆ.

2. σὺν τῷ σάκκῳ. Vox Graecis veteribus etiam nota, Eustath. teste. Iliad. η. et ρ. licet per unicum x scriberent Athenienses. Haec autem varia significabat, nempe vestem viliores, ut plurimum pilis contextam, quam Monachi et Eremitae induebant, qui strictioris vitae

Fab. XXIV. Equus et Asina .

Equum et Asinam quum quidam haberet , ma-
iora huic onera imponebat . Quum olim itaque
in itinere Asina esset , ac impositis sarcinis ni-
mis gravaretur , ad Equum conversa exclamabat ;
Tolle precor aliquid oneris , meque paullisper
leva , haud enim haec omnia ferre possum : quod
si feceris , per te vivam ; alioquin , emori me o-
mnino videbis . Equus tamen nulla Asinae pie-
tate permotus est ; quae quidem statim mortua
humi corruit . Herus itaque quum omnia Equo
gestanda imposuisset , flens ipse exclamabat : Vae
mihi , vae misero mihi ! quid nunc infelicissimo
contigit ? Parum enim oneris suscipere nolens ,
en cuncta , et ipsam quoque Asinae pellem fero .

Fabula significat , quod si magni cum parvis
iungantur , ambo in vita servari poterunt .

rationem amplectebantur . Σάκκος praeterea vestis erat
manicis carens , corpori adstricta , nullis striis aut
undis lasciviens , Patriarcharum et Metropolitanarum
propria , nec non ut Patriarchis , ita quoque Impera-
toribus Graecis peculiaris ; de qua vide Du-Cang. in
Glossar. Med. et Inf. Graec. Hic vero huiusmodi di-
ctio pellem cum ipsis pilis detractam proprie signifi-
cat : ac talem quidem primitus significationem habuisse
quodammodo probare videtur Chron. Alexandrin. ann. 3.

καὶ εὐθείως αὐτὸν ἐφόνησαν , καὶ ἐκδέξαντες αὐτὸν , ἐποίησαν τὸ

Μῦθος κέ. "Αρκτος ἢ Ἀλώπηξ.

Αρκτος¹ δῆποτε μεγάλη ἐκαυχᾶτο, ὡς φιλόαν-
θρωπός ἐστι πάντων ἢ ζώων·² φασὶ δὲ τὴν ἄρ-
κτον νεκρὸν μὴ φοινεῖσθαι. Ἡ δὲ ἀλώπηξ ἀκηκεῖα
παῦτα, ἐμειδίασε, καὶ πρὸς αὐτὴν ἐλάλει· εἶθε
τὰς νεκρὰς ἢ θάλασσας, ἢ μὴ τὰς ζῶντας.

Ὁ μῦθος οὗτος ἐλέγχει τὰς πλεονέκτας, ἢ ἐν
ὑποκειμένῃ βιῶντας.

Μῦθος κς'. "Ανθρωπος ἢ Σάτυρος.

Ανθρωπός τις ἢ³ σάτυρος φιλίαν πρὸς ἀλλή-
λους ποιησάμενοι, ἐκάθισαν ἀμφοτέροι τῷ ἐδίειν.

δέρμα αὐτῆ σάκκον: nec non quae leguntur in Vita S. Nili
iunior. pag. 32. ἦν δὲ καὶ τὸ ἔνδυμα αὐτῆ, ἀπὸ τριχῶν αἰγῶν
σάκκος.

1. "Αρκτος. Graecis haec fera promiscui generis est,
atque ita nominatur quasi ἄρκος ab ἀρκῶ *propulso*, quo-
niam ad iniurias propulsandas, eius anteriores partes
magno robore praeditae sint; vel secundum alios, ab
ἀρκέομαι *contentus sum*, quod Ursus in latibulis, sola
contentus inedia, hyemem transigat. De quo vide Al-
drovandum, ceterosque.

2. φασὶ δὲ τὴν ἄρκτον. Arist. in lib. VIII. *Hist. Anim.* c. 5.
ab huiusmodi sententia dissentire videtur, aiens: ἡ δὲ
ἄρκτος, παμφάγον ἐστίν. Aelian. tamen *de Animal.* lib. V. c. 49.
ait. Αἱ ἄρκτοι ἢ θηρατῶν τὰς εἰς στόμα πεσόντας, καὶ τὸ πνέ-
μα εἰς ἑαυτὰς ὠσαντας ὀσφρησάμενοι, ὡς νεκρὰς παραλιμπάνου-

Fab. XXV. Vrsa et Vulpes.

Vrsa olim se magnifice iactabat, quod prae ceteris animalibus amica hominis esset; eam enim ferunt, humanis cadaveribus vesci non solere. Risit Vulpes his auditis, atque ad eam dixit: Oh utinam mortuos, non vivos devorares! Avaros atque hypocritas haec fabula carpit.

Fab. XXVI. Homo et Satyrus.

Homo quidam et Satyrus amicitiam quum simul iniissent, tandem, ut cibum sumerent,

σι· καὶ δοκεῖ πᾶσι τὸ ζῶον νεκρὸν βδελύττεσθαι. Ceterum, Vrsus nec hominem aggredi, nec humana umquam carne vesci adfirmat etiam Cl. Buffon. *Hist. Natur.* Vol. VIII. art. *de l'Ours*.

3. σάτυρος. Satyri, Bacchi comites lascivi, satis ex fabulis noti. Multi tamen Satyrum simiae genus esse, facie rubida, agile, et caudatum referunt, quos inter Nicephorus ex Philostorgio lib. IX. *Hist. Eccles.* cui non absimilis est Hieronymi Satyrus *in Vita Pauli*, qui certe, ut bene Heusingerus sentit, nefas putavit ea quae a Monachis audierat, non verissima putare. Idem autem confirmare videtur Plutarch. *in Sylla*, dum narrat, prope Dyrrachium iuxta Nymphaeum quoddam stratum somno Satyrum captum fuisse, qualem piastae et pictores adumbrant. Adductum ad Syllam, percontatos

Χειμῶνος δὲ καταλαβόντος, καὶ φύχες γενομένε, ὁ ἄνθρωπος προσφέρει τὰς χεῖρας τῷ στόματι αὐτῆ ἀπέπνει. Τῆ δὲ σατύρου ἐπερωτήσωντος, δι' ἣν αἰτίαν πράττεις τοῦτο, φίλε; ἔφη· τὰς χεῖρας θερμαίνω ἐκ τοῦ κρύους. Μετὰ μικρὸν δὲ ἐδέσματος θερμῆ προσνεχθέντος, ὁ ἄνθρωπος πάλιν ἐπιφέρει τῷ στόματι τὸ βρῶμα, ἐφύσα τῆτο. Πωθνομένε δὲ πάλιν τῆ σατύρε, δι' ἣν αἰτίαν τῆτο πάλιν πράττεις; ἔφη· τὸ ἐδεσμα καταφύχω. Ὑπολαβὼν δὲ ἐκεῖνος ἔφη· ἀλλ' ἔγωγε ἀπὸ τοῦ νῦν ἀποτάσσομαί σε τῆ φιλίᾳ, ὅτι ἐκ τῆ αὐτῆ σώματος τὸ φύχον καὶ τὸ θερμὸν ὕξάγεις.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ἔγωγε δεῖ καὶ ἡμᾶς ἀποφεύγειν τὰς φιλίας, ὧν ἀμφίβολός ἐστιν ἡ ἀντίθεσις.

Μῦθος κζ'. Ἀνθρακὺς καὶ Κναφύς.

Ανθρακὺς ἐπὶ τινος οἰκίας κατοικῶν, ὡς ἐθεάσατο² κναφεία, παρεκάλει αὐτὸν ἐν τῷ ἅμα κατοικῆσαι ἀμφοτέρους. Καὶ ὁ κναφύς ὑπολαβὼν

multos interpretes, quinam esset: quum vocem tandem edidisset, non quidem humanam, vel claram, sed asperam, et omnino ex hinnitu equi, et hirci balatu confusam, obstupuisse Syllam, et monstrum aversatum. Ceterum Satyros, Faunos, Panas, olim fuisse atque innotuisse mirari desinet quisquis Ourang-outangos, Cercopithecus, ceterasque Simiarum species nomine tantum ab iis diversas fuisse sibi persuasum mecum habeat. Omnium tamen optime de Satyris, veraque eorum forma, nuper disseruit Cl. Alois. Lanzius, quem

ambo consederunt. Quum vero maxima tunc hyems ingrueret, ac frigus esset, homo admotas ori manus emisso halitu refovebat. Interrogatus proinde a Satyro, quam ob causam id faceret, Manus rigentes frigore calefacio, respondit. Deinde vero quum calidum ferculum apponeretur, ille iterum admotum ori cibum insufflabat. Cuius rei causam quum denuo Satyrus posceret, Cibum frigefacio, respondit. Tum Satyrus, Ego vero tuam iam nunc amicitiam recuso, quoniam ex eodem ore, frigus simul et calorem emittis.

Fabula declarat, nos pari modo eas amicitias effugere debere, quarum conditio dubia est.

Fab. XXVII. Carbonarius et Fullo.

Carbonarius, qui in domo quadam degebat, quum Fullonem vidisset, eum, ut secum eodem contubernio uti vellet, adhortabatur. At Fullo

heic commemorare summo honori meo duco, egregio suo in Opere: *De' Vasi antichi dipinti ec.*

1. δὴ καὶ ἡμεῖς. Hoc Epimythion a Plutarch. desumptum est. Ipsi enim eadem haec verba adscribuntur ab Antonio apud Stob. in Serm. CCXIII.

2. κναφέα. Quia veteres vestibus plerumque candidis utebantur, saepius eas lavabant, et repurgabant, additaque creta splendidiore reddebant. Hoc fullonum erat munus, a carbonarii arte et contubernio alienissimum. Vide Erasm. Smidium ad Matth. IX. 16. Marc. II. 21. Macrob. lib. II. Saturn. c. 2. de ioco Fausti Syllae. Heusing.

ἔφη· ἀλλ' ἔγωγε παντελῶς πράξαι τοῦτο οὐ δύναμαι. Τοῦ δὲ πωθανομένου δι' ἣν αἰτίαν, ἔφη· φοβοῦμαι μήπως ἂ ἐγὼ λάβκαίνω, ¹ σὺ ἀποπέφροϊς.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι πᾶν τὸ ἀνόμοιον, ἀκοινώρητον.

Μῦθος κή. Ἀλιεῖς.

Αλιεῖς ² σαγήνῳ εἶλκον. Βαρείας δὲ αὐτῆς ἔσης, ἔχαιρον, καὶ ὄρχουῖντο, πολλῶν εἶναι νομίζοντες τῷ ἄρξαν. Ὡς δὲ εἶλκυσαν αὐτῷ, ἰχθύας μὲν ἔυρον ὀλίγους, λίθον δὲ μέγιστον ἐν τῇ σαγήνῃ ἀνήγαγον. Οἱ δὲ ἀλιεῖς οὐ μετρίως ἐβαρυθύμουν, οὐ τοσοῦτον ἐπὶ τῇ τῆδ' ἰχθύων ὀλιγόπτι, ὅσον ὅτι καὶ ἐναντία προσειλήφασιν. Εἷς δὲ τις ἐξ αὐτῶν γηραιὸς, ἐξεῖπε· μὴ ἀχθώμεθα, ὧ ἑταῖροι· χαρᾶς γὰρ, ὡς ἔοικεν, ³ ἀδελφή ἐστὶν ἢ λύπη, καὶ ἡμᾶς ἔδει τοσαῦτα προσηδωδέσθαι, πάντως τι λυπηθῆναι.

1. σὺ ἀποπέφροϊς. In edita a Planud. XIII. quae cum nostra convenit, legitur μήπως, ἅπερ ἐγὼ λάβκαίνω, αὐτῶς ἀσβόλης πληροῖς, Ne quae ego dealbo, tu carbonario cinere adspergas: quae quidem lectio magis fullonis verbis consona est.

2. σαγήνῳ εἶλκον. Sagena, piscatorii retis genus est, Hesych. teste, calamis in orbem ita implexum, ut ingressum piscibus facile praebeat, egressum vero neget. Latini verriculum dixerunt. Vide Matth. XIII. 47. Sequo-

respondens, Ego mehercule, ait, nullo id modo agere possum. Cuius rei causam quum alter rogaret, Vereor, inquit, ne quae ego dealbo, tu mihi carbonario pulvere adspergas.

Fabula demonstrat, quod dissimilia consociari non possunt.

Fab. XXVIII. Piscatores.

Piscatores verriculum trahebant; quod admodum grave quum esset, laetabantur illi, atque exsultabant, multam praedam inesse existimantes. Eo autem extracto, pisces quidem paucos invenere, sed ingentem verriculo lapidem sustulere. Qua re non mediocriter contristati, non tam de piscium paucitate, quam quod contraria speraverant, angebantur. Tum vero quidam ex illis, qui senior erat, Ne doleamus, inquit, amici; laetitiae enim, ut videtur, tristitia soror est. Oportebat igitur, nos etiam, qui tantum antea gavisi sumus, aliqua in re quoque omnino tristari.

ribus vero Graecae linguae temporibus, *σαγήνη* navigii quoque *genus* dicebatur, ut refert Cl. Du-Cang. *in Gloss.*

3. ἀδελφὴ ἐστὶν ἢ λύπη. Huic sententiae egregie consonat illa, „*Extrema gaudii luctus sequitur.* Proverb. XIV.

13. Cui non abludit illud *in Gnomis*:

Ὡς πολλὰ διὰ πῆς ἡδοναῖς λυπόμεθα.

Et Plaut. *in Amphitr.*

Ita quoque comparatum est in aetate hominum,

Ita Diis placitum, voluptati ut moeror consequatur.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οὐ δεῖ λυπεῖσθαι ἐπὶ ταῖς ἀποτυχίαις, γινώσκοντας τὰς τῆ βίης τύχας.

Μῦθος κθ'. Φονδύτης.

Ανθρωπός τις φόνον ποιήσας, ἐδιώκετο ὑπὸ τῶ συγγενῶν τῆ φονδύθεντος. Γενομένου δὲ αὐτῆ κατὰ τὸν ποταμὸν τὸν Νεῖλον, λέοντα ἰδὼν καὶ φοβηθεὶς, ἀνέβη εἰς δένδρον. Ἐυρε δὲ ἐράκοντα ἐπάνω τοῦ δένδρου, καὶ πάλιν τοῦτον φοβηθεὶς ἔρριψεν ἑαυτὸν εἰς τὸν ποταμὸν. Ἐν δὲ τῷ ποταμῷ κροκόδειλος αὐτὸν κατεθοινήσατο.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι τοὺς φονεῖς τῶν ἀνθρώπων, οὔτε γῆ, οὔτε ἀήρ, οὔτε ὕδατος σοιχεῖον, οὔτε ἄλλος τόπος φυλάττει.

Μῦθος λ'. Κομπαστής.

Ανθρωπός τις ἀποδημήσας, ἦκε πάλιν εἰς τὴν ἰδίαν χῶραν. Φρυαττόμενος δὲ, ἐκαυχᾶτο μεγάλως, ὡς ἀνδραγαθήσας εἰς διαφόρους τόπους. Ἐν δὲ τῇ Ῥόδῳ ἔφασκε πῆδημα μέγα πηδήσας,

1. Ἄνθρωπός τις. Similis est argumenti Epigramma illud Anthol. lib. I. c. 13. 16. quod ita se habet:

Ὡ θνητῶν βροτῆ μάλλον ἀνήμερε, πάντα σε μισῆ

Παντολέτορ· πάντα δ' ἐκδέχεται σε μόρος.

Ἦν ἐπὶ γῆς φύγης, ἀγχῆ λύκος· ἦν δὲ ἀρὸς ὕψος

Δενδροβατῆς, ἀσπίς θεῖμ' ὑπὲρ ἀκρεμόνων.

Fabula significat, quod si quando spe decipimur, non tamen dolere debemus, vitae vicissitudines cognoscentes.

Fab. XXIX. Homicida.

Caedem quidam fecerat, eumque propterea hominis interfecti cognati persequabantur. Ad Nilum itaque quum pervenisset, Leonem obvium videns, ac timore correptus, in arborem adscendit. Ibi vero quum anguem summis in ramis delitescentem invenisset, novo metu percussus, se in flumen proiecit, ibique a Crocodilo devoratus est.

Fabula significat, quod nec terra, nec aer, neque ipsum aquae elementum, nullus denique locus homicidas defendit.

Fab. XXX. Viator gloriosus.

Vir quidam aliquandiu peregrinatus, quum in patriam rediisset, gloriose quidem de se loquebatur, ingentiaque strenuitatis suae specimina diversis in regionibus edidisse iactabat. Prae ce-

Παράζας καὶ Νεῖλον, ὁ δ' ἐν δίναις κροκόδαλον

*Ἐτρεφον, εἰς ἀσεβῆς θῆρα δικαιοπάτον.

2. Ἐν δὲ τῇ Ῥόδῳ. Vrbs celeberrima Rhodus, in eiusdem nominis insula, in qua praecipue Apollo cultus, cuius in honorem Rhodii Colossus dedicarunt, unum ex septem orbis miraculis, a Charete Lysippi discipulo

ὅπερ οὐδείς τῶν ἀνθρώπων δύναται πηδῆσαι, καὶ μάρτυρας ἔφασκεν ἔχειν εἰς τοῦτο. Τῶν δὲ παρόντων τις ὑπολαβὼν ἔφη αὐτῷ· ὦ οὐτος, εἰ τῆτο ἀληθές ἐστιν, ἴδ' Ῥόδος, καὶ ἀποπήδησον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι εἰ μὴ πρόχειρος ἢ πεῖρα τοῦ πράγματος, πᾶς λόγος ἀργός, περιττός ἐστι.

Μῦθος λά. Ἀδύνατα ἐπαγγελόμενος.

Ανθρωπός τις πένης νοσῶν, καὶ κακῶς διακείμενος, ἐπειδὴ ἀπελπίθη παρὰ τῶν ἰατρῶν, ² διὰ τὸ μηδὲν ἔχειν δῆναι αὐτοῖς, τὸς θεῶς παρεκάλει, καὶ ὑπισχνεῖτο αὐτοῖς, λέγων· ὦ θεοὶ λαμπροὶ τε, καὶ μέγιστοι, εἰ μὴ τὴν υἰγείαν μοι παράσχητε, ἑκατὸν βόας προσάξω ὑμῖν εἰς θυσίαν. Τῆς δὲ γυναικὸς αὐτῆ πωθανομένης, πόθεν σοι ταῦτα, εἰ μὴ συμβῆ ὑγιάναι σε; πρὸς

elaboratum, immodicae proceritatis statuam, ita ut inter eius crura, quae in extremis portus propugnaculis insidebant, naves expansis velis transire possent. Terrae autem motu corruisse ferunt anno ante Christ. 222.

1. ἴδου Ῥόδος. Hinc proverbium huiusmodi apud Diogenianum effertur, vulgo in eos usurpatum, qui se iactant alibi grandia fecisse, quibus nulla fides adhiberi potest. Vide Erasm. Adag. Chil. III. Cent. III. pr. 28.

2. διὰ τὸ μηδὲν ἔχειν. In Medicorum avaritiam egregie lasit hoc Epigrammate Owenius, lib. 1. 21.

teris vero aiebat, Rhodi se saltum talem saltasse, qualem nullus hominum unquam saltare potuerat: testes insuper huiusce rei se habere adfirmabat. Quidam autem ex iis qui aderant, Heus tu, inquit, si vera narras, en tibi Rhodus, hic salta.

Fabula declarat, quod nisi rei experimentum in promptu sit, omnis sermo inanis est ac supervacuus.

Fab. XXXI. Impossibilia promittens.

Pauper quidam aegrotans, quum morbi violentia graviter vexaretur, postquam ei medici, quod nihil ipsis dandum haberet, spem omnem recuperandae valetudinis ademerunt, Deos rogavit, iisque haec vota fecit, aiens: Dii praeclari, ac maximi, si mihi valetudinem reddideritis, centum vobis boves sacrificabo. Quum autem eius uxor ipsum rogaret, Undenam haec

Qui modo venisti nostram Mendicus in urbem,

Paullum mutato nomine, fis Medicus.

Pharmaca das aegroto, aurum tibi porrigit aeger,

Tu morbum curas illius, ille tuum.

Illud autem omnes qui salutarem artem profitentur, animo semper situm habere deberent, quod Lucianus in *Abdicato* §. 25. ait, nempe: Τὸ δὲ τῆς ἰατρικῆς, ὅτι σπουδαιότερον ἐστὶ, καὶ τῷ βίῳ χρησιμώτερον, τοσούτω καὶ ἐλευθερωτέρον εἶναι ποροσηκεα τοῖς χρωμένοις. *Medicina vero quo honestior est, et vitae utilior, tanto liberalior debet esse utentibus.*

αὐτὴν ἐκείνος ἔφη·¹ καὶ νομίζεις ἀνασῆναί με, ἵνα με ταῦτα οἱ θεοὶ ἀπαιτήσωσιν;

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι πολλοὶ ῥαδίως κατεπαγγέλλονται, ἀποτελέσαι δὲ ἔργον εἰ προσδοκῶσιν.

Μῦθος λβ'. Κακοπράγμων.

Ανὴρ κακοπράγμων πρὸς τὴν γνῶσιν ἐν Δελφοῖς ἦκε, βουλόμενος τὸν θεὸν ἐκπειρᾶσαι. Καὶ δὴ λαβὼν στρουθίον ἐν τῇ χειρὶ, καὶ τοῦτο σκεπάσας τῷ ἱματίῳ αὐτοῦ, καὶ ἀντικρὺ αὐτοῦ σὰς ἐν τῷ ἱερῷ, ἐπηρώτησεν αὐτὸν, τί ἔχω εἰς πὰς χεῖράς μου, ἔμπνουν, ἢ ἀπνουν;² βελόμενος ὅτι ἐὰν ἀπνουν εἶπῃ, ζῶν τὸ στρουθίον ἀποδείξει· εἰ δὲ ἔμπνεν, ἀποπνίξας πρὸς σπένγκη. Γνὸς δὲ ὁ θεὸς τὴν κακότεχνον αὐτῆ γνώμῃ, εἶπεν· ὡς θέλεις ποίησον, ὧ ὁυτος· ἐν σοι γάρ ἐστι τὸ πράξαι· θέλεις νεκρὸν, θέλεις ζῶν, ἀπόδειξον τῆτο.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι τὸ θεῖον ἀπαρεγχείρητον, καὶ ἀλάθητόν ἐστιν.

1. καὶ νομίζεις. Ita quidem in Cod. Obscurus tamen aliquantum huius loci sensus est, fortasse haud insolito librarii vitio; nec maiorem lucem adfert vulgata Planud. XV. a qua parum nostra differt. Verum, si quid video, haec ita sunt intelligenda. Putas ne, vir aegrotus ait uxori, Deos immortales atque beatos, nullius rei indigos, eo mihi valetudinem reddituros, ut cen-

tibi, si convalescere e morbo contigerit? Putasne, ille respondit, me hinc surgere, ut Dii haec a me repetant?

Fabula demonstrat, multos facile polliceri, licet explere promissa desperent.

Fab. XXXII. Vir malignus.

Vir quidam malignus, Apollinis experimentum facturus, Delphos se contulit; ac passerculum sub veste abditum manu tenens, in simulacri conspectum adstitit, Deumque interrogavit, utrum quod manu gestabat vivum esset an mortuum; eo nimirum consilio, ut si mortuum respondisset, passerculum vivum ostenderet, sin autem vivum, ipsum protinus praefocaret, extinctumque exhiberet. At Deus prava illius mente cognita, Heus tu, inquit, quodcumque vis age: in te enim, sive mortuum, sive vivum velis ostendere, situm est.

Fabula significat, Deum neque decipi, neque eum quidquam posse latere.

*tum boves obtineant? Minime certo. Placide igitur ac tuto vota huiusmodi facere possum; haud enim ipsi re-
poscent.*

2. βουλόμηνος ὅτι εἰάν. Peculiaris est huiusmodi syntaxis, quae quidem melius procederet, reiecto ὅτι, et ὑποδείξει in ὑποδείξαι converso, etc.

Μῦθος λγ'. Γεωργός κ' Παῖδες αὐτῶ.

Ανὴρ τῇ τέχνῃ γεωργός ὑπάρχων, μέλλων καταλύσαι τὸν βίον, καὶ βουλόμενος τοὺς παῖδας αὐτῶ ἔμπειρος ποιῆσαι τῆς γεωργικῆς, προσκαλισάμενος ἔφη πρὸς αὐτούς· τεκνία, ἐγὼ τοῦ βίου ὑπεξέρχομαι· πλὴν ἅπερ μοι ὑπάρχει ἐν τῷ ἀμπελῶνι, δύνεσκετε πάντα. Ὅι δὲ νομίσαντες θησαυρόν τινα ἐνταῦθα ἔχειν, μετὰ τὴν ἀποβίωσιν τῶ πατρὸς αὐτῶν, λαβόντες δίκελλαν, ὕννας τε, κατέσκαψαν πᾶσαν τὴν γῆν ἐκ πόθου· κ' τὸν μὲν θησαυρὸν εἶχον ἄρον· ἡ δὲ ἀμπελος καλῶς κατασκαφθεῖσα, κ' ὠφελιθεῖσα, πολυπλασίονα τὸν καρπὸν ἀπέδωκε, κ' πλεονάζον ἀνήνεγκεν.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ὁ κόματος, θησαυρός ἐστὶ τοῖς ἀνθρώποις.

1. ἔμπειρους ποιῆσαι τῆς γεωργικῆς. Praeclarissimam agriculturae laudem in Xenoph. Oecon. habemus, dum singula eius bona commemorat; quibus commemoratis haec addit: καλῶς δὲ κακῶς ἔπειρα, ὅς ἔφη, τὴν γεωργίαν τῆς ἄλλων τεχνῶν μητέρα καὶ τροφὸν εἶναι· δι' αὐτὴν γὰρ φερομένης τῆς γεωργίας, ἔρῶνται καὶ αἱ ἄλλαι τέχναι ἄπαται· ὅπερ δ' ἂν ἀναγκαθῆ ἢ γῆ χερσέυειν, ἀποσβέννυται καὶ αἱ ἄλλαι τέχναι χερσὸν τι καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν. ,, Praeclare autem et ille dixit, qui agriculturam aliarum artium matrem et nutricem esse adfirmavit. Nam quum prospere agricultura succedit, ceterae quoque artes omnes florescunt; at ubi terra necessitate aliqua inculta manet,

Fab. XXXIII. Agricola et Filii.

Vir quidam Agricola, quum iam esset vita excessurus, suisque filiis, quid agricultura posset, vellet demonstrare, convocatis ipsis, Filii, ait, iam ego e vita discedo; bona vero quaecumque possideo, in vinea invenietis. Illi itaque ibi thesaurum inesse rati, eius obtinendi cupiditate permoti, post patris obitum, ligonibus, aratrisque humum totam susque deque verterunt, sed nullum in ea thesaurum invenere: vinea vero egregie defossa, iisque auxiliis adiuta, multo uberiores fructus produxit, atque ita divitias illis plurimas comparavit.

Fabula declarat, quod thesaurus hominibus labor est.

ceterae etiam artes fere terra marique extinguuntur.

2. ὁ κάματος θησαυρός ἐστὶ. Non absimilem sententiam Hesiod. profert, Ἔργ. καὶ Ἡμ. v. 308. dum Persen, ut in agros colendos incumbat, adhortatur; ait enim:

Ἐξ ἔργων δ' ἄνδρες πολύμηλοί τ' ἀφνηοί τε.

Καὶ τ' ἐργαζόμενος πολὺ φίλτερος ἀθανάτοισιν

Ἔσσεαι ἠδὲ βροπῆς, μάλα γὰρ συγέουσιν ἀεργούς.

Verum, pace dicam tua, Hesiode, mique Aesope, non semper suus cuique labor prodest; sunt enim plerique, *ignavum fuci pecus, qui immunes aliena ad pabula sedent,*

Οἱ τε μελισσῶν κάματος τρύχουσιν ἀεργοί.

Hes. ib. v. 305.

Μῦθος λδ'. Ἀλιεύς.

Αλιεύς ἀλιεύτικῆς ἄπειρος, ἀναλαβῶν αὐλῆς, καὶ δίκτυα, παρεγένετο εἰς τὴν θάλασσαν. Καὶ σταῖς ἐπὶ τινος πέτρας, τὸ μὲν πρῶτον ἠύλει, νομίζων, πρὸς ἠδυφωνίῳ τοὺς ἰχθύας ἑξάλλεσθαι. Ὡς δὲ αὐτὸς ἐπὶ πολὺ διατεινόμενος οὐδὲν ἠνύετο, ἀποθέμενος τοὺς αὐλοὺς, ἀνείλετο τὸ ἀμφίβληστρον, καὶ βαλὼν κατὰ τοῦ ὕδατος, πολλοὺς ἰχθύας ἤρθεσεν. Ἐκβαλὼν δὲ αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ δικτύου, ὡς εἶδεν αὐτοὺς πηδῶντας, ἔφη· ὦ κάκιστα ζῶα, ὅτε μὲν ἠύλωμ, ἐκ ὠρχεῖσθε· νῦν δὲ ὅτε πέπαυμαι, τῆτο πράττετε.

Ὁ μῦθος οὗτος δηλοῖ τοὺς παρὰ λόγον, καὶ παρὰ καιρὸν τι πράττοντας.

Μῦθος λέ'. Ἀλιεῖς.

Αλιεῖς ἐπὶ ἄρχῃ ἑξεληθόντες, καὶ πολὺν χρόνον κακοπαθήσαντες, καθεζόμενοι ἐτήκοντο τῷ λιμῷ, μηδὲν τι πέρας δυνάμενοι ἐκτελέσαι. Λυπούμενοι δὲ, ἐβούλοντο ἀναχωρῆσαι ἄπρακτοι. Καὶ ἰδοὺ θύνηος διακόμενος παρὰ μεγίστου ἰχθύος, ἀναπηδήσας εἰσῆλθε ἐν τῷ πλοίῳ αὐτῶν. Λα-

1. ἀναλαβῶν αὐλῆς. Ad hanc fabul. respexit Herod. aiens: Ἄνδρα φασὶν αὐλητὴν, ἰδόντα ἰχθύς ἐν τῇ θαλάσῃ αὐλέειν, δοκέοντά σφρας ἑξελεύσεσθαι εἰς γῆν. Ὡς δὲ κ. τ. λ. Vide sis Fab. Aesop. Graec. editas Isenaci et Lipsiae 1776. pag. 102.

Fab. XXXIV. Piscator.

Piscator artis suae prorsus ignarus, tibiis ac retibus sumptis, ad mare se contulit. Supra scopulum itaque considens, primo quidem tibiis inflare coepit, putans nimirum pisces ad vocis suavitatem sponte in litus ex undis prosulturos. Ast ille multum diuque conatus, ubi nihil se profecisse cognovit, tibiis sepositis retia corripuit, iisque iactis, complures pisces cepit. Quos quum ille e rete subduceret, simul ac saltantes inspexit, O pessima, inquit, animalia! quando tibiam inflabam, non saltabatis, et nunc postquam destiti, saltatis.

De iis haec fabula loquitur, qui praeter rationem ac opportunitatem aliquid gerunt.

Fab. XXXV. Piscatores.

Piscatores piscatum egressi, ac diu multumque frustra conati, in rate sedentes fame conficiebantur, nec spes ulla rei bene gerendae dabatur. Quo quidem maxime contristati, iam reditum infectis rebus parabant, quum ecce Thynnus a maximo pisce exagitatus, in eorum ratem desiluit.

2. εἰσῆλθε ἐν τῷ πλοίῳ. Id quandoque vere fit, praecipue quum oestro Thynni agitantur, ut narrat Aristot. lib. VIII. *Hist. Anim.* c. 19. aiens: Οἱ δὲ Θύννοι καὶ Ξίφια, οἵσρῶσι περὶ κυνὸς ἐπιτολίῳ· ἔχουσι γὰρ ἀμφοτέρω τι-

βόντες δὲ αὐτὸν οἱ αἰλιεῖς, μετὰ χαρᾶς εἰσῆλθον ἐν τῇ πόλει, καὶ ἐπώλησαν αὐτίκα.

Ο μῦθος δηλοῖ, ὅτι πολλαίς ἂ μὴ τέχνη παρέχει, ταῦτα τύχη διεβράβυσεν.

Μῦθος λς'. Φέναξ.

Ανὴρ πένης νοσῶν, ἠύξατο τοῖς θεοῖς λέγων· ὅτι ἔὰν ὑγιάνω, ἑκατὸν βόας προσάξω ὑμῖν εἰς θυσίαν. Οἱ δὲ πειράζειν αὐτὸν βουλόμενοι, ῥάδιον ἀπικατέστησαν. Ἐξανασταῖς ἔν ὁ ἄνθρωπος, ἐπειδὴ βοῶν ἠπόρει, ² σιατίνες ἑκατὸν ποιήσας βόας, ἐπὶ τῷ βωμῷ ³ κατέκαυσεν, εἰπὼν· ὦ δαίμονες, ἰδὲ πῖν δὴχλὺ ἀπέτέλεισα. Οἱ δὲ θεοὶ

νικαῦτα παρὰ τὰ πτερύγια διον σκωλήκιον, τὸ καλούμενον δισρον, ἕμοιον μὲν σκορπίῳ, μέγεθος δὲ ἴσον ἀράχνη. ποιῶσι δὲ ταῦτα πόνον πιῶτον, ὥστε ἄλλεθαι ἐνίοτε ἔκ ἐλαττον τὸν Ξιφίαν τοῦ Δελφίνος. διὸ καὶ τῶν πλοίοις πολλαίς ἐμπίπτει. Similia ex Graecis, ut Cl. Heusing. adnotavit ad Planud. Fab. XVII. quae cum nostra convenit, tradit Athen. lib. VII. cui Θύννος ἀπὸ τῆ θύα, idest a ruendo dictus videtur, nec non Oppian. lib. II. *Halientic.* v. 506. e Latinis vero Plin. lib. IX. cap. 15. qui Aristotelis verba ita expressit. *Animal*, inquit, est parvum, scorpionis effigie, aranei magnitudine. Hoc se et Thynno, et ei qui Gladius vocatur, crebro delphini magnitudinem excedenti, sub pinnas adfigi aculeo, tantoque infestat dolore, ut in naves saepenumero exsiliant. Ceterum Aelian. lib. XIII. *Histor. Animal.* cap. 17. ἀυλωπίαν vocat piscem thynno infestissimum, magnitudine thynno non multo inferiorem, robore vero superiorem.

Quem quum protinus illi cepissent, laeti in urbem reversi sunt, eumque subito vendiderunt.

Fabula demonstrat, quod ars quae denegat, fortuna saepe largitur.

Fab. XXXVI. Subdolus.

Vir pauper aegrotans, haec Diis olim vovebat: Dii, si valetudinem recepero, centum boves in sacrificium vobis adducam. Ipsi itaque eum experiri volentes, a morbo protinus liberarunt. Is autem sanitati restitutus, quoniam bobus omnino carebat, centum boves ex farina subacta fictos in ara cremavit, aiens: O Superi, mea ecce

1. ὅτι ἐάν ὑγιάνω. Familiaris est huiusmodi loquendi forma nostro huic Aesopicarum fabellarum scriptori, ut passim observari potest. Saepe enim occurrit ὅτι ociosum, modo redundat, modo coniuncti o iunctum infinitivum facit, ut superius in Fab. XXXII. quae quidem omnia ruentem Graecae linguae aetatem sapiunt.

2. σεπτίνους. Hoc serio aliquando, sed necessitate ferre coactos, fecisse Graecos observo. Cyzicenos obsidione clausos, quum nigra vacca Proserpinae facere non possent, quod nulla eius coloris hostia tota urbe superesset, ex farina fictam arae imposuisse, atque ita Deam sibi propitiam reddidisse narrat Plutarch. *Lucull.* p. 497. Idem ab Atheniensibus in Diasiorum solemnibus factitatum, adfirmat Alex. ab Alexandro lib. III. c. 12. *Heusingerus.*

3. κατέκαυσεν. Perperam in Cod. scriptum exstat κατέκαψεν.

βελόμενοι αὐτὸν ἀνταμύνασθαι, ὄναρ ἐπιστάντες αὐτῷ, εἶπον. ἀπελθε εἰς τὸν αἰγιαλὸν, εἰς τόνδε τὸν τόπον, καὶ δέρῃσεις ἐκεῖσε χρυσίου τάλαντα ἑκατόν. Ὁ δὲ ἔξυπνος γινόμενος, μετὰ πολλῆς χαρᾶς ἦλθεν εἰς τὸν ὑποδειχθέντα αὐτῷ τόπον, δρομαῖος ψηλαφῶν τὸ χρυσίον. Περιπεσὼν δὲ ἐκεῖσε λησταῖς στυγερῶς ὑπ' αὐτῶν. Ὁ δὲ παρεκάλει αὐτὰς λέγων· ἀφετέ με, καὶ ἐπιδιδῶ ὑμῖν χρυσίον ἑξήκοντα τάλαντα.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οἱ ψευδεῖς τῶν ἀνθρώπων, ἐχθραίνουσι τὸ θεῖον.

Μῦθος λζ'. Βάτραχοι αἰτῶντες βασιλέα.

Βάτραχοι λυπούμενοι ἐπὶ τῇ αὐτῶν ἀναρχίᾳ, πρέσβεις ἐπεμφάν, ἱκετεύοντες τὸν Δία, ὅπως αὐτοῖς βασιλέα παράχῃ. Ὁ δὲ στυγερῶς αὐτῶν τὴν δῆθειαν, ξύλον μέσον τῆς λίμνης ἐπιξέει. Παραυτίκα δὲ οἱ βάτραχοι τῷ φόβῳ συσελλόμενοι, εἰς τὰ βάθη ἑαυτὰς κατέδυον. Χρόνου δὲ πολλοῦ παροχνηκότες, ὡς ἀκίνητον εἶδον τὸ ξύλον, ἀπεβάλλοντο τὸν φόβον, καὶ εἰς τοσοῦτον κατεφρόνησαν αὐτῷ, ὥστε ἐπιβαίνειν καὶ ἐπικαθε-

1. χίλια τάλαντα. Convenit haec fabula cum edita a Planude XVIII. licet nonnihil quoad stilum differat. Nostra tamen in fine mutila adparet, ut ex Planudea conici licet, quae ita desinit. Ὡς δ' ἐκ ἐπιστεύετο, ἀπαχ-

vota explevi. Dii vero, quum de eo poenas sumere vellent, in somnis oblatis, Ad litus perge, dixere, et locum pete, quem indicamus, ibique centum auri talenta invenies. Expergefactus ille, magno cum gaudio in demonstratum locum se contulit, aurumque sibi per viam iam iam manibus contrectare videbatur. Illic autem quum in latrones incidisset, ab iisque captus esset, Dimittite quaeso, exclamabat, vobisque mille auri talenta dabo.

Fabula declarat, quod mendaces homines sibi numen infensum reddunt.

Fab. XXXVII. Ranae petentes regem.

Ranae, nullum se regem habere dolentes, legatos ad Iovem misere, ut tandem aliquem ipsis concederet exorantes. Is itaque, quum placidos earum mores perspectos haberet, lignum in paludis medio defixit. Ranae extemplo metu perterritae, in profundos gurgites subiere. Post multum vero temporis, quum immobile Lignum conspexissent, omni timore reiecto, in tantum Regis contemptum venere, ut accedere, ac su-

Θὰς ὑπ' αὐτῶν, ἀπεμπωλήθη χιλίων δραχμῶν. Sed quum non crederetur, ab ipsis abactus, mille drachmis divenditus fuit.

ζεσθαι τούτω. Μὴ ἀξιῶντες δὲ τῷτον ἔχειν βασι-
λέα, ἐκ δεύτερε ἤλθον πρὸς τὸν Δία, καὶ πα-
ρεκάλουν αὐτὸν ἀλλάξαι αὐτόν. Ὁ δὲ ἰδέσθων
αὐτοῖς ἔγγελον. Ἰδόντες δὲ καὶ τῷτε τὴν εὐήθει-
αν, οὐκ ἀπεδέξαντο αὐτόν. Ἦλθον ἔν ἐκ τρίτου
πρὸς τὸν Δία, ὅπως καὶ τοῦτον ἀλλάξῃ. Καὶ ὁ
Ζεὺς ἀγανακτήσας κατ' αὐτῶν, ἕδραν ἔπιμψεν
αὐτοῖς εὐθύς. Συλληφθέντες οὖν οἱ βάτραχοι,
εἰς καὶ εἰς ἠδίοτο παρὰ ταύτης.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ἀμεινόν ἐστι θεῶ πεί-
θεσθαι, καὶ μὴ πονηρὰς ἔχειν ἄρχοντας, καὶ τα-
ραχοποιούς.

Μῦθος λή. Βάτραχοι.

Βάτραχοι δύο ἐνέμοντο ἐν λίμνῃ. Ἐν ἡμέραις
δὲ τῷ θερέρε, ἐξηράνθη ἡ λίμνη, καὶ καταλείψαντες
ἐκεῖναι, ἄλλω ἐπιζήτησαν. Παραχῆμα ἔν ἐνέτυ-
χον φρέατι βαθεῖ. Εἶπε δὲ ὁ ἕτερος τῷ ἑτέρῳ·

1. δέδωκεν αὐτοῖς ἔγγελω. De Anguilla, quae post re-
cusatum regem tigillum, Ranis a Iove regina data hic
fingitur, nil apud Phaedr. in Fab. 2. lib. I. quae ex hac
nostra processit. Nec mirum: Phaedrus enim non ver-
tit, sed imitatus est Aesopi fabulas, easque pro suo
ingenio ac temporum moribus adornavit, ut ipse fate-
tur, dum ait, Prolog. lib. I.

Aesopus auctor, quam materiam repperit,

Hanc ego polivi versibus senariis.

2. ὕδραν. Serpens est aquaticus ὕδρα, qui etiam ma-

pra insidere non dubitarent. Talem itaque regem habere, haud ex sua dignitate esse ratae, ad Iovem iterum venerunt, ac ut alium daret enixe rogarunt. Dedit itaque Anguillam; sed hanc etiam, placido ac miti eius animo cognito, Ranae minime receperunt. Tertio itaque ad Iovem se contulerunt, ut concessum regem tunc quoque mutaret. At ipse in eas indignatus, Hydram repente immisit, ab eoque Ranae correptae, statim omnes devoratae sunt.

Fabula significat, optimum esse Deo parere, ac pravos turbulentosque reges non habere.

Fab. XXXVIII. Ranae.

Ranae duae in palude quadam degebant. Aestivis autem diebus quum arefacta palus esset, ea relicta, sibi aliam quaesiverunt. Nec longius progressae, profundum puteum invenerunt. Altera

sculino genere ὕδρος est dictus, a communi nimirum origine, quod ἐν ὕδατι, in aquis ut plurimum habitat. Hunc vero χέρσυδρον quoque dixere, quia interdum in terra degit, qualis ille apud Virg. Georg. IV. v. 458.

Immanem ante pedes hydram moritura puella

Servantem ripas alta non vidit in herba.

Ceterum inimicissimum esse ranis animal, testatur idem Aelian. De Propr. Animal. lib. XII. c. 15. dum ait: Βατραχος ὕδρον μισᾷ, καὶ δέδοικεν ἰχυρῶς. Hydram valde et metuit et odit rana.

συγκατέλθωμεν ἐνταῦθα, ὦ φίλε. Ὑπολαβῶν δὲ ὁ ἕτερος ἀντεῖπεν· εἰάν ἐν καὶ τὸ ἐνθάδε ὕδωρ ξηρανθῆ, πῶς δυησόμεθα ἀνελθεῖν;

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οὐ δεῖ ἀπερισκέπτως προσέρχεσθαι τοῖς πράγμασι.

Μῦθος λθ'. Βόες καὶ Ἀμαξά.

Βόες ἀμαξάν εἶλκον. Τῶ δὲ ἄξιμος τρύζοντος, ἐπιστραφέντες ἔφησαν πρὸς αὐτόν· ὦ ἄπο, ἡμῶν τὸ ὄλον βάρος φερόντων, σὺ τί κράζεις;

Ἔτσι καὶ ἔνιοι, ἑτέρων μοχθόντων, αὐτοὶ προσποιῶνται κάμνειν.

Μῦθος μ'. Γωῆ καὶ Παῖς αὐτῆς.

Βοτήρων ἐπ' ἀγρῶ³ θυόντων αἶγα, τὰς σύνεργυς ἐκάλεσαν. Σὺν αὐτοῖς δὲ ἦν καὶ γωῆ πονηρὰ, μετ' ἧς καὶ ὁ παῖς αὐτῆς. Προϊέσης δὲ τῆς εὐωχίας,⁴ τὸ παιδίον ὀγκωθεὶν τὴν γαστέρα ἐκ ἰψῶ

1. Corruptissima exstat in Palatinis Codd. haec fabula, ut videre est in edita 171. a Neveleto qui aliquam ei medelam adferre conatus est. Florentini autem Cod. lectio perspicua est omnis, nullumque vitium praesert. Hinc summam ipsius praestantiam vides.

2. Βοτήρων. Ita quidem in Cod. sed male, subsequente ἐκάλεσαν, quod sane βοτῆρες θυόντες requirit. Hoc autem vitium forsitan inde derivatum, quod qui Aesopicas hasce fabulas, forte e Babrii versibus, in solutam orationem convertit, quisquis ille fuerit, a genitivo abso-

itaque, ut eo una descenderent, proponebat; sed altera, Verum, inquit, si hic etiam aqua defecerit, quonam pacto remeare poterimus?

Fabula significat, non esse temere res ad-
undas.

Fab. XXXIX. Boves et Plaustrum.

Boves plaustrum trahebant; cuius axis quum strideret, conversi dixerunt: Heus tu, nobis onus omne ferentibus, quid quereris?

Ita quoque nonnulli, dum alii insudant operi, ipsi laborare fingunt.

Fab. XL. Mulier et Filius.

Bubulci quidam, quum ruri capram mactarent, vicinos ad epulum vocavere. Erat inter illos paupercula quaedam mulier, cum eaque filius etiam advenerat. Convivio itaque proceden-

luto sermonem exorsus, cetera, quae sequebantur in carmine, id omnino recusare non animadvertit.

3. *θύοντων*. Haud hic de sacrificio intelligendum, sed de simplici mactatione, convivii instruendi causa. Alioquin, quinam modo, ex una tantum capella, cuius pars maior Diis, et sacerdotibus debebatur, vicinis epulum parare bubulci poterant? Vid. Saubert. *de Sacr.* c. 20.

4. *τὸ παιδίον ὄγκωθεν*. Post verba *ἔσχε κρεῶν* aliquid intercidisse videtur, nempe *ἔμυσεν* evomuit, aut quid simile; ceteroquin nullus est fabulae lepor, ac frigent

κρεῶν, ὀδυρόμενον ἔλεγεν· ὦ μήτηρ, τὰ σπλάγχνα μου. Ἡ δὲ μήτηρ αὐτῆ εἶπεν· ἔχι τὰ σὰ, τέκνον, ἃ δὲ κατέφαγες.

Ὁ μῦθος οὗτος πρὸς ἄνδρα χρεωφειλέτῳ, ὅστις ἐτοίμως τὰ ἀλλότρια λαμβάνων, ὅταν ἀπαιτηθῆ ταῦτα, οὕτως ἄχθεται, ὡσπερ εἰάν οἴκοθον ταῦτα εἶδω.

Μῦθος μά. Βουκόλος.

Βουκόλος ἀγέλλῳ πύρων βόσκων, ἀπώλεσε μόχον. Περιελθὼν δὲ πᾶσαν τῷ ἔρημον, διέτριβεν ἐρδυνῶν. Ὡς δὲ εἶδεν εὐρεῖν ἐδυμήθη, ἤυξατο τῷ Διὶ οὕτως, ὅτι, εἰάν τὸν κλέπτῳ τὸν λαβόντα τὸν μόχον ὑποδείξης μοι, ἔειφόν σοι εἰς θυσίαν προσάξω. Καὶ δὴ διερχομένου αὐτῆ εἰς τινα δρόμον, εὐρίσκει λέοντα κατεδίοντα τὸν ποιῆτον μόσχον. Ἐμφοβος οὖν γινόμενος, καὶ μεγάλως δειλιάσας, ἐπάρας τὰς χεῖρας αὐτῆ εἰς τὸν ἔρανόν, εἶπεν· ὦ δέσποτα Ζεῦ, ἐπηγχειλάμην² σοι ἔειφον δεῖναι, εἰάν τὸν κλέπτῳ δέρῃσω, νυκτὶ δὲ

omnino haec verba ἔχι τὰ σὰ, τέκνον, ἃ δὲ κατέφαγες. Id conici quoque ex Gabr. tetrasticho VII. potest, quod huic nostrae fabulae consonat. Habet enim

Ἡ δ' αὖ γελῶσα, μή φοβῆ τέκνον, ἔφη,

Τῶν σῶν γὰρ εἶδεν, ἀλλ' ἐμῆς ἀλλοξίων.

te, quum pueri venter comesis carnibus praeter modum intumuisset, vomitumque excitasset, flens ille, Mater, exclamabat, heu viscera mea! Cui illa respondit, Non tua sunt haec, o mi fili, sed quae devorasti.

Obaeratum virum haec fabula respicit, qui aliena prompte accipiens, simul ac ea reputantur, fert ita moleste, ac si propria daret.

Fab. XLI. Bubulcus.

Bubulcus gregem taurorum pascens, quum vitulum amisisset, diu totum desertum circumiit, ac perlustravit. Sed ubi nil invenire potuit, his precari Iovem coepit; Iuppiter, si furem, qui vitulum abstulit, mihi ostenderis, hoedo tibi faciam. Haec fatus, dum per semitam quamdam transiret, leonem invenit, qui vitulum, quem antea perdiderat, devorabat. Quo ille ingenti timore percussus, manibus in coelum sublatis, Mortalium Rex, Iuppiter, ait, hoedum voveram me tibi daturum, si furem invenissem; nunc ve-

1. εἰς τινὰ δρόμον. Ita quidem in Cod. Suspicio tamen vitium librarii esse pro δρυμὸν quercetum, ut ex Planudea CXXXI. conicitur, quae eiusdem est argumenti, ac habet δρυμῶνα.

2. σοὶ εἶπον δῆνα. Male in Cod. scriptum legitur σε.

ταῦρόν σοι θύσω, εἴαν τὰς χεῖρας τῷ κλέπτου,
ἢ γὰρ τῷ λέοντος, ἐκφύγω.

Οὗτος ὁ λόγος λεχθεὶς ἂν ἐπ' ἀνδρῶν δυστυ-
χῶντων, οἵτινες ἀπορέμενοι ἔυχονται εὐρεῖν, εὐ-
ρόντες δὲ ζητῶσιν ἀποφυγεῖν.

Μῦθος μβ'. Γεωργῷ παῖς καὶ Ὄφεις.

Γεωργῷ παῖδα ὄφεις ἐρπύσας ἀπέκτεινον. Ὁ δὲ
ἀπὸ τῆς δεινοπαθήσας, πέλεκυ ἔλαβε, καὶ
παραγυρόμενος² εἰς τὸν φωλεὸν αὐτῷ, εἰσήκει πα-
ρατηρούμενος ὅπως ἂν ἐξίη, δ' αὖθις αὐτὸν πα-
τάζειν. Παρακύψαντος δὲ τοῦ ὄφειος, κατενεγκῶν
τὸν πέλεκυ, τοῦ μὲν διήμαρτε, τὴν δὲ παρακει-
μένῳ πέτραν διέκοψεν. Ευλαβηθεὶς δὲ ὕστερον,
παρεκάλει ὅπως διαλλαγῇ αὐτῷ. Ὁ δὲ εἶπεν·
ἀλλ' οὔτε ἐγὼ δύναμαί σοι διαλλαγῆναι, ὁρῶν
τὴν κεχαραγμένῳ πέτραν, οὔτε σὺ ἐμοί, ἀπο-
βλέπων εἰς τὸν τῷ παιδὸς τάφον.

1. ἢ γὰρ τῷ λέοντος. Expungenda haec esse arbitror. Sunt enim manifestum glossema, ab inerudito exscriptore e margine in textum illatum.

2. εἰς τὸν φωλεόν. Ergo, occiso quamvis puero, terra refugium praebuit serpenti, quam Plin. lib. II. cap. 63. et XXIX. cap. 4. Serpentem, homine percusso, non amplius recipere scribit. Heusinger. ad Fab. Planudeam CXLI.

ro taurum tibi sacrificabo, si furis huiusce manus effugero.

Hac fabula uti possemus contra viros infortunatos, qui angustiis pressi remedium aliquod invenire votis poscunt, eo autem reperto, statim relinquere cupiunt.

Fab. XLII. Agricolae filius et Serpens.

Anguis humi serpens, Agricolae filium interfecit. Pater hac re graviter dolens, securim arripuit, atque ad Serpentis latibulum accedens, intentus erat, ut eum, si quando prodiret, statim percuteret. Paulo post autem quum caput anguis adtolleret, Agricola securim intorquet, sed ab eo longius aberrans, adiacentem petram incidit. Hinc Agricola pavore correptus, eum, ut secum reconciliari vellet, hortabatur. Cui Serpens, Nec ego, inquit, tecum pacem habere possum, donec lapidem discissum adspiciam, neque tu mecum, donec filii sepulcrum videbis.

3. ἄστίκα. Verbum in Cod. pene evanuit. Hinc in eius ora scriptum exstat alia manu, non quidem ceterae Codicis scripturae coeva, ἔμελλε; quae vox desumpta est a Fabula Planud. CXLI. eiusdem argumenti. Ceterum desperatissima plurimis in locis huius fabulae lectio videtur, ex eo quod verba pene omnia vetustate et usu abrasa sunt, et nisi lynceis oculis minime legenda. Eiusdem est argumenti *Gabriae tetrastichon XI.*

Ὁ λόγος δηλοῖ, ὅτι αἱ μεγάλαι ἔχθραι εἰς ῥαδίως τὰς μεταλλαγὰς ἔχουσι.

Μῦθος μγ'. Γεωργὸς καὶ Κύνες.

Γεωργὸς τις, χειμῶνος ὄντος, ἀναπολειφθεὶς¹ ἐν τῷ προαστείῳ αὐτῷ, ἀπορῶν τροφῆς, ἐπεὶ οὐκ ἐδύνατο προελθεῖν, καὶ ἑαυτῷ τροφήν πορίσαι, τὰ πρόβατα αὐτῷ κατέφαγεν. Ἐπεὶ δὲ ὁ χειμὼν ἔτι ἐπέμνε, καὶ τὰς αἰγὰς κατεθοινήσατο. Ἐκ τείτε δὲ,² ὡς ἐδεμία ἀνεσις ἐγένετο, καὶ ἐπὶ³ τὴν ἀροτῆρας βόας ἐχώρησεν. Οἱ δὲ κύνες θεασάμενοι τὰ γινόμενα, ἔφασαν πρὸς ἀλλήλους· παρελθῶμεν ἐντεῦθεν· ὡς ὁρῶμεν ἦ ὅτι ὁ κύριος ἡμῶν τοὺς ἐργαζομένους βόας οὐκ ἐλέησεν, ἡμῶν πῶς φέεται;

1. ἐν τῷ προαστείῳ. Non de suburbana tantum villa προάσειον dicitur, sed latiori sensu de praedio quolibet, ab urbe etiam remoto, ut ex exemplis a Du-Cange adlatis, nec non a praesenti fabula, comprobatur. Si enim de agricola suburbano sermo esset, non video, qui ἐκ ἐδύνατο προελθεῖν, καὶ ἑαυτῷ τροφήν πορίσαι.

2. ὡς ἐδεμία ἀνεσις ἐγένετο. Verba haec in Cod. contextu pene evanuerant. Alia tamen manus ita in margine supplevit; et sane litterarum, quae adhuc supersunt, vestigia, satis confirmant.

1. Eadem haec Fabella ab ineptissimo Aesopi vitae Scriptore refertur. Fingit enim Aesopum in quodam convivio Philosophorum interrogatum fuisse, cur nam agnus, dum ad mortem rapitur, nihil quidem ingemat, sus contra magnos grunnitus edat. Cui Aesopus, ut legitur in Casinensi Cod. respondet, τὸ μὲν πρόβατον συνήθως ἀμελγόμενον, καὶ κειρόμενον, ἐλκόμενον ἀκολουθεῖ· σκελιζόμενον δὲ καὶ τὸν σίδηρον βλέπον, εἰδὲν ὑποπτέυει· δοκεῖ γὰρ τὸ τῆ πόκκ βάρος ἐναποτίθεσθαι, καὶ τὴν τῆ γάλακτος ἀμελξιν· ὁ δὲ χοῖρος μήτε γάλα εὐχρησον ἔχων, μήτε τρίχας καλὰς, εἰδὼς ὅτι πρὸς χρῆσιν πῶν κρεῶν τὸ αἷμα ἀσπὲ τις κενῶσαι θέλει, κέκραγε, μὴ ἔχων τι ἕτερον προσδῆναι. Sed

Fab. LXXII. Suculus et Oves.

Suculus in quemdam ovium gregem ingressus, cum iis una pascebatur. Olim vero a pastore prehensus, grunnius magnos edebat, atque efugere omni vi nitebatur. Eum itaque oves, ob tot tantosque clamores increpare coeperunt, aientes: Nos quoque continuo pastor manu prehendit, nec tamen ita clamamus. Quibus tum Suculus, Non vestrae similis, ait, captura mea est: vos enim aut propter lanam, aut propter agnos, me vero ob carnem tantummodo capit.

Haec fabula sane declarat, eos merito ingemiscere, quibus non fortunarum, sed salutis discrimen instat.

haec ab Aeliano putidus ille Aesopi Biographus facile desumpsit, qui sane hunc Apologum innuit *Var. Hist. Lib. X. §. 5.* περι τυράννων, aiens: Φρύγιος οὕτως λόγος· ἐστὶ γὰρ Αἰσώπου τοῦ Φρυγός· πῖν ὕν, εἰάν τις ἄψηται αὐτῆς, βοᾶν καὶ μάλα γε εἰκότως, οὐτε γὰρ ἔρια ἔχει, οὐτε ἄλλο τι· καὶ ὄνειροπολῆ εὐθύς τὸν θάνατον, εἰδυῖα εἰς ὃ τι χρησομένοις λυσιτελεῖ. *Phrygium olet hic sermo: est enim Phrygis Aesopi: Suem si quis eam comprehendat, vociferari, idque non temere. Etenim quum neque lanam portet, neque quidquam aliud eius generis, statim coniectura mortem augurari, scientem, se ipsam usui esse utentibus.*

Μῦθος ογ'. Κίχλα.

Εν τινι μυρίνη κίχλα ἐνέμετο· δια δὲ τὴν γλυκύτητα τοῦ καρποῦ, οὐκ ἀφίστατο. Ἴξευτῆς δὲ παρατηρησάμενος¹ ἐμφιλοχωροῦσαν, ἰξεύσας συνέλαβε. Καὶ δὴ μέλλουσα ἀναιρεῖσθαι, ἔφη· δειλαία ἐγὼ, ἥτις διὰ τροφῆς γλυκύτητα σωτηρίας στηρίσκομαι.

Ὁ λόγος πρὸς ἄσωτον ἄνδρα, καὶ ἠδύπαθῆ.

Μῦθος οδ'. Ἐριφος καὶ Λύκος.

Εριφος ὑπερήσας ἀπὸ ποιμνῆς ποτὲ, ὑπὸ λύκου κατεδιώκετο. Ἐπιστραφεὶς δὲ ὁ ἔριφος λέγει τῷ λύκῳ· ἀληθῶς πέπεισμαι, ὅτι σὸν βρωμά εἰμι· ἀλλ' ἵνα μὴ ἀδόξως ἀποθάνω,² αὐλησον, ὅπως ὀρχήσωμαι.³ Αὐλοῦντος δὲ τοῦ λύκου, καὶ τοῦ ἐρίφου ὀρχουμένου, ἀκούσαντες οἱ κύνες, κατεδίωξαν τὸν λύκον. Ἐπιστραφεὶς δὲ ὁ

1. ἐμφιλοχωροῦσαν. *Odoratis arborum baccis Turdi vescuntur, sed maxime myrteis delectantur, quemadmodum Aelianus Lib. I. cap. 35. Histor. Animal. Θαλλὸν δὲ αἱ κίχλαι μυρρίνης. Hinc a recentibus Graecis myrtoroulli, teste Bellonio, nuncupantur. Aldrovan. Ornitholog. lib. XVI.*

2. αὐλησον. *Mos erat apud Graecos tibicines Sacri-*

Fab. LXXIII. Turdus.

Turdus in myrteto quodam vescebatur, ex eoque, fructus dulcedine captus, non abscedebat. Eum itaque auceps libenter ac dudum ibi commorantem quum observasset, viscata arundine cepit. Tum ille iam iam moriturus, Oh me miserum, inquit, qui ob cibi dulcedinem pereor!

Luxuriosum hominem, et voluptatibus deditum Fabula carpit.

Fab. LXXIV. Hoedus et Lupus.

Lupus olim Hoedum, qui longius a grege relictus fuerat, insequabatur. Hoedus itaque ad eum conversus, Pro certo habeo, inquit, me tuum fore cibum: verum, ne inglorius moriar, ut paullum saltem, tibia cane, rogo. Tum ille quum tibia caneret, Hoedusque saltaret, canes auditum Lupum protinus adoriuntur, qui ad

ficiis, et conviviis adhibere. Quapropter hinnulus, quoniam mori debeo, Lupo ait, tibia cane, ut mortem iucundo saltem animo feram.

3. ἀυλῆντος δὲ πῆ λύκος. Vox ἀυλῆν allegorice est accipienda. Lupus enim non tibiam, quam inflaret, habebat, sed sua voce tibiae cantum imitabatur; atque hinc a canibus agnitus, et in fugam versus.

λύκος λέγει τῷ ἐρίφῳ· ταῦτα ἐμοὶ, ὧ ἐρίφε, ὅτι¹ μακελλάριον ὄντα με, αὐλητὴν μιμεῖσθαι πεποίηκας.

Μῦθος οἴ. Ἐριφος καὶ Λύκος.

Εριφος² ἐπὶ τινος δώματος ὑψηλοτάτου ἐστῶς, ἐπειδὴ λύκον τινὰ παριόντα εἶδεν, ἐλοιδορεῖ αὐτόν. Ὁ δὲ λύκος ἐφη· ὧ οὔτος, οὐ σύ με λοιδορεῖς, ἀλλ' ὁ τόπος ἐν ᾧ ἴστασαι.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι πολλάκις καὶ ὁ τόπος καὶ ὁ καιρὸς δίδωσι κατὰ τῶν ἀμεινόνων τὸ θράσος.

Μῦθος ος'. Γεωργὸς καὶ Πελαργός.

Εν τῇ ἀρούρῃ γεωργὸς τις πάγας ἴση, εἰς τὸ θηρεῦσαι γεράνους τε, καὶ χῆνας τὰς ἐδριούσας τὰ βλαστήματα τῆς ἀρούρης. Ὡς δὲ σὺν αὐτοῖς καὶ πελαργὸς ἐλήφθη, ὅστις καὶ ἐθλάθη τὸν ποῦν αὐτοῦ τὸν ἕνα, καθικέτευεν αὐτὸν ἀπολυθῆναι· καὶ δὲ πρὸς αὐτὸν τοιαῦτα ἀνεβόα· σῶσον, ἄνερ, ἀπόλυσον ἐνταῦθα, ἐλέησον τὸν κατακεκλασμένον, νῦν οὖν κατηῆλθον γενόμενος ἐνταῦθα· μὴ γὰρ γέρανός εἰμι· δεῦρο, καὶ ἴδε,

1. μακελλάριον ὄντα. Latina vox a Graecis sequioris aevi usurpata. Eam refert etiam Suidas; sed plura exempla apud Du-Cangium vide.

2. ἐπὶ τινος δώματος. Apud Graecos sequioris aetatis

hoedum conversus, Merito, hoede, inquit, haec mihi contingunt: lanius enim quum sim, tu me tibicinem agere iussisti.

Fab. LXXV. Hoedus et Lupus.

Hoedus in superiori cuiusdam altissimae domus parte quum esset, ut vidit Lupum praetereuntem, eum convitiis insectari coepit. Cui Lupus, Non tu mihi, ait, convicia haec ingeris, sed locus in quo degis.

Fabula significat, quod locus, et tempus contra potentiores persaepe audaciam addunt.

Fab. LXXVI. Rusticus et Ciconia.

Rusticus quidam anseribus, et gruibus, quae semper nascentia germina devorabant, laqueos in agro posuerat. Quum vero Ciconia etiam una cum illis in pedicas incidisset, sibi que pes alter diffractus esset, his agricolam, ut liberam dimitteret, orare coepit: Me quaeso, vir, serva, immunemque dimitte, teque mei claudicantis miseratio tangat; nuper enim huc advolavi, neque grus ego, sed Ciconia sum, omnium qui-

Scriptores vox δῶμα significat etiam *tectum*; quo in sensu saepe apud LXX. Interpr. occurrit. De quo consulendus est Psochenius *de Linguae Graecae Novi Testamenti puritate* n. 75.

πελαργός εἰμι, ἑυσεβέστατον ζῶον, ὅσις μητέρι, καὶ πατέρι δουλεύων, πρῶ καὶ χρεῖαν οὐχὶ μίαν τούτων. Ὁ δὲ γεωργὸς μεγάλα γελάσας, ἔφη· οἶδά σε καὶ γὰρ, οὐδ' ὅλως ἀγνοῶ σε· ἐπιγινώσκω καὶ τίς ὑπάρχεις· ἀλλὰ συνελήφθης μετ' αὐτῶν, καὶ τεθνήξῃ.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι καλόν ἐστι φεύγειν, καὶ μὴ συγκοινωνεῖν τοῖς κακοῖς ἀνδράσι, μήπως σὺν αὐτοῖς καὶ ἡμεῖς δεινοῖς περιπέσωμεν.

Μῦθος οἷ'. Πατὴρ καὶ Θυγατέρες.

Εχων τις δύο θυγατέρας, τὴν μὲν μίαν κηπωρῶ ἐξείδωκε, τὴν δὲ ἑτέραν κεραμεῖ. Χρόνου δὲ προελθόντος, ἦλθεν εἰς τὴν τοῦ κηπωροῦ, καὶ ταύτην ἠρώτα πῶς ἔχει, καὶ ἐν τίνι αὐτῆς εἰσι τὰ πράγματα. Τῆς δὲ εἰπούσης, πάντα μὲν αὐτοῖς παρεῖναι, ἐν δὲ τοῦτο εὐχεσθαι τοῖς θεοῖς, ὅπως χειμῶν γένηται, καὶ ὄμβρος, ἵνα τὰ λάχανα ἀρδευθῇ. Μετ' οὐ πολὺ δὲ, παρεγένετο καὶ πρὸς τὴν τοῦ κεραμέως, καὶ ἐπυνθάνετο καὶ αὐτήν, πῶς ἔχει. Τῆς δὲ, τὰ μὲν ἄλλα μὴ ἐνδείξαι

1. ἑυσεβέστατον ζῶον. Ciconiam, quam Graeci a plumarum colore vario, album inter, et nigrum, πελαργόν vocant, maxima in parentes pietate insignem referunt. Ea enim senes iam factos suis imponit humeris, volat, et pascit, ut Aelianus de Animal. Lib. III. c. 23. τρέφαν μὲν οἱ πελαργοὶ τοὺς πατέρας γεγηρακότας καὶ

dem avium pientissima, quippe quae parentibus inservio, singulisque eorum necessitatibus prospicio. Agricola vero in risum vehementer effusus, Satis, inquit, et ego te novi, mihi quae ignota non es; scio praeterea, qui tui mores sint: sed cum illis te cepi, cum illis quoque morieris.

Fabula significat, optimum esse scelestos fugere, seque iis socium non adhibere, ne nos etiam una cum ipsis in calamitates incidamus.

Fab. LXXVII. Pater et Filiae.

Habens quidam duas filias, harum alteram olitori, alteram vero figulo nuptum dedit. Progressu autem temporis olitori iunctam convenit, eamque quomodo se haberet, resque eius uti procederent, interrogavit. Illa autem, nihil quidem sibi deesse, ait, sed hoc unum se Deos rogare, nempe ut hyems adveniat et imber, eo nimirum ut olera abunde irrigentur. Non multo post ad alteram quoque, quam figulo dederat, invisendam se contulit, et eam simili modo, ut se haberet,

ἐθέλῃσι, καὶ ἐμελέτησαν. Hanc, eiusque mores, egregie Publius mimographus descripsit, elegantissimis hisce versibus, quos refert Petronius in *Satyrico*:

- „ Ciconia etiam grata, peregrina, hospita,
- „ Pietaticultrix, gracilipes, crotalistris,
- „ Avis exul hyemis, titulus tepidi temporis.

εἰπούσης, τοῦτο δὲ μόνον ἔυχεσθαι, ἵνα αἰθρία
λαμπρὰ ἐπιμείη, καὶ λαμπρὸς ἥλιος, ὡς ἂν ὁ
κέραμος ξηρανθῆ, εἶπε πρὸς αὐτήν· εἰάν μὲν
σύ εὐδίαν ἐπιζητῆς, ἡ δὲ ἀδελφὴ σου χειμῶνα,
ποτέρα ὑμῶν συνεύξωμαι;

“Οὕτως οἱ ἐν ταύτῳ τοῖς ἀνομοίοις πράγμασιν ἐπι-
χειροῦντες, εἰκότως περὶ τὰ ἐκάτερα πταίουσιν.

Μῦθος οἱ. Κολοιοὺς καὶ Ὀρνεις.

Ζεὺς βουλόμενος βασιλέα ὀρνέων καταστῆσαι,
προθεσμίαν αὐτοῖς ἔδωκεν, ἐν ἣ παραγενήσονται
πάντα, ὅπως τὸν ὠραιότατον πάντων καταστήσῃ
ἐπ’ αὐτοῖς βασιλέα. Κολοιοὺς δὲ συνιδὼν ἑαυτὸν
δυσμορφία περικείμενον, ἀπελθὼν, καὶ τὰ ἀπο-
πίπτοντα τῶν ὀρνέων πτερὰ συλλεξάμενος, ἑαυτῷ
περιέθηκε, καὶ προσεκόλλησε. Συνέβη οὖν ἐκ
τούτου, εὐειδέστερον πάντων γεγονέναι. Ἐπέση
οὖν ἡ ἡμέρα τῆς προθεσμίας, καὶ ἦλθον πάντα
τὰ ὄρνεα πρὸς τὸν Δία. Ὁ δὲ κολοιοὺς ποικίλος
γενόμενος, ἦκε καὶ οὕτως. ¹ Τοῦ δὲ Διὸς μέλλον-

1. ἑαυτῷ περιέθηκε. Similem, paucis exceptis, de Gra-
culo alienis pennis ornato fabellam enarrat Phaedrus
lib 1. 3. Meminit etiam Horatius *Epist.* 3. lib. I. dum ait

Moveat cornicula risum

Furtivis nudata coloribus.

Aphthonius *Fab.* XXXI. nec non *Gabrius Tetrast.* XXVI.

est percontatus. Quumque illa respondisset, se nullius rei indigere, nisi ut purus aether, solque lucidus continuo esset, ut nimirum fictile opus exsiccaretur, id pater audiens, Si tu, inquit, serenum desideras, tua vero soror hyemem cupit, cui vestrum meas preces adiungam?

Ita qui eodem in tempore sibi contraria capessunt, extricant nihil.

Fab. LXXVIII. Graculus et Aves.

Iuppiter regem avium creare quum vellet, statuta die conventum indixit, quo omnes adessent, isque regem omnium formosissimum ipsis praeficeret. Tum Graculus propriam deformitatem agnoscens, per nemora atque arva se conferens, plumas, quae avibus exciderant, ubique collectas sibi circumposuit, inseruitque. Ita ille formosissimus omnium est factus. Statuta tandem dies advenit, omnesque volucres apud Iovem se contulere, quas inter adfuit et Graculus, qui plumarum vario colore emica-

Theon Sophista in *Progymn.* III. Theophylactus Simocata in *Epistol.* aliique, omnes nimirum Aesopo materiam reperiente.

2. Τῆ δὲ Διός. Ita ne μητιέτης, et ἀγκυλομήτης Iuppiter erat? Profecto

Decipit frons prima multos.

τος χειροτονῆσαι αὐτοῖς τὸν κολοῖον βασιλέα διὰ τὴν εὐπρέπειαν, ἀγανακτῆσαι τὰ ὄρνεα, ἔκαστον τὸ ἴδιον αὐτοῦ πτερὸν ἀφείλετο, οὕτω τε συνέβη αὐτῷ ἀπογυμνωθέντι, κολοῖον πάλιν γενέσθαι.

“Οὕτω καὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ χρεωφειλέται, μέχρι μὲν τὰ ἀλλότρια ἔχουσι χρήματα, δοκοῦσίν τινες εἶναι, ἐπειδὴν δὲ αὐτὰ ἀποδώκωσιν, ὅποιοι ἐξ ἀρχῆς ἦσαν εὐρίσκονται.

Μῦθος οἴ. Ζεὺς.

Ζεὺς γαμῶν, τὰ ζῶα πάντα εἰσία. Μόνης δὲ χελώνης ὑπερησάσης, διαπορῶν τὴν αἰτίαν τῇ ὑπεραίῳ, ἐπυνθάνετο αὐτῆς, διὰ τί μόνη ἐπὶ τὸ δεῖπνον οὐκ ἦλθε. Τῆς δὲ εἰπούσης, οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος, ἀγανακτῆσας κατ’ αὐτῆς, παρῆσκέυασεν αὐτὴν αὐτὸν τὸν οἶκον βασάζουσαν ἐπιφέρειν.

“Οὕτω πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων αἰροῦνται μᾶλλον λιτῷ οἴκῳ μένειν, ἢ παρ’ ἄλλην πολυτελῶς διαιτᾶσθαι.

1. ἐπιφέρειν. Vox est minime loco conveniens. Vulgata Planud. CV. quae eiusdem est argumenti, habet :

bat. Quem Iuppiter, quum regem ceteris avibus, ob eximiam eius formam, iam iam esset renunciaturus, indignatae illae, propriam singulae plumam ei abstulere, isque ita nudatus, iterum Graculus, ut erat, factus est.

Ita et illi, qui aere alieno gravantur, quamdiu quidem aliena possident, aliquid esse videntur; at postquam ea reddidere, quales prius erant inveniuntur.

Fab. LXXIX. Iuppiter.

Iuppiter nuptias celebrans, animalia omnia convivio excipiebat. Quum vero sola Testudo nimis sero adventasset, Iuppiter, tarditatis causam ignorans, eandem rogavit, quinam cum ceteris ad epulum tempestive non convenisset. Illa autem respondente, Dilecta domus, optima domus . . . in eam Deus ira percitus, ad domum continuo suis humeris circumferendam damnavit.

Ita plerique homines parce potius apud se, quam apud alios laute, vivere amant.

κατέδρασε τὸν οἶκον βασίλειαν περιφέρειν. Quod sane magis quadrat.

Μῦθος π'. Ἡρώς.

Ἡρώ τίς ἐπὶ τῆς οἰκίας ἔχων, τούτῳ πολυτελῶς ἔθυσεν. Ἀεὶ δὲ αὐτοῦ ἀναλισκομένου, καὶ πολλὰ εἰς θυσίαν δαπανῶντος, ὁ ἦρωσ ἐπιστὰς αὐτῷ νύκτωρ, ἔφη·² ὦ οὔτος, πέπαυσο τὴν οὐσίαν διαφθεύρων· εἴαν γὰρ πάντα ἀναλώσης, καὶ πένης γένη, ἐμὲ αἰτιάσῃ.

Ἐπισημασθέντες οὕτω πολλοὶ διὰ τὴν αὐτῶν ἀβουλίαν δυσυχοῦντες, τὴν αἰτίαν τοῖς Θεοῖς ἐπιγράφονται.

Μῦθος πά. Σαλπισῆς.

Ἦν τις σαλπισῆς⁴ στρατὸν ἐπισυνάγων, ὅσιν κρατηθεὶς ἐβόα τοῖς παροῦσι· μὴ κτείνετε με εἰκῆ καὶ μάτην, ἄνδρες, ἐπεὶ ἐγὼ οὐκ ἔκ-

1. Ἡρώ τίς. Heroes erant, qui post praeclarissimas quasque res gestas, mortalia corpora relinquentes in coelum adscendisse dicebantur, honores Diis similes sortiti. Vide Pitiscum in *Lex. Antiquit.* Hinc mos erat apud veteres frequentissimus, praeter Lares, ceterosque domesticos Deos, alicuius etiam Herois simulacrum habere, cui preces quoque fundere quandoque solebant. Testis Virgil. in *Daphnide*: Ecl. V. v. 79.

*Vt Baccho Cererique, tibi sic vota quotannis
Agricolae facient.*

2. ὦ ἔπος πέπαυσο. Bene monuit, ut a precibus desisteret, quae nimirum non illi, sed Diis debebantur;

Fab. LXXX. Heros.

Herois simulacrum domi quidam habens, ei splendidissime sacrificabat. Quum vero multa continuo in sacrificiis instruendis insumeret, impenderetque, noctu ei Heros in somnis adstans, Desine, inquit, amice, rem tuam familiarem absumere; nam si absumptis omnibus in paupertatem incideris, me protinus accusabis.

Ita multi, propria temeritate infelices, dant crimini Diis.

Fab. LXXXI. Tubicen.

Tubicen quidam, qui ad pugnam exercitum congregare solebat, quum ab hostibus captus esset, Ne me quaeso, exclamabat, iniuria, ac te-

nihil enim iis invitis poterat obtinere. Hinc Lucretius lib. IX. v. 573.

*Haeremus cuncti Superis, temploque tacente,
Nil facimus non sponte Dei.*

3. Ἦν τις σαλπιστής. Quis legens haec, iamborum Babrii vestigia non agnoscit? Vide quae diximus in Prolegomenis §. XIII.

4. στρατὸν ἐπισυναγών. Antiquissimis Graeciae temporibus nullus erat in bello tubarum usus, sed cantu tantummodo, atque clamoribus ad pugnam milites excitabantur. Hinc nullibi ab Homero tubae Graecis tribuuntur; nam quod ait *Iliad.* X. v. 13. seqq. Ἀν-

τεινα οὐδένα, πλὴν γὰρ τοῦ¹ τούτου χαλκοῦ, οὐ κτώμαι ἄλλο. Οἱ δὲ πρὸς αὐτὸν ταῦτα οὕτως ἐβόων· διὰ τοῦτο γὰρ μᾶλλον τεθνήξῃ ἄρτι, ὅτι μηδὲν δυνάμενος ἐν πολέμῳ, τοῖς πᾶσι κράζεις πρὸς μάχην ἐπεγείρων.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι πλείστον πταίουσιν οἱ τοὺς κακοὺς, καὶ βαρεῖς δυνάσας ἐπεγείροντες εἰς τὸ κακοποιῆσαι.

Μῦθος πβ'. Χαλκεὺς καὶ Κυνάριον.

Ην τις χαλκεὺς κυνάριον ἔχων. Τέτου χαλκέυοντος, τὸ κυνάριον ἐκοιμᾶτο· καὶ αὐτὸ πάλιν ἐσθίοντος, ² ὁμοίως ἐκοιμᾶτο. Ὁυτος ἐπέρριψεν ἔσθῃν ταῦτα λαλῶν· ὦ ταλαίπωρον κυνάριον ὑπνώδεις, τί σοι ποιήσω ὅκνω κατεχομένῳ; ὅτε μὲν γὰρ τὸ ἀκμώνιον μου προσκρέσω, ἐπανακλίνεις

λαῶν συρίγγων τ' ἐνοπήν, et *Iliad.* XVIII. v. 219. seqq.

..... ὅτε τ' ἴαχε σάλπιγξ,

¹ Ἄςυ περιπλομένων δηίων ὑπὸ θυμοραῶσέων.

id Scholiastes vult κατὰ πρόληψιν dictum, quia heroicis temporibus nondum inventa tuba, concha dumtaxat marina utebantur; illud vero ad Troianos refertur, quibus, ut ceteris Asiae gentibus familiarem iam fuisse tubarum usum ex Herodoto colligi potest, lib. I. c. 17. Graeci vero haud multo post Troiana tempora a Tyrrenis tubam accepere, et ad bellica etiam canenda

mere, viri interficite, quoniam ego nemini mortem intuli; nulla enim, aere hoc excepto, arma gero. At illi, Quin immo propterea magis iure ac merito morieris, quod nihil in bello quum possis, ceteros omnes tuo classico in pugnam excitas.

Fabula declarat, eos prae ceteris magis peccare, qui pravos, saevosque Principes ad malefacta adhortantur.

Fab. LXXXII. Faber aerarius et Catellus.

Faber quidam aerarius catellum habebat, qui dum ipse aes exerceret, continuo dormiebat, dum vero comederet, confestim e somno surgebat. Herus itaque, osse ei proiecto, ait, O infelix cattule somniculose; quid tibi vis faciam, adeo ignavia correpto? Quando enim incudem tundo,

adhibuere. Vid. Lips. lib. IV. de Mil. Romana Dial. X.

1. πέντε χαλκοῦ. Ita Virgilius tubas dixit: *aera sonantia*, et alibi de Miseno loquens ait, *Aeneid. V.*

..... quo non praestantior alter,

Aere ciere viros, martemque accendere cantu.

2. ὁμοίως ἐκοιμᾶτο. Vitium proculdubio exstat in Codice, quod fortasse a similitudine vocis ἐκοιμᾶτο et ἐξεκοιμᾶτο processit. Restituendum itaque, καὶ αὖ πάλιν ἐσθίουτος, ἐξεκοιμᾶτο, alioquin nullus in hisce verbis est sensus, nullusque lepor apparet.

ἑαυτὸν ἑπὶ κραββάτῃ· ὅτε δὲ πάλιν τὰς ὀδόν-
τας κινήσω, καὶ τὴν κέρκον μοι σείεις.

Ὁ μῦθος ἔτος τὰς ὑπνώδεις, καὶ ἀργώδεις, καὶ
εἰς ἀλλοτρίων πόνους ἀποβλέποντας ἐλέγχει.

Μῦθος πγ'. Ἡμίονος.

Ἡμίονός τις ἐκ κριθῆς³ παχυνθεῖσα, ἀνε-
σκίρτησε, καὶ ἑαυτὴν βοῶσα· πατήρ μέ ἐστιν ἵπ-

1. ἐπὶ κραββάτῃ. In Novo Testamento haec vox fre-
quenter occurrit, sed eam politiores Graeci respue-
bant, quamvis hac etiam Rhinto Comicus in *Telepho*,
Polluce teste, usus sit. Nec reticendum, quod Sozo-
menus lib. I. cap. 2. de hac voce scriptum reliquit.
Quum olim Triphyllus Ledrorum Episcopus, vir di-
sertissimus, concionem haberet ad populum, simul-
que aliorum Episcoporum coetus adesset, suaque in
oratione illud Evangelii adduceret ἀρόν σου τὸν κράβ-
βατον, καὶ περιπάτει, Ioan. c. V. v. 8. pro κράββατον vo-
cem σκίμποδα usurpavit. Quo audito, Monachus Spy-
rido, qui tum ibi aderat, summopere indignatus, ait:
ὁ σύ γε ἀμένων πῶ κράββατον εἰρηκότως, ὅτι ταῖς αὐτῆ λέ-
ξεσιν ἐπαισχύνῃ κεχρησθαι. Ii tunc erant Monachorum
mores. Vide *Glossarium Ducang.* in voce.

2. Ἡμίονος. Haec Fabula, vel a Planude, vel a li-
brariis, male intellecta, et depravata est. Mulos e-
nim, excepta voce, matribus quam patribus, similio-
res esse, muliones etiam norunt. Nec mulus id igno-
rare, aut negare fingitur: qui in eo tantum peccans
inducitur, quod paterni generis oblitus, maternum
unice iactat. Non *equum* itaque dicit sibi *patrem* es-
se, sed potius *matrem*, eique se totum similem esse

tu in lectulo recubas, at quando moveo dentes, expergisceris statim, et caudam moves.

Arguit haec fabula somnolentos, et ociosos, eosque simul, qui alienos labores spectare solent.

Fab. LXXXIII. Mula.

Mula quaedam hordeo pinguefacta, exultabat, ac intra se superbiens aiebat: Pater meus

gloriatur, non prius patris admonitus, quam ad currendum se ineptum vidit. Quare nihil certius est, quam rescribendum esse: μήτηρ μὲ ἐστὶν ἵππος, ἢ παχυδρόμος, καὶ γὰρ αὐτῇ ὄλως ἀφωμοιώθην. Atque ita etiam edidissem, nisi vitia facilius ferrentur, quam emendatrices manus. Cum vero Latino interpreti Cameraio religioni non fuerit a vulgata dissentire, licebit posthac aliis graeca etiam restituere. Nihil enim ad hunc mulum pertinet, quod interdum equo patre, et asina matre muli nascuntur, quos *hinnullos* vocant, Plinius lib. VIII. cap. 44. et Columella lib. VI. cap. 7. Illi enim non equinam in currendo pernicitatem, sed asininam tarditatem referunt. *Heusingerus* ad Fab. Planud. CXL.

Futilis omnino, ac tanti viri pace dicam, inepta huiusmodi animadversio videtur. Quid enim obstat, quominus retineatur lectio: πατήρ μὲ ἐστὶν ἵππος ὁ παχυδρόμος? Fabula mulam superbientem, seque magnifice iactantem inducit, ita ut equum, non asinum sibi patrem esse putet. Sed cursu postea defatigata in se se redit, atque non equo, sed asino procreatam se esse recordatur.

3. παχυδρόμα. Quae in hac Fabula Planudes ἀρσενικῶς dixit, Florentinus Casinensis Codex θηλυκῶς πο-

πος ὁ ταχυδρόμος, καὶ γὰρ δὲ αὐτῷ ὅλη ἀφωμοιώθη. Καὶ δὴ ἐν μιᾷ ἀνάγκῃς ἐπελθέσης, ἠναγκάζετο ἢ ἡμίονος τρέχειν· ὡς δὲ τῆ δρόμου ἐπέπαυτο, σκυθρωπάζουσα, πατρός τῆ ὄνου εὐθύς ἀνεμνήσθη.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι δεῖ, καὶν ὁ χρόνος ἐνέγκῃ τινὰ εἰς δόξαν, τῆς ἑαυτῆ ἀρχῆς μὴ ἐπιλαθέσθαι· ἀβέβαιος γάρ ἐστιν ὁ βίος οὗτος.

Μῦθος πδ'. Μύρμηξ καὶ Κάνθαρος.

Ἰ **Μ**έρους ὄρα μύρμηξ περιπατῶν κατὰ τὴν ἄρσραν, πυρῆς καὶ κριθᾶς σωέλεγεν, ἀποθησαυρίζόμενος ἑαυτῷ τροφήν εἰς τὸν χειμῶνα. Κάνθαρος δὲ τῆτον θεασάμενος, ἐθάυμασεν ὡς ἐπιπονώπατον, εἶγε παρ' αὐτὸν τὸν καιρὸν μοχθεῖ, παρ' ὃν τὰ ἄλλα ζῶα πόνων ἀφέμενα, ἐν ῥασώνῃ διάγασιν. Ὁ δὲ τότε μὲν ἡσύχασεν. Ἔσπερον δὲ ὡς χειμῶν ἀνέστη, καὶ ἡ κόπρος ὕετο τῷ ὄμ-

nit, ac sane melius. Faeminae enim in hoc genere maiores et vivaciores sunt, quam mares, ut idem Aristoteles de Cognit. et brevit. vitae c. 5. adnotavit. Homerus etiam de mulabus Nausicaae loquens, quae naufragum Vlysssem excepit, ait, *Odyss. lib. VI. v. 316.*

Ὡς ἄρα φωνήσατ', ἴμασεν μάσιγι φαεινῇ

Ἡμιόνους, αἱ δ' ὄκα λίπον ποταμοῖο ῥέεθρα,

Ἄιδ' εὐ μὲν τρώχων, εὐ δὲ πλίσσοντο πόδεσσιν.

Ceterum Aesopo hanc Fabellam adseruit etiam Plutarchus in *Convivio septem Sapientum*, aiens: ὁ δὲ Ἄι-

celerrimus equus est, ac ego ei omnino sum similis. Olim vero necessitate adurgente, quum cursum arripere coacta esset, simul ac fessa quievit, maxime contristata, continuo se patre asino genitam fuisse meminit.

Fabula significat, quod etsi tempus ad gloriam aliquem provehat, non sui tamen initii ipse oblivisci debet: haec enim vita instabilis est.

Fab. LXXXIV. Formica et Scarabaeus.

Formica aestivo tempore arva circumiens, frumentum, ac hordeum colligebat, sibique, ut vesci posset hyeme, recondebat. Hanc videns Scarabaeus, ingentem quidem eius laborem atque sollicitudinem est admiratus, quod nimirum, eo tempore quo animalia cetera, labore remisso, otia trahunt, ipsa contra ita labori insudaret. Ad haec Formica tunc nihil respondit. Postea vero

σωπος (ἐτύγχανε γὰρ ὑπὸ Κροίσου νεωστὶ πρὸς τε Περίανδρον ἄμα καὶ τὸν Θεὸν εἰς Δελφὸς ἀπεσταλμένος, καὶ παρῆν ἐπὶ δίφρῳ τινὸς χαμαιζήλου παρὰ τὸν Σόλωνα καθήμενος ἄνω κατακείμενον) Ἡμίονος, ἔφη, Λυδὸς, ἐν ποταμῷ τῆς ὕψους ἑαυτῷ κατιδὼν εἰκόνα, κ. τ. λ.

1. Θέρως ὥρα. Haud absimilis de Formicis et Cicada est Fabula XX. supra relata. Hinc apparet hanc ab illa, mutatis tantum verbis atque personis, processisse.

2. καὶ ἡ κόπρος. De Scarabaeo pilulario hic agitur,

βρω κλυθεΐσα, ἦκεν ὁ κάνθαρος πρὸς αὐτὸν λιμώτων, καὶ τροφῆς μεταλαβεῖν ἐδέετο. Ὁ δὲ πρὸς αὐτὸν ἔφη· ὦ κάνθαρε, ἀλλ' εἰ τότε ἐπόμεναι, ὅτε με μοχθεῖντα ὠνεΐδιζες, ἐκ ἂν νῦν τροφῆς ἐπέδεις.

“Οὕτω οἱ παρὰ τὰς εὐθηνίας τῆ μέλλοντος μὴ προνοούμενοι, παρὰ τὰς τῶν καιρῶν μεταβολὰς τὰ μέγιστα δυστυχῶσι.

Μῦθος πέ. Θύννος, καὶ Δελφίν.

1. **Θ**ύννος διωκόμενος ὑπὸ δελφίνος, καὶ πολλῶ τῶ ροίζῳ φερόμενος, ἐπειδὴ καταλαμβάνεσθαι ἔμελλεν, ἔλαθεν ὑπὸ σφοδρᾶς ρύμης ἐκπεσὼν εἰς τινα νῆσον· ὑπὸ δὲ τῆς ὁμοίας ρύμης καὶ ὁ δελφίν αὐτῷ συνεξώκειλεν. Ὁ δὲ 2. Θύννος ἐπι-

quem Latini *Solarem fumarium* quoque dixerunt, quod e fimo ingentes pilulas aversis pedibus volutet; qua etiam de causa a Graecis ἡλιοκάνθαρος dicitur, et κοπριῶν ab Hippocrate, quasi *stercorarius*. Communi tamen nomine κάνθαρος vocatur, quemadmodum a Latinis *Scarabaeus* et *Cantharus*.

1. Fabulam hanc ex Planudea Collectione desumpsimus num. XXX. In Florentino enim Codice manca est, et imperfecta: ita namque se habet: Θύννος διωκόμενος ὑπὸ δελφίνος, καὶ πολλῶ τῶ ροίζῳ φερόμενος, ἐπειδὴ καταλαμβάνεσθαι ἔμελλεν, ἔλαθεν ὑπὸ σφοδρᾶς ὀρμῆς ἐμπεσῆν εἰς τινα νῆσον. Ὑπὸ δὲ αὐτῆ σφοδρῶς ἐλαυνόμενος καὶ ὁ δελφίς σὺν αὐτῷ εἰς τὴν καρδίαν ἀναρπάσας ἔφυγεν· ὁ δὲ

quum hyems advenisset, atque fimus, nimio imbre perfusus, omnino madefactus esset, Scarabaeus fame correptus ad eam se contulit, ac, ut aliquid cibi daret, enixe rogavit. Cui illa, Si tum, Scarabaeae, escam tibi comparasses, quum me laborantem increpabas, nunc profecto non indigeres.

Pari modo, qui ubertatis causa nullam futuri curam habent, conversis deinde temporibus, calamitatibus maximis opprimuntur.

Fab. LXXXV. Thynnus et Delphinus.

Thynnus a Delphino agitato, magnaue vi actus, quum ab eo iam iam caperetur, in quamdam insulam, ex vehementi, quo ferebatur, impetu, imprudens desiluit, in eandemque et ipse Delphinus, qui illum pari vi insequabatur, eie-

μάγνητος ἐπιστραφής κ. τ. λ. Hinc liquido apparet insignis librarii oscitantia, qui postquam hanc fabulam de Thyngo et Delphino exscribere coepit, ad fabulam de Cane, et Coquo, quam postea referemus, imprudenter descendit. Dolendum itaque, quod hoc scriptoris lapsu Fabulae omnes, quae a littera Θ usque ad infra sequentem Κύων καὶ Δύκος erant exscribendae, miserime perierint.

2. Θύννος. *Thynnum* vocat, quem *Pompilum* dixisset alius. Pompilo enim infestissimos esse Delphinos, piscium velocissimos, auctor est Aelianus lib. XV. *Hist. Anim.* cap. 23. Sunt autem *Pompili* e thynnorum genere, qui navigantes aliquando, per plura horarum

στραφείς, καὶ λειποφυχῆντα τὸν δελφίνα ἐωρακώς, εἶπεν· οὐκ ἔτι μοι ὁ θάνατος λυπηρὸς, ὁρῶντι τὸν αἴτιον γεγονότα μοι τέπου, σὺν ἐμοὶ ἀποθνήσκοντα.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ραδίως τὰς συμφορὰς οἱ ἄνθρωποι φέρουσι, τὰς τέπων αἰτίους δυσυχῆντας ὁρῶντες.

Μῦθος πς'. Κύων καὶ Λύκος.

Κύων πρὸς τινος ἐπαύλεως ἐκοιμᾶτο. Λύκος δὲ τῆτον θεασάμενος, ἔδραμεν ἐπ' αὐτὸν, μέλλων αὐτὸν καταφαγεῖν. Ὁ δὲ κύων ἐδέετο αὐτῆ, ὅπως μὴ θύσῃ αὐτὸν, λέγων· νυῦ, ὦ κύριέ μου, μὴ φάγῃς με, ὅτι λεπτός εἰμι, καὶ ἰσχνός, καὶ πτωχός· μικρὸν δὲ ἀνάμεινόν με· μέλλεσι γὰρ οἱ ἐμοὶ δεσπότηαι γάμψ ποιῆσαι, καὶ ἐὰν ἄρτι ἐάσῃς με, φαγῶν περισσότερον, λιπαρώτερος γενήσομαι, καὶ τότε κρείττων τίς σοι φανήσομαι. Ὁ δὲ πειθεὶς τοῖς λόγοις αὐτῆ, τότε μὲν κατέλιπεν αὐτὸν· μεθ' ἡμέρας δὲ ὀλίγας ἐλθὼν, ἐζήτει αὐτὸν, καὶ εὗρίσκει αὐτὸν ἑπὶ τῆ δώματος κοιμώμενον.

spatia, et passuum millia, comitantes cernuntur, et aliorum vim timentes transversa navigia saltu superant. Vid. Plin. lib. IX. cap. 15. Iidem Neptuno sacri et grati habebantur: unde nunquam impune eos a delphino capi, vulgo persuasum erat, si Aeliano credimus eodem loco. Heusingerus ad Planud. XXX.

1. ἐπὶ τοῦ δώματος. In vulgata a Planud. XXXV. quae

ctus est. Tum Thynnus conversus, eumque efflantem animam conspicatus, Non amplius, inquit molesta mihi mors est, quum meae necis auctorem mecum una pereuntem videam.

Fabula innuit, quod facile homines calamitates sustinent, quum earum auctores infelicitatibus pressos aspiciant.

Fab. LXXXVI. Canis et Lupus.

Canis ante stabulum quoddam dormiebat. Quem quum Lupus conspexisset, haud mora eum voraturus accurrit. Canis autem, ne ab eo mactaretur, obsecrabat, aiens, Nunc quidem, heremi, ne me comedas, quaeso; sum enim macer, exilis, atque mendicus. Quin potius paullisper expecta, me enim domini sunt nuptias facturi: proinde si nunc me dimiseris, posquam largius patus ero, pinguior quoque fiam, melioremque cibum parabo tibi. His ille verbis inductus, Canem reliquit. Nonnullis autem transactis diebus, Lupus reversus quum Canem perquireret, eum su-

cum nostra convenit, legitur *ἄνω ἐπὶ τοῦ δώματος*, quae vetus interpretes anonymus reddit, *superius super domus tecto*. Eodem in sensu intelligendum est quoque *ἐπὶ τοῦ δώματος*: in tecto enim, iuxta Apologi sensum, ut tutus magis esset, Canis dormiebat, ideoque Lupus *εὐρίσκει αὐτὸν*, quod fieri sane non poterat, si canis intra domum fuisset.

ὁ δὲ σταθεὶς κάτω, ἐπεκαλεῖτο αὐτὸν, ὑπομιμνήσκων αὐτὸν τῶν σωθηκῶν. Ὑπολαβὼν δὲ ὁ κύων, ἔφη αὐτῷ· ὦ λύκε, εἰ ἀπὸ τῆ νῦν πρὸ τῆς ἐπαύλειως ἴδῃς με, μηκέτι γάμεις ἀναμείνης.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οὕτω οἱ φρόνιμοι τῶν ἀνθρώπων, ὅταν περὶ τι κινδυνεύσαντες ἐκφύγωσιν, ὕστερον ταῦτα φυλάττονται.

Μῦθος πζ'. Κόραξ.

Κόραξ νοσῶν, τῇ μητρὶ ἐπεφώνει· εὐχε τοῖς θεοῖς, ὦ μητέρα μου, καὶ θρήνει· ἢ δὲ πρὸς αὐτὸν ταῦτα βοῶσα, ἔφη· καὶ τίς σε, τέκνον, τῶν θεῶν ἐλεήσει; ¹ τίνος γὰρ κρέα ὑπὸ σῆ ἐκ ἐκλάπη;

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οἱ πολλὰς ἐχθρὰς ἐν βίῳ ἔχοντες, εἰδένα φίλον ἐν ἀνάγκῃ εὐρίσκουσι.

Μῦθος πη'. Κύων, Ἀλέκτωρ, καὶ Ἀλώπηξ.

Κύων καὶ ἀλέκτωρ φιλίαν πρὸς ἀλλήλους ποιησάμενοι, ἐν τῷ ἅμα ὠδεύουν. Τῆς δὲ νυκτὸς καταλαβέσης, ἐν τόπῳ ἀλσώδει ἐλθόντων, ὁ μὲν ἀλεκτρυὼν ἐπὶ τὸ δένδρον ἀναβὰς, ἐν τοῖς κλά-

1. καὶ θρήνει. In edita a Planude CXXXII., quae eiusdem argumenti est, admodum diverse legitur, καὶ μὴ θρήνει.

2. τίμος γὰρ κρέα. Carnem victimarum intelligit, ex-

pra domum dormientem invenit. Stans itaque inferius ipsum vocabat, ac pacta conventa commemorabat. Ei vero Canis respondens, O Lupe, ait, si me posthac ante stabulum dormientem adspexeris, ne nuptias amplius expectes.

Fabula declarat, ita quoque prudentes homines, ubi periculum aliquod effugerint, sibi in posterum ab illo cavere.

Fab. LXXXVII. Corvus.

Corvus aegrotans matri dicebat, Roga Deos pro me, mater, ac gemens ora. At illa ad eum conversa respondit; Quisnam Deorum tui miserescet, fili mi? nam tu cuius carnes non rapuisti?

Fabula indicat, quod qui multos in vita inimicos habent, nullum amicum in necessitate reperiunt.

Fab. LXXXVIII. Canis, Gallus, et Vulpes.

Canis et Gallus, iuncta simul amicitia, una iter faciebant. Nocte autem adventante, quum in locum quemdam arboribus consitum pervenis-
sent, Gallus arbore adscensa, in illius ramis con-

ta praesertim, quae Diis apponebantur, quaeque ex aris saepe saepius volucres rapiebant. Vide Fab. I. et Aphthonii Fab. XL.

δοις ἐκάθισεν· ὁ δὲ κύων κάτωθεν τῆς ραγάδος τῷ δένδρῳ ἀφύπνωσε, καὶ τῆς νυκτὸς παρελθέσης, καὶ αὐγῆς καταλαβέσης, ὁ ἀλέκτωρ κατὰ τὸ σύννηδες, μεγάλα ἐκεκράγει. Ἀλώπηξ δὲ τέττε ἀκέσασα, καὶ βουλομένη αὐτὸν καταδοινήσασθαι, ἐλθεῖσα, καὶ στάσα κάτωθεν τῷ δένδρου, ἐβόα πρὸς αὐτόν· ἀγαθὸν ὄρνεον εἶ, καὶ χρῆσόν τοῖς ἀνθρώποις· κατὰβηθι δὲ, ὅπως ἄσωμεν τὰς νυκτερινὰς ὠδὰς, καὶ συνευφρανθῶμεν ἀμφοτέροι. Ὁ δὲ ἀλέκτωρ ὑπολαβὼν ἔφη αὐτῇ· ἀπελθε, φίλε, κάτωθεν πρὸς τὴν ρίζαν τῷ δένδρου, καὶ φώνησον τὸν² παραμονάριον, ὅπως κρέσῃ τὸ ξύλον. Τῆς δὲ ἀλώπεκος ἀπελθέσης τῷ φωνῆσαι αὐτόν, ὁ κύων ἄφνω πηδήσας, καὶ τὴν ἀλώπεκα δραξάμενος, διεσπάραξεν αὐτήν.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ἔγω καὶ³ τῶν ἀνθρώπων οἱ φρόνιμοι, ὅποταν τι κακὸν αὐτοῖς ἐπέλθοι, ραδίως πρὸς αὐτὸ ἀντιπαρατάζονται.

1. καὶ φώνησον. Mehercle vitium aliquod in Codicis contextu inesse autumo: verborum enim ordo, si quid sentio, confusus est, qui melius sane procederet ita: ἀπελθε, φίλε, κάτωθεν πρὸς τὴν ρίζαν τοῦ δένδρου, ὅπως κρέσῃ τὸ ξύλον, καὶ φώνησον τὸν παραμονάριον. Ita et in vertendo legimus.

2. παραμονάριον. Vox haec, quae sequiorem redollet graecitatem, saepe occurrit in *Actis Concilii Chalcedon.* Can. 2. itidemque *Constantinopolitani* sub

sedit; Canis vero in cavo eiusdem ingressus, inferius recubuit. Nocte interim ad occasum vergente, ubi dies albescere coepit, Gallus de more cantare incipit. Quem quum Vulpes audisset, illuc protinus, eum vorare cupiens, accessit, stansque sub arbore, ita ipsum est adloquuta. O avis optime, quam perutilis es hominibus! Descende, quaeso, ut simul carmina nocturna canamus, nosque ad invicem oblectemur. Cui Gallus respondens, Amica, inquit, ad radices arboris propius accede, pulsa truncum, ac ianitorem voca. Persuasa Vulpes ad eum vocandum accessit, sed Canis repente prosiliens, eam protinus correptam dilaceravit.

Fabula declarat, ita quoque prudentes homines, quando aliquid mali illis obtigerit, ab eo se facile posse tueri.

Mena, Act. V. et *Nicaeni* Act. VII. can. 5. alibique passim apud huiusce aetatis scriptores. Est autem *Mansionarius*, et *Templi Custos*; atque hinc ad *Ianitorem* quoque significandum haec vox fuit usurpata.

3. τῶν ἀνθρώπων οἱ φρόνιμοι. Animus arduus et infractus, rebus adversis atque fortuna adversa non commovetur, neque periculi tempestas illum, aut honoris aura, unquam de suo cursu vel spe depellit. Cicero in *Orat. pro Q. Catulo*.

Μῦθος πθ'. Λαγωοὶ, καὶ Βάτραχοι.

Λαγωοὶ καταγνόντες ἑαυτῶν δειλίαν, ἐγνώσαν δεῖν ἑαυτὰς κατακρημνίσαι. Καὶ παραγενόμενοι ἐπὶ τινα λίμνην τῷ βαλεῖν ἑαυτὰς ἐν αὐτῇ, βάτραχοι τῷ ψόφου ἀκέσωντες, ἑαυτὰς εἰς τὰ βάθη τῆς λίμνης ἐδίδουσαν. Εἷς δὲ τις τῶν λαγωῶν θεασάμενος αὐτὰς, ἔφη πρὸς τὰς ἑτέρας· μηκέτι ἑαυτὰς κατακρημνίσωμεν, ἰδὲ γὰρ εὕρηνται καὶ ἡμῶν δειλότερα ζῶα.

Οὕτως καὶ τοῖς ἀνθρώποις, αἱ τῶν ἄλλων συμφοραὶ τῶν ἰδίων δυσυχημάτων παραμύθιον γίνονται.

Μῦθος ιγ'. Λέων καὶ Βάτραχος.

Λέων ἀκέσας βατράχου μέγα κεκραγός, ἐσράφη πρὸς τὴν φωνὴν, οἰόμενος μέγα τι ζῶον εἶναι. Προσμείνας δὲ αὐτὸν μικρὸν χρόνον, ὡς ἐθεάσατο τῆτον ἐκ τῆς λίμνης ἀπελθόντα, προσελθὼν κατεπάτησεν αὐτὸν, εἰπὼν· μηδένα ἀκοὴ παραττέτω πρὸ τῆς θεᾶς, ἢ γουν μηδεὶς πρὸ τῷ ἰδεῖν παραττέτω ὑπό τινος.

1. ἑαυτῶν δειλίαν. Timidissimum omnium animal Lepus est, adeo ut vel ipso frondium crepitu terreatur, quemadmodum elegantissime appositeque Gregorius Nazianz. in *Distichis sententiosis* ait:

Φύλλων λαγωὺς ἐκφοβοῦσιν οἱ κτύποι,

* Ἄνδρες δ' ἀνάνδρες αἱ σκιαὶ τῶν περὶ γυμνάτων.

Fab. LXXXIX. Lepores, et Ranae.

Lepores de sua timiditate dolentes, in praecipitibus quoddam se tandem proiicere decreverunt. Quum itaque ad paludem quamdam se contulissent, eo nempe consilio, ut in eam se praecipites darent, Ranae eorum strepitu accepto, ex templo in profundum paludis subiere. Quas quum Leporum quidam vidisset, conversus, ceteris, Ne amplius, ait, o socii, nos praecipites agamus: nam ecce timidiora etiam nobis animalia inveniuntur.

Pari modo ceterorum calamitates, solamen hominibus in propriis ferunt.

Fab. XC. Leo, et Rana.

Ranam magna vi crocitantem, quum Leo olim audisset, ad eam vocem protinus se se convertit, magnum aliquod animal esse arbitratus. Paullisper itaque quum substitisset, ubi illam ex palude prodeuntem adspexit, accedens illico proculcavit, haec intra se aiens; Neminem, re nondum perspecta, vox audita conturbet, nec quispiam, antequam viderit, ab ullo deterreatur.

Hinc apud Graecos adagium illud *λαγῶν βίον ζῆν*, a Demosthene in Aeschinem usurpatum, de iis dicitur, qui semper anxii trepidique vivunt.

2. ἤγουν μηδείς. Manifestum glossema vides, e margine in textum inductum.

Ὁ μῦθος ἔπος πρὸς ἄνδρα γλωσσώδη, μηδὲν πλέον τῆ λαλεῖν δυνάμενον.

Μῦθος γὰ. Λέων καὶ Ἀλώπηξ.

Ἄλεων γηράσας, καὶ μὴ δυνάμενος δι' ἀλκῆς ἑαυτῷ τροφήν πορίζειν, ἔγνω δι' ἐπινοίας τοῦτο πράξαι. Καὶ δὴ παραγενόμενος εἰς τι σπήλαιον, καὶ ἐνταῦθα² κατακλιθεὶς, προσεποιεῖτο νοσεῖν χαλεπῶς. Καὶ οὕτω τὰ παραγενόμενα ἐπισκέψεως χάριν παντοῖα ζῶα συλλαμβάνων³ κατή-

1. Λέων γηράσας. Hanc Fabulam Aesopo adscribunt veterum quamplurimi, interque eos Plato in *Alcibiade*, hisce verbis. Κατὰ τὸν Ἀισώπου μῦθον, ὃν ἡ Ἀλώπηξ πρὸς τὸν λέοντα εἶπε, καὶ τῆ εἰς Λακεδαιμόνα νομίσματος ἐσιόντος μὲν πᾶ ἰχνη, πᾶ ἐκάσσε πετραμμένα, δῆλα, ἐξιόντος δὲ οὐδαμῆ ἀντις ἴδοι. Et Plutarchus in libello „ Quomodo quis suos in virtute sentire possit profectus „ ὦν κατὰ τὸν Αἰσωπον, ἔσω μᾶλλον, ἢ ἔξω, πᾶ ἰχνη τέτραπται. Et Themistius in Orat. XIII. ὡσπερ τὸν λέοντα, ὃν ἐποίησεν Αἰσωπος ἀρέωσουνται ἐν τῷ σπηλαίῳ, ἢ κερδῶ ἐρεσχελῆ, ἐσιόντων πᾶ ἰχνη δεικνῦσα πῶν ζώων, ἐξιόντων δὲ οὐ. Denique Horatius verbis istis:

Quia me vestigia terrent,

Omnia te adversum spectantia, nulla retrorsum.

Hudson. ad Planud. Fab. CXXXVII.

2. κατακλιθεὶς. Melius vulgata Planudis lectio habet, κατακλιθεὶς, quae cum editis omnibus plane concordat. Aldus tamēn, ut bene Heusingerus observavit, interpretatus est *deiectus*, alii *devolutus*, Faernus, in *opaci faucibus antri procubuit*, Lockmanus, *morbum simulans, se in speluncam quandam abiecit*. Hi omnes aliam

In garrulos homines est haec fabula, qui nihil aliud possunt, nisi loqui.

Fab. XCI. Leo, et Vulpes.

Leo senio correptus, quum suis viribus cibum sibi parare nequiret, arte aliqua id efficere excogitavit. In antrum itaque quoddam recedens, ibique humi devolutus, gravi se morbo correptum simulabat. Hoc ille astu, quotquot ad eum invisendi caussa animalia venirent, cor-

lectionem secuti sunt. Etiam in Planudea Fab. LXXII. λέων γηράσας ἐνόσει κατακεκλιμένος ἐν ἀντρω. Hinc ergo satis apparet, κατακλισθεὶς mutandum esse in κατακλιθεὶς, vel κατακλινθεὶς, ut in Fab. Planud. CXLIII. ὑποκλινθεὶς. Tanto magis hoc recipiendum duxi, quum alterum plane ineptum sit: quia si inclusus fuisset Leo, aditus non fuisset ceteris bestiis, quas lacera-
 turus morbum simulabat.

3. κατήθειεν αὐτά. Ita quoque in Planudea cit. in qua Heusingerus haec adnotavit. „ Abundat quidem vox αὐτά, quia παραγενόμενα τὰ ζῶα quartus casus est: nec tamen ab Hebraeis magis scriptoribus, quam a Graecis hoc didicit auctor. Aelianus Lib. V. Var. Hist. c. 3. Ἀριστέλης τὰς νῦν Ἑρακλείας σήλας καλεμένας, πρὶν ἢ κληθῆναι τοῦ τῆ, φησι, Βριάρεω καλεῖσθαι αὐτὰς. Vide H. Steph. Thes. Gr. T. I. p. 602. Maii Observ. Sacr. Lib. I. pag. 71. Vechner. Hellenol. Lib. I. part. II. cap. 6. pag. 178. „ Mihi vero nihil id absonum, graecoque sermoni alienum videtur, dummodo interpungatur, παντοῖα ζῶα συλλαμβάνων, κατήθειεν αὐτά.

θιεν αὐτέ. Πολλῶν δὲ θηρίων ἀναλωθέντων ὑπ' αὐτῆ, ἀλώπηξ τὸ τέχνασμα αὐτῆ συνιῆσα, καὶ γνῶσα, παρεγένετο πρὸς αὐτὸν, καὶ εἶσα ἔξωθεν καὶ ἀποθεν τῆ σπηλαίᾳ, ἐπυθάνετο αὐτῆ πῶς ἔχοιεν. Τούτῃ δὲ εἰπόντος, καλῶς, καὶ τὴν αἰτίαν ἐρωτωμένου, δι' ἣν εἰ κἀτεισι, καὶ οὐκ εἰσέρχῃ ὧδε ἔσω, ἡ ἀλώπηξ ἔφη· ἀλλ' ἔγωγε εἰσηλθόντων ἀν, εἰ μὴ ἐώρων πολλῶν εἰσιόντων ἰχνη, ἐξιόντων δὲ οὐδενός.

“Οὕτως οἱ φρόνιμοι τῶν ἀνθρώπων, ἐκ τεκμηρίων προορώμενοι τὰς κινδύνους, ἐκφεύγουσιν αὐτές.

Μῦθος γβ'. Λέων καὶ Ταῦρος.

¹ Λέων ταύρῳ παμμεγέθει ἐπιβουλεύων, ² ἐβουλήθη πρὸς αὐτὸν παραγενέσθαι. Καὶ δὴ προσκαλεσάμενος ὁ λέων τὸν ταῦρον, ἔφη πρὸς αὐτόν· πρόβατον ἔθυσσα, ὧ φίλε, καὶ εἰ βέλει, σήμερον συνεσιαθῶμεν ὁμῶς. Ἐβούλετο δὲ ὁ λέων μετὰ τὸ κατακλιθῆναι τὸν ταῦρον, καταγωνίσασθαι, ³ ἢ γὰρ καταθοινήσασθαι αὐτόν. Ὁ δὲ ἔλθων, καὶ θεασάμενος ⁴ λέβητας πολλούς, ⁵ καὶ ὀβελίσκους

1. Λέων ταύρῳ. Exstat haec Fabula in Palatinis quoque Codicibus, sed mendosa plurimum, ut in Neveleti Collectione num. 231. videri potest.

2. ἐβουλήθη αὐτοῦ παραγενέσθαι. Hic tamen Codd. Palatinorum lectio magis placet; habent enim ἐβουλήθη αὐτοῦ περιγενέσθαι. Et recte. Ad Taurum enim παραγενέσθαι facile erat, sed περιγενέσθαι αὐτοῦ, eumque dilacerare, valde difficile, atque periculosum. Hinc Μυθογράφος noster finxit, Leonem ad epulas Taurum vocasse.

repta devorabat . Multis ita sublatis , Vulpes denique eius fraude cognita , ad eum et ipsa se contulit , ac extra , proculque ab antro subsistens , Leonem , quomodo se haberet , interrogavit . Qui quum bene sibi esse respondisset , causamque rogaret , qua non accederet , seque intro conferret ; Intrarem equidem , Vulpes ait , nisi multa adeuntium , nulla vero exeuntium vestigia viderem .

Ita quoque prudentes homines , praevisa coniecturis pericula effugiunt .

Fab. XCII. Leo et Taurus .

Leo immani Tauro insidias struens , eo potiri quoquo modo conabatur . Eum itaque his verbis olim compellans , Amice , ait , pecudem mactavi ; hodie , si lubet , una convivabimur . Hoc ille dolo , recumbentem Taurum aggredi , ac devorare meditabatur . Is itaque quum ad eum venisset , ac multas ollas , veruaque ingentia , pecudem vero nullam vidisset , nihil fatus ab an-

3. ἢ γουν καταθοινήσαθαι αὐτόν . Ni male video , glossema huc irrepsit : et sane huiusmodi verba in edita a Neveleto non exstant .

4. λέβητας πολλούς . Erat ergo Leonis antrum , ahenis , ollis , verubusque abunde instructum , ut apud nos culinae esse solent . O festivum Aesopici metaphrastis ingenium !

5. καὶ ὀβελίσκους μεγάλους . Mallem , ὀβελούς μεγάλους . Alias esset μύρμηξ ἢ κάμηλος , ut proverbio dicitur .

μεγάλους, τὸ δὲ πρόβατον μηδαμῶ, μηδὲν εἰπὼν ἀπιλλάττετο. Τῷ δὲ λέοντος, καὶ τὴν αἰτίαν μαθεῖν θέλοντος, καὶ πυνθανομένου δι' ἧν, οὐδὲν δεινὸν παθῶν, ἀλόγως ἄπεισιν, ἔφη ὁ ταῦρος· ἀλλ' ἔγωγε οὐ μάτην τοῦτο ποιῶ, καὶ φεύγω, ὃ λέων· ὁρῶ γὰρ κατασκευὴν ἔχῳς εἰς πρόβατον, ἀλλ' εἰς ταῦρον ἠτοιμασμένην.

“Ὅλως δηλοῖ, ὅτι οὕτω καὶ τοὺς φρονίμους τῶν ἀνθρώπων, αἰ τῶν πονηρῶν τέχλαι ε' λανθάνουσι.

Μῦθος γγ'. Λέων καὶ Γεωργός.

Λέων εἰς ἔπαυλιν γεωργοῦ εἰσῆλθεν. Ὁ δὲ συλλαβεῖν αὐτὸν βελόμενος, τὴν αὐλιαίαν θύραν ἔκλεισε. Καὶ ὡς ἐξελθεῖν μὴ δυνάμενος, πρῶτον μὲν τὰ ποίμνια διέφθειρεν, ἔπειτα δὲ καὶ ἐπὶ τοὺς βόας ἐτράπη. Καὶ ὁ γεωργὸς φοβηθεὶς περὶ ἑαυτοῦ, τὴν θύραν ἠνέωξεν. Ἀπαλλαγέντος δὲ τοῦ λέοντος, ἡ γυνὴ θεασαμένη αὐτὸν σένοντα, εἶπεν· ἀλλὰ γε σὺ δίκαια πέπονθας· τί γὰρ συγκλεῖσαι τοῦτον ἐβουλήθης, ὃν καὶ μακρόθεν σε ἔδει τρέμειν;

“Οὕτως ὁί τῶς ἰχυρὰς διερεθίζοντες, εἰκότως τὰς ἐξ αὐτῶν πλημμελείας ὑπομένεσι.

1. οἱ τοὺς ἰχυροὺς διερεθίζοντες. Hic opportune quadrare potest et illud, quod a Diogeniano refertur, τὸν λέοντα νύτπει, *Leonem vellicas*; de eo nempe, qui potentem ac ferocem in suum ipsius damnum provocat. Praeclarum est Aeschyli monitum, quod apud

tro discessit . Taurum ergo Leo increpans , rei que huiusce caussam intelligere volens , rogabat , quidnam inde , iniuriis nullis acceptis , ne salutato quidem hospite abiret . Sed Taurus , Haud temere id facio , atque hinc diffugio , respondit ; video enim non pro pecude , sed pro tauro haec omnia parari .

Haec sane declarant , quod pari modo improborum fraudes prudentes homines minime latent .

Fab. XCIII. Leo et Agricola .

Leo in Agricolae stabulum ingressus erat : quem quum Agricola comprehendere vellet , stabuli portam continuo clausit . Bellua ita inclusa , quum egredi ullo modo nequiret , primum quidem pecudes discerpit , ac deinde ad boves quoque sternendos se convertit . Tunc sibi Agricola metuens , ianuam subito reseravit . Ita Leone digresso , quum mulier gementem virum vidisset , Tibi quidem digna , ait , evenere : quonam enim consilio eum hic claudere voluisti , quem procul etiam formidare oportebat ?

Ita quoque qui fortes irritant , merito eorum improba facta perpeti debent .

Aristophanem in *Ranis* v. 1478. refertur .

Οὐ χρεὶ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν ,

Μαίλισσα δὲ λέοντα μὴ ἔν πόλει τρέφειν .

Ἦν δ' ἐκτραφῆ τις , τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν .

Μῦθος γδ'. Λύκος καὶ Γέρανος.

Λύκου ποτὲ λαιμῶ ὀσέον ἐπάγη. Τῇ δὲ γεράνω μιδὸν παρέξεν εἶπεν, εἰ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς προσεπιβαλῶσα, ἐξανασπάσει ἐκ τῆ λαιμοῦ αὐτῆ ὀσοῦν. Ἡ δὲ ἐκβαλῶσα, τὸν μιδὸν ἐπέζητει. Γελάσας ἔν ὁ λύκος, καὶ ¹ τῆς ὀδόντας θήξας, ἀρκεῖ σοι, εἶπεν, ἀντὶ μιδῶ τοῦτο καὶ μόνον, ὅτι ἐκ λύκε σώματος καὶ ὀδόντων, ² ἔζηξας κάραν σῶαν μηδὲν παθῶσαν.

Ὁ μῦθος πρὸς ἄνδρας δολίους, οἵτινες ἐκ κινδύνων διασωθέντες, τοῦτο παρέχουσι τοῖς εὐεργέταις ἀντὶ χάριτος, τοῦ ³ μὴ βλάψαι αὐτούς.

1. τῆς ὀδόντας θήξας. *Dentes acuiunt ferae iratae, et vindictae cupidae, apri maxime, et, ut quibusdam placet, dracones: Hesiod. Scut. v. 235. Seneca III. de ira; Aelian. Lib. V. Hist. animal. cap. 45. aliique per multi. In hac fabula vero Lupus non irascitur, nec minatur, sed inertem stultamque avem ridet; ideoque dentes non acuit, sed ostendit, ut hinc appareat, quantum supplicium effugerit. Quare pro θήξας, utique legendum est δάξας, etsi nusquam ita scriptum reperio. Haec Heusinger. ad Fab. Planud. CXLIV. Ceterum non displiceret Heusingeri lectio, nisi praeset γελάσας: tunc enim δάξας redundare omnino videtur. Non sunt praeterea tanti, quae de ira ferarum in acuendos dentes refert, quasi non eos quan-*

Fab. XCIV. Lupus et Grus.

Infixum in Lupi gutture os olim inhaeserat. Mercedem itaque Grui pollicitus est se daturum, si capite inserto, e gutture os extraheret. Quod illa quum egregie fecisset, mercedem illico reposcebat. At ridens ille, dentesque acuens, Satis tibi pro mercede vel hoc unum sit, inquit, quod ex ore et dentibus Lupi, salvum ac incolume caput reduxeris.

Dolosos viros haec fabula carpit, qui e periculis servati, eam tantum bene de se meritis gratiam rependunt, iis scilicet nullum detrimentum adferre.

dolibet in pace etiam exacuant. Vide sane Fab. Planud. LIV. quae profecto Heusingeri sententiae repugnat.

2. ἔξηξας κάραν σῶαν. Hinc proverbium, ἐκ λύκου σώματος, ex ore lupi, ubi res quaequam praeter spem recipitur, quae iam plane periisse videbatur. Ita etiam Crocodilus, aviculae, cui nomen *Trochilus*, magnum se beneficium praebuisse putat, quod ei caput incolume suo ex ore referre permiserit: qua de re videndus Aelianus Lib. III. cap. 11. de *Anim. propr.* et Phile cap. 89. Ceterum pro ἔξηξας melius legeres ἔξηχας.

3. μὴ βλάψαι αὐτός. Tale, ut Tullius ait, latronum beneficium, iis se vitam dedisse, quibus non ademerint. Ceterum mallem τὸ μὴ βλάψαι.

Μῦθος γέ. Λέων, Μῦς, καὶ Ἀλώπηξ.

Ἄλλοντος κοιμωμένου, μῦς τῷ σώματι διέδρα-
 μεν. Ὁ δὲ ἔξανασάς, πανταχοῦ περιειλίττετο,
 ζητῶν τὸν προεληλυθότα. Ἀλώπηξ δὲ αὐτὸν θεα-
 σαμένη ὠνείδιζεν, εἰ λέων ὢν, ἐφοβήθη μῦν.
 Ὁ δὲ φησιν· ἀλλὰ² κατὰ τῆς γνώμης αὐτοῦ τὴν
 ὀργὴν ἔχω.

Ὅλως διδάσκει, τοὺς φρονίμους τῶν ἀνθρώ-
 πων μηδὲ τῶν μετρίων πραγμάτων καταφρονεῖν.

Μῦθος γς'. Λέων, Ἄρκτος, καὶ Ἀλώπηξ.

Λέων καὶ ἄρκτος³ ἐλάφου νεῦρον ἐυρόντες, πε-
 ρὶ τούτου⁴ ἐμάχοντο. Δεινῶς ἔν ὑπ' ἀλλήλων

1. Eiusdem argumenti est *Gabriae Tetrastichon* se-
 cundum, quod tamen non plane cum hac Fabula con-
 venit. Ibi enim Leo Vulpi respondet, Ὅυ μὲν πτῆμαι,
 τὴν ὁδὸν δ' ἀνατρέπω. *Non timeo, sed interrumpo iter.*

2. κατὰ τῆς γνώμης αὐτοῦ. *Non in murem irascor, Leo*
ait, sed de eius voluntate succenseo: is enim forte
in mea viscera ingredi, meque interficere volebat. Est
autem, ut Ichneumon, sive Lutra Aegypti, Crocodilis,
ita quoque mus leonibus, elephantibusque pernicio-
sissimus. Ille enim in apertas fauces insiliens, illico
ad eos enecandos properat. Aristoteles quoque ait,
Leonem, viso mure, fugere; sed verba graeca Ari-
stotelis diligenter rimari oportet, quia scripsit, quod
Leo aliquando ὄν, idest suem, non μῦν, idest murem, for-
midat. Vid. Aldrovandum de Quadr. Digit. Vivip. Lib. I.

3. ἐλάφου νεῦρον. *Vulgata lectio in hac Fabula a Planu-*

Fab. XCV. Leo, Mus, et Vulpes.

Leo quum olim dormiret, per os eius Mus forte discurrit. Tum ille consurgens, quaqua-
versum circumagebatur, eum quaeritans qui in-
de transierat. At Vulpes eum conspicata, gra-
viter obiurgabat, quod Leo nimirum quum es-
set, murem pertimisset. Cui ille, Ego vero,
respondit, de eius voluntate tantummodo irascor.

Haec profecto docent, quod prudentes homi-
nes ne parva quidem negligere debeant.

Fab. XCVI. Leo, Vrsus, et Vulpes.

Leo et Vrsus quum hinnulum invenissent, de
eo obtinendo dimicabant. Mutuis itaque vul-

de quoque edita num. XXXIX. habet βουνέυρω περιτυχόντες,
quae vox a Stephano in *Append. ad Thes. Graec.* cor-
recta est in βενέβρω. Hinc nonnulli, ut Cl. quoque
Hudson observavit, contra Aesopicas Fabulas argu-
mentum ducunt. Ego vero mirari non desino, qua-
nam de causa nescierit Stephanus, nullum esse di-
scrimen inter βούνευρον, et βένεβρον: idque, quia lit-
terae β et υ, labiales, ut vocant, quum eiusdem sint
organi, facile ac saepissime inter se commutantur.
Hinc quoque factum, ut Graeci recentiores τὸ β ae-
que ac τὸ υ, iuxta Latinorum V efferant. Satis est
vel unum Casaubonum rei testem ducere, qui in suis
ad Athenaei Lib. V. cap. 3. animadversionibus, iam
observavit νευρός in scriptoribus aliquoties legi pro
νεβρός.

4. ἐμάχοντο. Hunc Apologum expressisse videtur

διατεθέντων, καὶ ἐκ τῆς πολλῆς μάχης ἀμφοτέρων σκοτιθέντων, καὶ ἡμιθανῶν κειμένων, ἀλώπηξ περιούσα, ὡς ἐθεάσατο τοὺς μὲν παρειμένους, τὸ δὲ νεῦρον ἐν μέσῳ κείμενον, εἰσελθοῦσα διὰ μέσου αὐτῶν, ἀραμένη τοῦτο, δρομαίως ᾤχετο. Οἱ δὲ ἰδόντες αὐτὴν, καὶ ἀνασῆναι μὴ δυνάμενοι, εἶπον· ἄθλιοι ἡμεῖς, ὅτι δι' ἀλώπεκα ἐμοχθῆμεν.

Ὅλως διδάσκει, ὅτι εὐλόγως ἐκεῖνοι ἄχθονται, οἱ πῶν ἰδίων καμάτων τοὺς τυχόντας ὀρώσι τὰς ἐπικαρπίας ἀποφερομένους. Ἡ, ὅτι πολλοὶ μόχθον καὶ κόπον ἐτέρων ποιοῦνται ἴδιον κέρδος.

Μῦθος υζ'. Λέων καὶ Λαγῶς.

Λέων περιτυχῶν ἑλαγῶν κοιμωμένῳ, τῆτον ἐμελλε καταφαγεῖν. Μεταξὺ δὲ θεασάμενος ἑλαφον παριῆσαν, ἀφείς τὸν λαγῶν, ἐκείνην ἐδίωκεν. Ὁ μὲν οὖν ἀπὸ πῶν φόφων ἐξανασὰς, ἔφυγε. Ὁ δὲ λέων ἐπὶ πολὺ διώξας τὴν ἑλαφον, ἐπει-

Hesiodus in Scuto Herc. v. 402. dum ait

Ὦς δὲ λέοντε δύω ἀμφὶ κειμένης ἐλάφοιο

Ἀλλήλοις κοπέοντε, ἐπὶ σφέας ὀρμήσωσι,

Δεινὴ δὲ σφ' ἰαχὴ, ἄραβός θ' ἅμα γίνετ' ὀδόντων.

1. τὸ δὲ νεῦρον. Mendosa certe huiusmodi lectio est, aeque ac apud Planudem, qui edidit τὸ βούνευρον. Legendum itaque ubique τὸν: est autem βούνεβρος, vel βούνευρος *hinnulus magnus*, a βου partic. intensiva, et νεβρός. Emenda igitur et lege νεβρόν.

2. λαγῶν κοιμωμένῳ. Somno valde deditus Lepus est,

neribus confecti, quum tandem longa pugna defessi, caligantibus oculis ac semianimes humi iacerent, Vulpes inde forte pertransiens, ubi eos prostratos, positumque in medio hinnulum vidit, inter utrumque ingressa, eum cepit, atque effusa se fuga proripuit. Id illi quum cerne-
rent, nec tamen surgere possent, Heu nos miseros, dixere, qui pro Vulpe pugnabamus!

Haec fabula monet, eos iure indignari, qui fructus propriis laboribus partos sibi a ceteris auferri vident. Docet insuper, quod multi aliorum curas atque labores proprio lucro apponunt.

Fab. XCVII. Leo et Lepus.

Leo dormientem Leporem nactus, confestim eum devorare parabat. Cervam interim praetereuntem conspicatus, relicto Lepore, eam persequi coepit. Lepus interea strepitu excitatus, inde fugam abripuit. Leo autem postquam Cer-

oculis autem est adeo indefessis, ut tam in somno quam in vigilia aperti maneant. *Reusnerus in Paradiso Poetico:*

*Esse quid hoc dicam, quod non tua lumina condis,
Languida si dulci membra quiete levas?*

Id autem fit, quod hoc animal oculis exporrectis est praeditum, et palpebris adeo praecisis, ut hae pupillis munimentum nullum praebere, neque somno claudi possint.

δὴ καταλαβεῖν οὐκ ἔδυνήθη, ἐπανῆλθε πάλιν ἐπὶ τὸν λαγῶν. Ἐυρών δὲ καὶ αὐτὸν πεφευγότα, ἔφη· ἀλλ' ἔγωγε δίκαια πέπονθα, ὅτι περ ἀφείς τὴν ἐν χερσὶ βορὰν, ἀδήλοισι ἐλπίσιν ἐδίωκον.

Οὕτως ἔνιοι τῶν ἀνθρώπων ἰ μικροῖς κέρδεσι μὴ ἀρκούμενοι, λαμβάνουσι καὶ τὰ ἐν χερσὶ προῖέμενοι.

Μῦθος γη'. Λέων καὶ Μῦς.

Λέοντος κοιμωμένου, μῦς τῷ σώματι αὐτοῦ περιέδραμεν· ὃ δ' ἔξανασᾶς, καὶ συλλαβὼν αὐτὸν, ἔμελλε καταθοινήσασθαι. Τοῦ δὲ διηθέντος μεθεῖναι αὐτὸν, καὶ λέγοντος, ὅτι σωθεὶς χάριτάς σοι ἀποδώσω, μεδιάσας ἀπέλυσεν αὐτόν. Συνέβη οὖν αὐτὸν μετ' οὐ πολὺ τῆ τοῦ μύος χάριτι περισωθῆναι· ἐπειδὴ γὰρ συλληφθεὶς ὑπὸ τιῶν κυνηγῶν, ² κάλῳ ἐπεδέθη ἐν τινὶ δένδρῳ, τοπνικαῦτα ἀκούσας ὁ μῦς αὐτοῦ στέκοντος, ἐλθὼν τὸν κάλον περιέτρωγε, καὶ λύσας αὐτὸν ἔφη· σὺ μὲν οὖν τότε μου κατεγέλας, ὡς μὴ προσδεξόμενος ἀπ' ἐμοῦ

1. μικροῖς κέρδεσι μὴ ἀρκούμενοι. Haud absimile illud est, quod in Graecorum collectaneis effertur:

Δυσὶν ἐπιθυμήσας, οὐδετέρου ἐτυχες.

2. κάλῳ ἐπεδέθη. Habes hanc Fabulam etiam in Palatinis Codicibus, ex quibus primum Neveletus edi-

vam longe est insequutus, nec eam adsequi potuit, ad Leporem reversus est; sed eum quoque fuga elapsum quum reperisset, Ego mehercule digna patior, inquit, quia paratam in manibus escam reiiciens, incertam volui spem sequi.

Ita nonnulli homines parvo lucro haud contenti, ea quoque quae possident, imprudentes amittunt.

Fab. XCVIII. Leo et Mus.

Mus quidam ad os Leonis, qui forte dormiebat, accessit. Consurgens ille, ipsumque corripiens, iam eum deglutire parabat. Mus vero Leonem rogare, ut se dimitteret, seque accepti beneficii gratias ei relaturum polliceri. Tum Leo adridens, liberum ipsum atque incolumem reliquit. Haud longo autem tempore elapso, contigit, ut Leo Muris illius beneficio servaretur. Nam quum a venatoribus comprehensus, fune ad arborem esset alligatus, Mus, eius gemitu audito, eo statim accessit, suisque dentibus funem corrodit. Ita quum ipsum liberum reddidisset, Tu

dit n. 221. sed adeo vitiis est scatens, atque corrupta, ut Deiphobo illi Maronis potius quam fabulae similem dicere possis. Hoc unum notasse sufficiat, quod pro κάλω, edidit καμήλω, et pro κάλοι, quod inferius occurrit, pari modo κάμηλον habet.

ἀμοιβήν· νῦν δὲ ἔυ ἴσθι, ὅτι ἐσὶ καὶ παρ' ἡμῖν
ἡ χάρις.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ἔν καιρῷ μεταβολῆς, καὶ
οἱ σφόδρα δυνατοὶ πῶν ἀσθενεσέρων ἐνδεεῖς
γίνονται.

Μῦθος γδ'. Λέων καὶ ὄνος.

Λέων καὶ ὄνος κοινωνίαν πρὸς ἀλλήλους ποιησά-
μενοι, ἐξῆλθον ἐπὶ θήραν. Γενομένων δὲ αὐτῶν
κατὰ τι σπήλαιον, ἐν ᾧ ἦσαν ² αἶγες ἄγριαι, ὁ
μὲν λέων σταῖς πρὸ τοῦ στομίου ἐξιούσας παρε-
πρεῖτο· ὁ δὲ εἰσελθὼν, ἐνήλλαττεν αὐτάς, καὶ
ὀγκᾶτο, ἐκφοβεῖν βουλόμενος. Τῆ δὲ λέοντος πλεί-
στας συλλαβόντος, καὶ ἐξελθόντος τοῦ ὄνου,
ἐπωθάνετο αὐτῷ εἰ γενναίως ἠγωνίσαστο, καὶ
εἰ τὰς αἶγας καλῶς ἐδίωξε. Καὶ ὁ λέων φησὶν·

1. ἐν καιρῷ μεταβολῆς. Longe quidem a fabulae sen-
tentia Epimythion hoc distat, cuius generis et alia
plura passim occurrunt. Id eo derivatum, quod quis-
libet, ut in Prolegomenis est observatum, pro suo arbi-
trio Aesopicis Fabulis aliquid semper addidit. Ceterum
ex hac fabula illud vel maxime eruitur, quod beneficium
invitatur beneficio, et officium officio provocatur. Hinc
Sophocles in *Oed. Coloneo*:

Ἡ χάρις χάριν φέρει,

et rursus in *Aiace Flagellifero*:

Χάρις χάριν γὰρ ἐστὶν ἢ τίχτωσ' αἰ.

2. αἶγες ἄγριαι. Caprae silvestres in plurimas simi-
litudines transfigurantur. Sunt caprae, rupicaprae, ibi-

quidem, Mus ait, antea me deridebas, quasi ad grates reddendas impos essem. Nunc itaque pro certo scias, quod apud nos etiam gratia est.

Fabula declarat, quod si quando praesens reipublicae status immutetur, potentiores quoque humiliorum subsidio egent.

Fab. XCIX. Leo et Asinus.

Leo et Asinus societate simul inita, in venationem egressi sunt. Quum itaque ad antrum quoddam pervenissent, quo nonnullae silvestres caprae se receperant, Leo quidem in eius limine adstans, quotquot exirent comprehendebat; Asinus vero introgressus, eas, ut egrederentur, excitabat, atque ruditibus deterrebat. Ita quum plurimae a Leone captae essent, egressus demum Asinus, eum, utrum fortiter se gessisset, ac strenue ca-

ces; sunt et oryges, damae, pyrargi, strepsicerotes, multaue alia haud dissimilia. Sed illa Alpes, haec transmarini situs mittunt. Haec Plinius. Sed maxima, inquit Scaliger Exercit. 207. priscorum negligentia, dum rerum naturas profitentur, clenchi nominum tantum coacervatis, nobis plus inquirendum, quam si nihil prodidissent, reliquerunt. Inter quos princeps Plinius, dum studet nil intactum relinquere, pro epulis apponit titulos convivis. Videndus Aldrovandus de Quadrup. Bisulcis Lib. I. cap. 10. pag. 719. ubi species ac nomina caprarum, quotquot Graeci Latinique commemorarunt, clare ac dilucide exhibet.

ἔυϊδί, ὅτι¹ καὶ γὰρ σε ἐφοβήθη, εἰ μὴ ἦδεν σε
ἕνον ὄντα.

“Οὕτως οἱ παρά τοῖς εἰδόσιν ἀλαζονεύομενοι,
εἰκότως γέλωτα ὀφλισκάνουσι.

Μῦθος ρ'. Ληστὴς καὶ Συκάμιος.

Ληστὴς ἐν ὁδῷ τινα ἀποκτείνας, ἐπειδὴ πα-
ρὰ τῶν ὑποτυχόντων ἐδιώκετο, καταλιπὼν αὐ-
τὸν, ἔφυγε. Τῶν δὲ ἀντικρυς ἐδιούντων, καὶ
πυρθανομένων αὐτῷ, τίνι μεμολισμένας ἔχει τὰς
χεῖρας, ἔλεγεν² ἀπὸ συκαμίνων καταβεβηκέ-
ναι· καὶ ὡς ταῦτα ἔλεγεν, οἱ διώκοντες αὐ-
τὸν ἐπελθόντες, καὶ συλλαβόμενοι, εἰς τινα
συκάμιον αὐτὸν ἔσρωσαν. Ἡ δὲ συκάμιος ἔφη·
ἀλλ' ἔγωγε οὐκ ἀχθομαι πρὸς τὸν θάνατον

1. καὶ γὰρ σε ἐφοβήθη. Similem fere Fabulam videre
est apud Phaedrum Lib. I. 11. Avienum, Gabriam,
et Camerarium. Hanc vero Lucianus prae oculis ha-
buisse videtur, dum in *Piscatore* §. 32. ait, πῶν ἐν
Κύμῃ ἕνον μιμήσασθαι, ὃς λεοντῆν περιβαλλόμενος, ἠξίου
λέων αὐτὸς εἶναι, πρὸς ἀγνοῶντας πῆς Κυμιαίης ὀγκώμενος μά-
λα τραχὺ καὶ καταπληκτικόν· ἀχρι δὴ τις αὐτὸν ξένος, καὶ
λέοντα ἰδὼν καὶ ἕνον πολλάκις, ἠλεγξε, καὶ ἀπεδίωξε παίων
τοῖς ξύλοις. Id autem ex fabula Aesopi desumptum es-
se, ipse Lucianus alibi testatur, ut in *Fugitiv.* c. 13.
Philopat. cap. 5. et *Pseudolog.* cap. 3. Sed tamen
nulla in Aesopico Apologo Curarum fit mentio, nec

pras insequutus esset interrogavit . Cui Leo, Scias velim , inquit , quod mihi quoque timorem maximum iniecisses , nisi Asinum te esse probe nossem .

Ita etiam , qui se apud scientes magnifice iactant , deridiculi merito fiunt .

Fab. C. Latro et Morus .

Latro quum in via quemdam interfecisset , et ab iis qui forte aderant impeteretur , protinus eo relicto fugam corripuit . Nonnulli autem , qui ex adversa parte veniebant , quum ei obviam incidissent , ipsumque rogassent , cuiusnam rei causa pollutas sanguine manus haberet , ille se e moro delapsum respondit . Vix ea fatus erat , quum ceteri qui pone insequiebantur , supervenire , eumque comprehensum iuxta morum quam-

certe credi potest , Cumanos tam stolidos ac bardos fuisse , ut Asinum a Leone non cognoscerent . Id autem fortasse Lucianus , ut erat omnium irrisor hominum , atque Deorum , ad eos deridendos finxit . Vide Platon. in *Cratylō* , et fab. Planud. CXIII.

2. ἀπὸ συκαμίνων . Συκάμινον Dioscoridis Lib. I. c. 182. alias συκαμινέα et συκόμορον , arbor est mora ferens fici dulcedine . Scholiastes vero Aristoph. ad *Ranas* v. 1278. ait : Σῦκον , ἕδος παθήματος ἀπὸ ἐν πῖς ὀφθαλμοῖς , καὶ οὐκ ἐν ἄλλῳ τινὶ μέρει τοῦ σώματος , ὃ φασιν ἰδιωτικῶς Συκάμινον .

ὑπηρετῆσα· καὶ γὰρ ὃν αὐτὸς ἀπειργάσω, εἰς ἐμὲ τῆτον¹ ἀφαιματῆσι.

Μῦθος ρά· Λύκος καὶ Ἄρνός.

Λύκος ἄρνα εὐρῶν πεπλανημένον, ἐκ ἀφήρ-
 πασε χειρὶ δυνατωπάτη, ἀλλ' ἐθέλησε μετ' εὐλό-
 γησ αιτίας τῆτον φαγεῖν. Εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν τοι-
 αῦτα·² πέρυσι σὺ πολλὰ καθύβεισάς με. Ὁ δὲ
 πρὸς αὐτὸν θρηνηδῶν ἀνεβόα· ἐγὼ ἐν τῆτω γε-
 γένημαι τῷ χρόνῳ. Καὶ ὁ λύκος εἶπε πρὸς αὐ-
 τόν· τὴν ἄρουράν με νέμη. Ὁ ἄρνός ἔφη· ἀκμὴν
 τροφὴν οὐκ εἶδον. Πάλιν ὁ λύκος·³ ἐκ τῆς πι-

1. ἀφαιματῆσι. Ita in Codice, quod profecto esse scriptoris sphalma subiecta ibidem lineola declarat. Ceterum heic mendum in Codice inesse suspicor: mallet enim pro ἀφαιματῆσι, legi ἐκδικῆσι, vel ἀμύνονται, aut quid simile, ut clarior sensus evaderet. Quam aliam enim heic adferre possim medelam, prorsus ignoro. Deest quoque in hac Fab. Epimythion, quod magis magisque librarii oscitantiam demonstrat.

2. πέρυσι. In Codice legitur περί σου, quod sane non video quid heic significet. Profecto librarius erravit, verborum quadam similitudine deceptus.

3. ἐκ τῆς πηγῆς με πίνας. Hanc Aesopi fabellam Phaedrus quoque Lib. I. i. senariis versibus adornavit. Nostra tamen aliquantisper in narratione dissentit, licet idem sit prorsus argumentum; ex quo plane colligitur, Phaedrum Aesopi fabulas suo inge-

dam humi stravere. Tunc Morus, Ego quidem, inquit, quod ad tui necem inserviam, haud aegre fero; ita enim poenas illius quem interfecisti, iuxta *sumunt*.

Fab. CI. Lupus et Agnus.

Lupus quum agnum a grege digressum invenisset, non eum validis unguibus corripuit, sed iusta cum caussa devorare volebat. Hisce itaque eum est aggressus: Tu mihi iamdiu contumelias plurimas attulisti. At Agnus gemens respondebat, Ego nuperrime natus sum. Tunc Lupus, Agrum meum pascis; et Agnus, Adhuc herbam non degustavi. Iterum Lupus: Ex meo fon-

nio concinnasse, suoque ex arbitrio variasse. Hinc in eam sententiam concedere non possum, quam in medium affert Antonius Casitto Iurisconsultus Neapolitanus, Aesopi nempe fabulas, quae Graece leguntur, a Planude Venetias delato anno plus minus 1320. ex Phaedri fabulis versas fuisse, quemadmodum libros adolescentulis aetate illa in scholis proponi solitos, Graecam in linguam transtulit, quales sunt Boethius de *Consol. Philosophiae*, *Disticha* Catonis etc. Videsis *Ephemerid. Litterarias Neapolit.* Tom. II. pag. 161. Quod falsum quam sit, ii profecto noscent, qui utriusque collationem fecerint. Nam praeterquamquod Codex noster Planudis aetatem uno fere saeculo antecedit, illud est praeterea animadvertendum, quod si Planudes Phaedri fabulas Graecas fecisset, aut omnes in Planudea collectio-

γῆς με πίσεις. Ὁ δὲ, εἰπέτωκα ὕδωρ, προσ-
εἶπεν αὐτῷ· τίς γὰρ μητρός με τὸ γάλα, ἢ
τροφὴ με, καὶ τὸ πόμα με. Ὁ δὲ συλλαβῶν καὶ
φαγῶν τῷτον, εἶπεν· ἀλλ' ἐγὼ τέως ἀδειπνος εἰ με-
νῶ, εἰ καὶ σὺ ἀφορμὴν ἐμὴν πᾶσαν λύεις.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι γνώμην κακούργου
καὶ πλεονέκτου λόγος οὐ πείθει, καὶν ἀλη-
θείης τυγχάνη. Ἡ, ὅτι οἷς πρόθεσίς ἐστιν ἀδι-
κεῖν, παρ' αὐτοῖς οὐδὲ δικαία ἀπολογία ἰσ-
χύει.

Μῦθος ρβ'. Λύκος καὶ Γέρανος.

Λύκος καταπιῶν ὄσεν, περιήει ζητῶν τὸν ἰώ-
μενον. Περιτυχῶν δὲ γεράνω, τοῦτον παρεκά-
λει ἐπὶ μιδῶ τὸ ὄσεν ἐξελεῖν. Κάκεϊνος κατα-
θεῖς τὴν ἑαυτῷ κεφαλὴν εἰς τὸν φάρυγγα αὐτῷ,
τὸ ὄσεν ἐξέσπασε, καὶ τὸν ὁμολογηθέντα μι-
δὸν ἀπήγει. Γελάσας ἔν ὁ λύκος καὶ τὸς ὀδόν-
τας θήξας, ἀρχεῖ σοι, εἶπεν, ἀντὶ μιδῶ τῷτο καὶ
μόνον, ὅτι ἐκ λύκε σώματος καὶ ὀδόντων ἐξηξας
κάραν σώων μηδὲν παθεῖσαν.

Ὁ μῦθος δηλοῖ ἄνδρας δολίους, οἵτινες
ἐκ κινδύνων διασωθέντες, τοῦτο παρέχουσι τοῖς
εὐεργέταις ἀντὶ χάριτος, τὸ μὴ βλάψαι αὐ-
τούς.

ne aut similes saltem haberemus ; qui enim aliquid
vertit, semper archetypum sequi debet. Verum nec
omnia Planudear. fabularum argumenta cum Phaedri

te bibis; et ille, Nondum aquam bibi, respondit; lac enim matris meae cibum mihi praebet et potum. Sed Lupus eum arripiens, ac iam voraturus, Haud ego, inquit, diutius impastus manebo, etsi meas omnes rationes eludas.

Fabula declarat, verba, quamvis vera sint, improbi tamen atque violenti mentem non flectere; quibus autem iniuste agere propositum est, apud illos nec iusta defensio locum habet.

Fab. CII. Lupus et Grus.

Lupus ossum quum deglutisset, medicum quaerens circumibat. Gruem itaque forte nactus, hunc, ut ossum sibi extraheret, pacta mercede rogavit. Ille igitur in eius gutture caput inserens, ossum extrahit, pactamque mercedem expostulat. Sed Lupus ridens, ac dentes acuens, Satis tibi pro mercede vel hoc unum sit, inquit, quod ex ore ac dentibus Lupi, sanum atque incolume caput reduxeris.

Dolosos homines haec fabula ostendit, qui e periculis erepti, eam tantum sospitatoribus suis gratiam rependunt, nullum iis detrimentum adferre.

fabb. conveniunt, nec omnes Phaedri fabb. in Planud. Collectione, quam hactenus habuimus, reperiuntur.

1. Vide quae supra ad Fab. XCIV. adnotavimus.

Μῦθος ργ'. Λύκος καὶ Αἴξ.

Λύκος θεασάμενος αἶγα ἐπὶ τινος κρημνοῦ νεμομένην, ἐπειδὴ οὐκ ἐδύνατο αὐτῆς ἀφικέσθαι, παρήνει κατωτέρω καταβῆναι, μή πως πέση λαθοῦσα, ¹ λέγων, καὶ λειμῶνες, καὶ πόα παρ' αὐτῷ σφοδρότατη. Ἡ δὲ πρὸς αὐτὸν ἔφη· ἀλλ' οὐκ ἐμὲ ἐπὶ νομὴν καλεῖς, ἀλλὰ τροφῆς ἀπορεῖς.

Οὕτω καὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ πονηροὶ, ὅταν παρὰ τοῖς εἰδόσι πονηρέυονται, ² ἀνόνητοι τεχνασμάτων γίνονται.

Μῦθος ρδ'. Λύκος καὶ Γραῦς.

Λύκος λιμώτων, περιήει ζητῶν ἑαυτῷ τροφήν. Γενόμενος δὲ κατὰ τινὰ τόπον, ἤκουσε παιδίου κλαυθμυρίζοντος, καὶ γραὸς ἀπειλημένης, καὶ λεγέσης αὐτῷ, παῦσαι τῷ κλαίειν, μήπως τῇ ὥρᾳ ταύτῃ ³ ἐπιδώσω σε τῷ λύκῳ· οἰόμενος δὲ ὁ λύκος, ὅτι ἀληθέυει ἡ γραῦς, ἴσατο ἐπὶ πολλὴν ὥραν ἐκδεχόμενος. Ὡς δὲ ἑσπέρα κατέλαβεν, ἀκείει πάλιν τῆς γραὸς κο-

1. λέγων, καὶ λειμῶνες. De veritate huius lectionis valde dubito, et aliquid scriptoris incuria intercidiisse puto; ita enim quodammodo procedere deberet sermo: λέγων, ὡς ἔσι καὶ λειμῶνες etc.

2. ἀνόνητοι τεχνασμάτων. Male Neveletus ex Palatinis

Fab. CIII. Lupus et Capra.

Lupus in rupe quadam pascentem Capram conspicatus, quum ad eam accedere non posset, eam, ut inferius descenderet, ne imprudens caderet, hortabatur, apud se mollia prata, ac herbae quamplurimum esse praedicans. Ei vero Capra respondit, Amice, non me ad pascua vocas, sed ipse cibi indiges.

Ita quoque pravorum hominum fraudes, dum improbitatem suam apud scientes exercere conantur, irritae sunt.

Fab. CIV. Lupus et Vetula.

Lupus esuriens, cibum sibi quaeritans circumibat. Quum itaque ad locum quemdam devenisset, vagientem puerum, Vetulamque ita ei minitantem audivit; Desine flere, puer, ne eadem hac hora te Lupo tradam. Existimans Lupus Vetulam vera loqui, diu illic expectans est commoratus. At quum vesper advenisset, audivit eandem Vetulam blandientem puero, at-

membranis, in quibus etiam haec fabula legitur, edidit, fab. 234. ἀνόητοι τῶν τεχνασμάτων, quae quidem lectio ipsi etiam suspecta erat, sed tamen corrigere unico v adscito non ausus est.

3. ἐπιδώσω. Scribendum erat ἐπιδώξω.

λακευέσης τὸ παιδίον, καὶ λεγέσης αὐτῷ· εἰάν
ἔλθῃ ἐνταῦθα ὁ λύκος, ὃ τέκνον, ¹ φονεύ-
σομεν αὐτόν. Τέτων ἀκέσας ὁ λύκος, ὡς οὐδὲν
τοῖς λόγοις ἀκόλεθον ἦν, ἀπιλλάττετο λέγων·
ἐν ταύτῃ τῇ ἐπαύλει ἄλλα μὲν λέγουσιν, ἄλλα
δὲ ποιῶσιν.

Ὁ μῦθος ἔπος δηλοῖ τὰς ἀνθρώπους, οἵτινες
τὰ ἔργα ἐκ ἔχουσι κατὰ τὰς λόγους.

Μῦθος ρε'. Λύκος καὶ Ποιμὴν.

Λύκος ἀκολεθῶν ποιμνῆ προβάτων, εἰδὲν ἠδί-
κει. Ὁ δὲ ποιμὴν κατ' ἀρχὰς μὲν ἐφυλάττετο
αὐτόν ὡς πολέμιον, καὶ δεδοικῶς παρεπιρρεῖτο.
Ἐπεὶ δὲ συνεχῶς ἐκεῖνος παρεπόμενος ² εἰδὲ ἀρ-
πάξεν ἐπιχείρει, τοτηνικαῦτα νοήσας φύλακα
μᾶλλον αὐτόν εἶναι ἢ ἐπίβρονον, ἐπεὶ δὲ χρεῖα
τις αὐτόν κατέλαβεν εἰς ἄστῳ παραγενέσθαι,
καταλιπὼν παρ' αὐτῷ τὰ πρόβατα, ἀπιλλάγη.
Καὶ ὡς καιρὸν εἶχεν, ὑπολαβὼν τὰ πλείω διέ-
φθειρεν. Ὁ δὲ ποιμὴν ἐπανελθὼν, καὶ θεασά-
μενος τὴν ποιμνὴν διεφθαρμένην, ἔφη· ἀλλ'
ἐγὼ δίκαια πέπονθα, ³ τί γὰρ λύκῳ πρόβατα
ἐπίσειον;

1. φονεύσομεν. Perperam scriptum est in Codice, ἵνα
φονεύσωμεν, quod sane cum reliquis verbis non conve-
nit, nisi quid librarii errore periisse credamus. Ceterum
Planudes etiam fab. CXXXVIII. quae eiusdem est argum.
habet: εἰάν ἔλθῃ ὁ λύκος δεῦρο, φονεύσομεν, ὃ τέκνον, αὐτόν.

que ita dicentem , Si huc Lupus accesserit , fili , eum profecto interficiemus . His Lupus auditis , ubi nihil Vetulae verbis respondere intellexit , inde recessit aiens ; Hac in domo alia dicunt , alia faciunt .

Eos homines haec fabula innuit , quorum facta minime verbis respondent .

Fab. CV. Lupus et Pastor .

Lupus ovium gregem sequens , nullum iis damnnum inferebat . Pastor itaque primo quidem ab eo , tamquam ab hoste , sibi cavebat , metuensque illum attente observabat . Deinde vero , licet continuo sequeretur , quum nihil unquam rapere aggressus esset , tunc Pastor eum custodem potius , quam insidiatorem esse ratus , postquam necessitate quadam se in urbem conferre adactus est , relictis ei ovibus discessit . Tum Lupus occasione arrepta , maiorem gregis partem devoravit . Reversus inde Pastor , gregisque cladem cernens , Ego quidem digna patior , inquit ; quid enim Lupo oves credidi ?

2. εἰδέναι : mallet εἰδέναι , ut et paullo inferius εἰπαδέναι .

3. τί γὰρ λύκῳ πρόβατα ἐπίσσευον ; Lupus et pecudes genuino quodam odio dissident , de quo Plinius agit Lib. X. cap. 74. et Horat. expressit his versibus Epod. IV.

Οὕτως καὶ τῶν ἀνθρώπων, ¹ οἱ τοῖς φιλαργύροις, ἀπώλεια γενήσεται.

Μῦθος ρσ'. Λέαινα, καὶ Ἀλώπηξ.

Λέαινα ὄνειδιζομένη ὑπὸ ἀλώπεκος, ἐπὶ τὸ διαπαντός τοῦ χρόνου ² ἕνα τίκειν, ἔφη, ἀλλὰ λέοντα.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι τὸ καλὸν ἐκ ἐν πλήθει, ³ ἀλλ' ἐν ἀρετῇ.

Μῦθος ρζ'. Λύκος καὶ Ἀρνίον.

⁴ Λύκος ἀρνίον ἐδίωκε· τὸ δὲ εἰς τὸ ἱερόν κατέφυγε. Προσκαλουμένου δὲ αὐτὸ τοῦ λύκου,

*Lupis et agnis quanta sortito obtigit,
Tecum mihi discordia est.*

Hinc de re alicui male credita adagium illud Latini usurpabant, „Ovem lupo commisisti“, Terent. in Eunucho. Ac Tullius Philippica 3. O praeclarum custodem ovium, ut aiunt, lupum! Custosne urbis, an direptor et vexator esset Antonius?

1. οἱ τοῖς φιλαργύροις. Nonnulla in hoc Epimythio verba desunt. Quis non videt enim, post φιλαργύροις apponi debere πισεύεσσι, aut quid simile?

2. ἕνα τίκειν. Si adhibenda fides Herodoto, hanc ipse rationem reddit Lib. III. Ἡ μὲν λέαινα ἄν ἰσχυρότατον, καὶ θρασύτατον ἄπαξ ἐν τῷ βίῳ τίκει ἕνα· τίκεσα γὰρ συνεβάλλει τῷ πέκνῳ τὰς μήτρας. Herodoto vero, et vulgatae opinioni dissentit Aristot. Lib. VI. cap. 31. *Histor. Animal.* alique veteres, quorum sententiam sequitur Orpianus, dum de Leaena ait, *de Venat.* III. 57. et seqq.

Ita quoque , qui avaris sua committunt , cuncta perdunt .

Fab. CVI. Leaena et Vulpes .

Increpata a Vulpe Leaena , quod unicum tantum omni aetatis suae tempore filium pareret , Sed Leonem pario , respondit .

Fabula declarat , quod pulcrum non in multitudine , sed in virtute consistit .

Fab. CVII. Lupus et Agnus .

Lupus Agnum insequebatur ; is vero in templum confugit . Porro quum Lupus evocaret ,

Βάξις ἄρ' ἀτρεκέως ἀνεμώλιος ὡς ἕνα τίκει .

Πέντε φέρει πρῶτισον · ἀπὲρ πίσυρας μετέπειτα

᾽Ωδίει σκύμνος , κατὰ θ' ἐξείης ὑπένερθεν ·

Νηδύος ἐκ τριπάτης τρεῖς ἔκθορον · ἐκ δὲ πεπείρης

᾽Αμφίδυμοι πῶδες · πύματον δ' ἕνα γέινωτο μήτηρ

Γαστρὸς ἀριστοπόκοιο κλυτὸν βασιλέα λέοντα .

Idem et Phile cap. 34.

3. ἀλλ' ἐν ἀρετῇ . Virtus et animi excellentia spectanda est , non vilis numerus . Vide Coelium Rhodiginum , qui in *Antiq. Lect.* adagium hoc refert : μόνον , ἀλλὰ λέοντα .

4. λύκος ἀρνίον . Similem Apologum Avienus refert : num. 42. Verum infelix adeo Aesopicae fabellae imitator fuit , ut , *quis tam ferreus ut teneat se* , dum de Lupo hoedum insequente ait :

Impius hunc raptor , mediamque sequutus in urbem ,

Tentat compositis sollicitare dolis : etc.

καὶ λέγοντος, ὅτι θυσιάσει αὐτὸ ὁ ἱερεὺς, εἰ καταλάβῃ, τῷ Θεῷ ἐκείνῳ, ἔφη· ἀλλ' αἰρετώτερόν μοί ἐστι Θεῶ θυσία γενέσθαι, ἢ ὑπὸ σοῦ διαφθαρεῖναι.

Ὅλως δηλοῖ, ὅτι οἷς ἐπίκειται τὸ ἀποθανεῖν, κρείττων ἐστὶν ὁ μετὰ δόξης θάνατος.

Μῦθος ρή. Λαγωοί, καὶ Ἀλώπεκες.

Ἰ Λαγωοί ποτε πολεμοῦντες ἀετοῖς, παρεκάλουν εἰς συμμαχίαν ἀλώπεκας. Αἱ δὲ ἔφασαν· ἐβοηθήσαμεν ἂν ὑμῖν, εἰ μὴ εἴδειμέν τινες ἦτε, καὶ τισι πολεμεῖτε.

Ὁ μῦθος τοῦτο δηλοῖ, ὅτι οἱ φιλονεικοῦντες τοῖς κρείττοσι, τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας καταφρονεῖσι.

Μῦθος ρθ'. Λέων, ὄνος, καὶ Ἀλώπηξ.

Ἰ Λέων, καὶ ὄνος, καὶ ἀλώπηξ¹, κοινωνίαν πρὸς ἀλλήλους ποιησάμενοι, ἐξῆλθον πρὸς ἄγρην.

1. Λαγωοί ποτε. Haec fabula cum ea, quae in Collectione Planud. refertur num. 107. adeo concordat, ut nullum ne in verbis quidem discrimen exhibeat. Hinc conici posset, Planudem non a Babrii iambis, ut Neveletus, aliique putarunt, suas fabellas compilasse, sed a communi aliquo, nec tunc ignoto fonte eduxisse. Vide quae in Prolegom. adnotavimus.

aiens, quod si sacerdos eum caperet, statim templi illius Numini sacrificaret, Optatius est mihi, respondit Agnus, Dei victima esse, quam a te dilacerari.

Haec omnino declarant, iis quibus mori statutum est, magis decorum esse cum gloria mori.

Fab. CVIII. Lepores, et Vulpes.

Lepores olim cum Aquilis bellum gerentes, in auxilium Vulpes vocarunt. Hae vero hoc illis responsum dedere, Vobis quidem suppetias ferremus, nisi qui vos, et cum quibus sit decertandum nosceremus.

Fabula docet, eos qui cum potentioribus contendere cupiunt, propriam salutem omnino contemnere.

Fab. CIX. Leo, Asinus, et Vulpes.

Leo, Asinus, et Vulpes societate simul inita, in venationem egressi sunt. Multam itaque prae-

2. κοινωνίαν πρὸς ἀλλήλους. Profecto quod in Pandectis de leonina societate dicitur, ab hoc Aesopi apologo processit. In iis enim ex Ulpiano refert Aristo, Cassium respondisse, societatem talem coiri non posse, ut alter lucrum tantum, alter damnum sentiret; et hanc societatem, leoninam solitum appellare. Vide Lib. 29. Si non fuerint § Aristo. ff. pro socio. Ceterum

Πολλὴν ἐν Θήρῳ συλλαβόντες, ἤλθον εἰς τὸ φαγεῖν. Προσέταξε γὰρ τῷ ὄνῳ ὁ λέων διελθεῖν αὐτήν. Τοῦ δὲ τρεῖς μοίρας ἐξ ἴσου ποιήσαντος, καὶ ἐκλέξασθαι παραινοῦντος αὐτούς, ὁ λέων ἀγανακτήσας, κατεδοινήσατο τὸν ὄνον· εἶτα προσέταξε τῇ ἀλώπεκι μοιράσαι. Ἡ δὲ ἅπαντα εἰς μίαν μερίδα ἑσυνῆξε, καταλιπούσα μικρὰν, καὶ οὐδαμινὴν μερίδα ἑαυτῇ. Ὁ δὲ λέων ἔφη· ὦ φίλη, τίς σε ἔτιωσ διανέμειν ἐδίδαξεν; ἡ δὲ ἀλώπηξ ἔφη· ἡ τοῦ ὄνου συμφορά.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι σωφρονισμοὶ τοῖς ἀνθρώποις γίνονται τὰ πῶν πέλας δυσυχήματα.

Μῦθος ρί. Λέων καὶ Γεωργός.

Ὁ Λέων ἐρασθεὶς θυγατρὸς γεωργῶ, ταύτῃ μνηστειοθῆναι ἐβέλετο. Ἐπέκειτο ἐν ἐκβιάζων τὸν πατέρα αὐτῆς· ὁ δὲ πατὴρ αὐτῆς ἔλεγε μὴ ἐκδῆναι θυγατρὴν τὴν ἑαυτῷ θυγατέρα· ὁ λέων οὖν ἠπέλει αὐτῷ· ὁ δὲ μὴ δυνάμενος διὰ τὸν φόβον ἀναβάλλεσθαι, ἐπενόησεν ἐμφρόνως, καὶ φησι πρὸς τὸν λέοντα· εἰ δύναμαί σοι δῆναι τὴν ἐμὴν

huic valde similem apologum narrat Pierius, Lib. I. Hierogl. quando scilicet Ptolemaeus Rex Aegypti aliquot talentorum millia collegit, et ad Alexandrum deferri curavit: quem vide, si vacat.

(1. συνῆξε. Rectius συνῆχε. Crediderim tamen sequioribus graecae linguae temporibus anomala verba per-

dam quum cepissent, omnes demum, ut comederent, convenere. Tum Leo Asino iubet, ut praedam dividat: qui tres partes aequales quum fecisset, atque simul moneret, ut quisque, quam vellet, eligeret, Leo indignatus Asinum extemplo devoravit, ac deinde Vulpi, ut ipsa divideret, imperavit. Ea vero cuncta in unum collegit, sibi que minimam, vilioremque praedae partem reservavit. Cui Leo, Quisnam te, amica, ait, tam egregie partiri docuit? Infortunium Asini, Vulpes respondit.

Fabula docet, ceterorum infortunia hominibus esse documenta.

Fab. CX. Leo et Agricola.

Leo Agricolae cuiusdam filiae amore correptus, eam uxorem ducere cupiebat. Patrem itaque, ut illam sibi concedere vellet enixe rogavit. Is vero filiam suam immani belluae tradere omnino recusabat: quapropter Leo ferociter minitabatur. Pater metu percussus, quum ipsum a se abigere non posset, callido consilio

inde ac regularia inflexa fuisse.

2. Λέων ἐραδείς. Fabulam hanc ex Palatinis Codd. edidit Neveletus num. 225., sed in eiusdem Epimythio, quod nostro prolixius habetur, vix unica sine mendo vox est. Vides Codicis Florentini praestantiam.

θυγατέρα· εἴαν μὴ τὰς ὀδόντας, καὶ τὰς ὄνυχάς
σε ἐκτίλλῃς, ταῦτα γὰρ ἡ κόρη δέδοικεν, εἰδαμῶς
σοι ταύτην παρέξω. Ὁ δὲ εὐθέως διὰ τὸν ἔρωτα,
ἐκάτερα ῥαδίως ἐξέβαλε, καὶ ἀπελθὼν κατὰ τὸ
σύνηθες, ἐζήτει τὴν κόρην· ὁ δὲ γεωργὸς κατα-
φρονήσας αὐτῆ, ῥοπάλοις αὐτὸν ἐδίωξεν.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οἱ τοῖς ἐχθροῖς ἑαυτὰς
καταπισεύοντες, εὐάλωτοι τέτοις γίνονται.

Μῦθος ριά. Λύκος καὶ ὄνος.

Λύκος τῶν λοιπῶν λύκων¹ ἐκτραπηγῆσας, πᾶ-
σιν ἔταξε νόμον αὐτοῖς προτείνας, ἵνα τις αὐ-
τῶν τιποτῆν κυνηγῆσας, εἰς μέσον ἀγάγῃ, καὶ
μοιράσῃ τοῖς πᾶσι. Τέτων ἔν ὄνος ἀκηκοὼς,
τὴν χαίτην ἔσεισε, καὶ γελῶν ταῦτα ἔφη· καλὸν
εἴρηκας, ὦ πρόταρχε τῶν λύκων, ἀλλὰ πῶς
σὺ χθρὸς ἦν ἐκράτησας ἄγραν, κοίτην παρέθου
τῇ ἰδίᾳ λαθραίως εἰς τροφὴν σὴν;² κόμισον ταύ-
την μερισθῆναι τοῖς πᾶσιν· ὁ δὲ θαμβηθεὶς,
κατέλυσε τὰς νόμους.

1. ἐκτραπηγῆσας. Mallem simpliciter τραπηγῆσας, ut
habet etiam fabula 239. Collect. Neveleti, quae fere
cum nostra concordat, licet vitiis ac mendis quam
plurimum scateat.

usus, ita Leonem alloquitur: Filiam tibi meam tradere non possum, Leo, nisi prius tibi dentes et ungues evellas, quos puella summo-
pere exhorret. Ita ni gesseris, eam tibi nequaquam concedam. Ille amore deperiens, iussa alacriter ac prompte exsequitur, posteaque reversus, puellam poscit. Sed Agricola eum despiciens, fustibus percussus a se longe reiecit.

Fabula demonstrat, eos qui se hostibus credunt, ab iisdem facile profligari.

Fab. CXI. Lupus et Asinus.

Lupus quidam, qui Lupis ceteris imperabat, legem olim tulit, ut praedam, quam unusquisque caperet, in medium conferret, et ceteris impertiretur. Asinus his auditis, iubam quatiens, atque subridens, Egregie quidem, ait, o Luporum imperator, pronunciasti; sed praedam, quam tu heri cepisti, quinam tuo in cubili, ut ea solus vesci posses, clanculum reposuisti? Agendum, adfer huc illam, ut ceteris dividatur. Ad haec Lupus stupore percussus, legem protinus abrogavit.

2. κόμιστον πούτην. Laudo Aselli callidum atque acre ingenium, ita ut modo subirascar illud, ó ἄνος πρὸς τὴν λύραν.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οἱ τοὺς νόμους οὐρίζων
δοκῶντες, ἐν οἷς ἂν οὐρίζωσι, καὶ δικάζωσιν,
ἐκ ἐμμένεσι.

Μῦθος εἰβ'. Λάρος καὶ Ἰκτιῖνος.

Λάρος ἰχθυὸν καταπιῶν, διερράγη αὐτῷ τὸν
φάρυγγα, καὶ ἐπὶ τῆς νηὸς ὡς νεκρὸς ἔκειτο.
Ἰκτιῖνος δὲ αὐτὸν θεασάμενος ἔφη· ἄξιά γε σὺ
πέπονθας, ὅτι πτηνὸς γεννηθεὶς, ἐπὶ θαλάσ-
σης τὴν δίαιταν ἐποίησ.

“Οὕτως οἱ τὰ οἰκεῖα ἐπιτηδεύματα λιπόντες,
καὶ τοῖς μὴ προσήκουσιν ἐπιβάλλοντες, εἰκότως
δυσυχῶσι.

Μῦθος εἰγ'. Μάντις.

Μάντις ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς καθιζόμενος, ἠργυ-
ρολόγει. Ἐλθόντος δὲ τινος αἰφνίδιον πρὸς αὐ-
τὸν, καὶ ἀπαγγείλαντος, ὡς τῆς οἰκίας αὐτῷ αἰ-
θύραι ἀναπεπτασμένα εἰσὶ, καὶ πάντα τὰ ἐν-

1. ἐκ ἐμμένουσι. Recte Anacharsis leges araneorum
telis comparare solebat: illis enim si quid leve et
imbecillum inciderit, involvitur ab eis, atque con-
tegitur; si quid maius aut gravius, statim per-
puntur ac pereunt. Vide Plutarchum et Laertium in
Solone.

2. Λάρος. Larus, avis, quem alii *Gaviam*, alii *Fulicam*,
nonnulli *Mergum* latine reddunt, ita appella-
tur, quasi λέλος, idest *loquax*, a voce nimirum, quam

Fabula demonstrat, quod qui leges definire videntur, ea quae definivere, atque iudicare, ipsi plerumque minime observant.

Fab. CXII. Larus et Milvus.

Larus quum piscem deglutisset, disrupto gutture, supra navem semianimis iacebat. Hunc autem quum Milvus vidisset, Digna sane tulisti, ait, quod volucris natus quum sis, supra mare vitam traducis.

Ita quoque qui patrios mores deserunt, et, quae minime ad se pertinent, aggrediuntur, merito infelicitatibus obnoxii sunt.

Fab. CXIII. Hariolus.

Hariolus in foro sedens, pecuniae colligendae causa sermones varios serebat. Quidam autem quum ex improvise venisset, eique nunciasset, quod domus suae fores apertae erant, continue semperque reiterat; quapropter in tutelam Mercurii adscribitur. Piscibus ut plurimum vescitur, eosque tam in mari, quam in stagnis, ac fluminibus persequitur. Vnde auctor libri *Aurora* inscripti, hosce de Laro versus edidit.

Fluminis est Larus habitator, et incola terrae,

Nunc natat ut piscis, nunc volat instar avis.

Aldrovand. de *Avibus* Tom. III. p. 62. Plurimas eiusdem species vide, si libet, apud eundem loc. cit.

δον ἐκφορημένα, ἐκτεραχθεῖς ἀνεπήδησε, καὶ στενάξας ἀπῆει δρομαῖος, τὸ γεγοιὸς ὀφόμενος. Τῶν δὲ παρατυχόντων, καὶ θεασαμένων τις εἶπεν· ὦ ἔπος, ὁ τὰ ἀλλότρια πράγματα προειδέναι ἐπαγγελλόμενος, ἑαυτοῦ οὐ προειμαντεύου;

Τέτρω τῷ λόγῳ χρήσαιτο ἄν τις πρὸς ἐκείνας τὰς ἀνθρώπους, οἵτινες τὸν ἑαυτῶν βίον φαύλως διοικῶντες, τῶν μηδὲν προσηκόντων προνοῆσαι πειρῶνται.

Μῦθος ριδ'. Μέλισσα καὶ Ζεὺς.

Μέλισσα πάλαι μήτηρ κηρίων ἔσα, ἀνελήλυθεν εἰς θεὰς θυμιάσαι, προσαγαγῆσα ἐκ μέλιτος τὸ δῶρον. Τερφθεῖς δὲ ὁ Ζεὺς τῇ προσφορᾷ τῆς μελίσσης, σιωπάζατο αὐτῇ δῆναι, ὃ ἂν αἰτήσῃ· ἢ δὲ πρὸς αὐτὸν ἐδέετο βοῶσα· ὦ θεὲ λαμπρὲ, καὶ κτιστὰ ἐμῆ τῆς μελίσσης, ἐπίδος κέντρον τῇ σῇ θεραπαινίδι, ἵνα, ἐάν τις τῷ ὄικῳ με πλησιάσῃ τῷ ἄραι μέλι, αὐτὸν ἐγὼ φονεύω. Ἀπειρηκῶς δὲ ὁ Ζεὺς πρὸς τὰς αἰτήσεις, ἐπεὶ ἐφίλει τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος πάνυ, ἔφησε τῇ μελίσσηι τοιάδε· ἔχ ὡς ἤπυσας οὕτως γενήσεται σοι, ἀλλ' ἐάν τις ἤκη λαβεῖν ἀπὸ σῆς μέλι, σὺ δὲ προσκρέσῃς αὐτῷ καὶ πλήξῃς, αὐτὴ μᾶλλον τε-

1. Manca atque omnino foedata est haec fabula in Collectione Neveleti num. 244. ex quo colligitur Palatinos Codices, ex quibus eam primus hausit, corruptissimos

suaque omnia surrepta, conturbatus extemplo e pulpito desiluit, rapidoque cursu, quid gestum esset inspecturus, properabat. Quidam autem ex iis qui aderant, atque spectabant, Heus tu, ait, qui aliena praescire nunciabas, ne tua quidem praevidebas?

Hac fabula adversus eos homines uti possumus, qui res suas prave administrantes, iis, quae nihil ad se pertinent, providere conantur.

Fab. CXIV. Apis et Iuppiter.

Apis, quae mel efficit, ad Deos olim accessit mellis donum ferens, ut illis suffimen faceret. Iuppiter itaque Apis munere delectatus, ei, quaecumque peteret, se concessurum promisit. Apis igitur his eum orare coepit: O Deus inclyte, meique creator, aculeum quaeso tuae ancillae concede, ut si quis unquam, mellis rapiendi causa, ad alveare accesserit, eum protinus interficiam. Sed Iuppiter huiusmodi preces minime excipiens, quoniam humanum genus summo-pere amabat, ita demum Api respondit: Nequaquam tibi, quae postulasti, concedam; verum potius si quis unquam, ut mel a te sumat, accesserit, tuque eum aggredi ac pungere ausa esse. Hinc vide quanto in precio Casinensis Codex sit habendus, qui emendatissimam servavit.

Θνήξῃ, ἐκβληθέντος σε τῷ κέντρῳ· ¹ ζωὴ γὰρ ἐν σοὶ ὑπάρχει τὸ κέντρον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ἐν ταῖς εὐχαῖς καὶ ταῖς δειήσεσιν, εἰ δεῖ κατὰ τῶν ἐχθρῶν τι ἐξαιτεῖσθαι κακόν· ὁ γὰρ ἂν κακὸν κατ' αὐτῶν ἐξαιτήσῃς, ² ἀνθυποστρέψει ἐπὶ σὲ παραυτίκα.

Μῦθος ριέ. Μῦες καὶ Γαλαῖ.

Μυσὶ καὶ γαλαῖς πόλεμος ἦν· αἰεὶ δὲ οἱ μῦες ἠττώμενοι, ἐπειδὴ σωῆλθον εἰς ταῦτόν, ὑπέλαβον ὅτι διὰ ἀναρχίαν τῆτο πάσχεσιν· ὅθεν ἐπιλεξάμενοι ἑαυτῶν τινὰς, ³ στρατηγὰς ἐχειροτόνησαν· οἱ δὲ βελόμενοι ἐπισημότεροι τῶν ἄλλων εἶναι, ⁴ κέρατα σκευάσαντες ἑαυτοῖς σωῆσαν· ἐνστάσης δὲ τῆς μάχης, σωέβη πάντας τοὺς μῦας ἠττηθῆναι· οἱ μὲν ἔν ἄλλοι

1. ζωὴ γὰρ ἐν σοὶ. Aristoteles quoque tradidit, Lib. III. *Hist. Anim.* cap. 12. et vulgo etiam fertur, Apes, vel quum penna avulsa est, vel detractus aculeus, mori, idque vel ab aliquo, vel si ipse aliquem percusserit, aut pupugerit, quod Nicander quoque meminit, cum ait, *Theriac.* v. 809.

Κέντρον γὰρ πληγῇ περικάλλιπεν ἐμμαπέσσα,

Κέντρον δὴ ζωὴν τε φέρει, θάνατόν τε μελίσσης.

Rationem autem mortis ferunt, Plinius Lib. XI. c. 17. aliique, quod natura aculeum intestino annexerit, ut nisi diffracto eo evelli possit. Si placet observa.

2. ἀνθυποστρέψει. Aurea vere sunt, ac maxime perpendenda, quae Hesiodus in *Ἔργ. καὶ Ἡμέρ.* v. 265. ait

Οἱ αὐτῶ κακὰ πύχει ἀνήξ ἄλλῳ κακὰ πύχων.

fueris, ipsa protinus aculeo in vulnere amisso peribis; tua enim vita omnis in illo consistit.

Docet haec fabula, non debere nos mala inimicis votis ac orationibus deprecari; quidquid enim adversi in illos petierimus, contra nos protinus invertetur.

Fab. CXV. Mures et Feles.

Bellum inter Mures et Feles ardebat. Porro Mures semper devicti, quum in unum demum convenissent, haec sibi ob Regis defectum evenire iudicarunt. Nonnullos itaque suis ex copiis delectos sibi duces constituere: qui quum ceteris insigniores esse vellent, cornua quaedam suis capitibus imposuere. Praelio interim ingruente, in eo etiam mures universos profligari facile

Ἡ δὲ κακὴ βελὴ τῷ βελέυσαντι κακίση.

3. στρατηγὸς ἐχαροτόνησαν. Eodem consilio Tyroclopus quoque utitur apud murium regem Creillum, in elegantissimo illo incerti auctoris Dramate, Γαλεωμουμαχία inscripto: ipse enim dum mures ad capessendam cum felibus pugnam adhortatur, ait,

Ἡ καὶ στρατηγὸς στρατηγῶν ἐιργακότες,
Καὶ ταξιάρχας, καὶ λοχαγὸς, ὡς θέμις,
Λογχηφόρους τε, καὶ κραταιὸς ὀπλίτας,
Ἄντεξίωμεν εἰς μόθον τεταγμένοι.

4. κέρατα σκευάσαντες. Galeis huiusmodi gravissimis instructi murium duces, haud mirum si in praelio cecidere. Leviores tribuit Homerus in *Batrachom.* aiens

Ἡ δὲ κόρυς τὸ λέπυρον ἐπὶ κροτάφοισι καρύου.

πάντες ραδίως εἰσέδωον, οἱ δὲ στρατηγοὶ μὴ
δυναμένοι εἰσελθεῖν ἵδιὰ τὰ κέρατα αὐτῶν, συλ-
λαμβανόμενοι κατηδίοντο.

Οὕτω πολλοῖς ἡ κενοδοξία κακῶν αἰτία γί-
νεται.

Μῦθος ρισ'. Μύρμηξ.

Μύρμηξ ὁ νῦν, ² τὸ πάλαι ἄνθρωπος ἦν·
καὶ τῇ γεωργίᾳ προσέχων, τοῖς ἰδίοις πόνοις
ἐκ ἠρκεῖτο, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀλλοτρίων ἐφορμῶν
διετέλει, τὸς τῶν γειτόνων καρπὸς ἀφαιρέμενος·
Ὁ δὲ Ζεὺς ἀγανακτήσας κατὰ τῆς πλεονεξίας
αὐτῷ, μετεμόρφωσεν αὐτὸν εἰς τοῦτο τὸ ζῶον,
ὃ καλεῖται μύρμηξ. Ὁ δὲ τὴν μορφήν ἀλλά-
ξας, τὴν διάθεσιν ἔμετεβάλλετο. Μέχρι γὰρ
νῦν κατὰ τὰς ἀρχὰς περιϊῶν, τὸς πόνας τῶν ἄλ-
λων συλλέγει, ³ καὶ ἑαυτῷ ἀποθησαυρίζει.

1. διὰ τὰ κέρατα. Phaedrus quoque, qui ex hac Fa-
bulam suam de murium et mustellarum pugna finxit,
idem narrat, aiens Lib. IV. 6.

*Duces eorum, qui capitibus cornua
Suis ligarant, ut conspicuum in praelio
Haberent signum etc.*

Ceterum non murium tantum respectu cornua eorum
duces gestare in hoc Apologo fingitur, sed revera ali-
quando veteres his usos ad terrorem hostibus incu-
tiendum, colligitur ex Plutarcho in Pyrrho, qui ἐγνώθη
τῷ τε λόφῳ διαπρέποντι, καὶ πῶς τρανικοῖς κέρασιν. Item

contigit. Sed tamen, ceteri quidem haud aegre suis in latibulis se recepere; duces vero, ob cornua quae sibi imposuerant, quum ingredi eo nequirent, capti ab hostibus ac devorati fuerunt.

Ita quoque inanis gloriae studium permultis causa malorum est.

Fab. CXVI. Formica.

Quae nunc est formica, olim homo fuit, qui in agrorum culturam incumbens, propriis laboribus contentus non erat, sed aliena quoque appetens, vicinorum fructus surripiebat. Iuppiter itaque de ipsius avaritia indignatus, illum in hoc animal, quod formica dicitur, transformavit. Is vero quamvis forma conversa, animi tamen adfectum non commutavit: adhuc enim arva pererrans, aliorum fructus colligit, sibi que recondit.

Silius Lib. XV. v. 682. de *Nabide* ait:

Casside cornigera dependens infula etc.

His adde, quae ex veterum monumentis congegit Bartholinus de *Vnicornu* cap. 1.

2. τὸ πάλαι ἄνθρωπος ἦν. Nempe agricola. Ceterum nihil hac fabella melius fingi aut excogitari poterat, ad pessimos agricolarum mores exprimendos.

3. καὶ ἑαυτῷ ἀποθνησκαυρίζει. Egregie formicarum in conquirendo cibo studium Horatius descripsit his versibus *Sat. I. Lib. I. v. 33. et seqq.*

sicut

“Ολως δηλοῖ, ὅτι οἱ φύσει πονηροὶ, καὶ τὰ μά-
λιστα κολάζονται, τὸν τρόπον ¹ ἔ μετατίθενται.

Μῦθος εἰς. Μυῖα.

Μυῖα ἐμπισθεῖσα εἰς χύτρῳ κρέατος, ἐπειδὴ
ὑπὸ τῷ ζωμῷ ἀποπνίγεσθαι ἔμελλεν, ἔφη πρὸς
ἑαυτήν· ἀλλ’ ἔγωγε, καὶ βέβρωκα, καὶ πέπωκα,
καὶ λέλωμαι, καὶ θνησκέσης ἔ μέλει μοι.

“Ολως δηλοῖ, ὅτι ῥάδιον φέρσιν τὸν θάνατον οἱ
ἄνθρωποι, ὅταν ἀβασανίσως παρακολεθῶσι.

Μῦθος εἰς. Μύρμηξ καὶ Πειριερά.

Μύρμηξ διψήσας κατελθὼν εἰς πηγὴν, καὶ
βελόμενος πιεῖν, ἀπεπνίγετο· περιστέρα δὲ κα-
θεζομένη ἐν τῷ περιεσθηκότι δένδρῳ, ἐθεάσατο
αὐτὸν, καὶ κόψασα φύλλον ἀπὸ τῷ δένδρῳ, ἔρ-
ρίψεν εἰς τὴν πηγὴν, δι’ ἧ ἐπιβάς ὁ μύρμηξ, ἐσώ-
θη. Ἰξευτὴς δὲ τις παρασαθεῖς, καὶ ² συνθεῖς

*Parvula, namque exemplo est, magni formica laboris,
Ore trahit quodcumque potest, atque addit acervo,
Quem struit, haud ignara ac non incauta futuri.*

1. ἔ μετατίθενται. Id affirmat etiam Euripides in He-
cuba, dum ait.

ἄνθρωποις δ’ αἰὶ

Ὁ μὲν πονηρός, ἔδεν ἄλλο πλὴν κακός.

2. συνθάς τὸς καλάμους. Intelligitur hic de calamo

Id sane declarat, natura perversos, etsi maxime puniantur, pravos tamen mores non exuere.

Fab. CXVII. Musca.

Musca in ollam carnis illapsa, quum a ferventi iure iam iam suffocaretur, haec intra se aiebat: Ego quidem comedi, bibi, et lota sum, proinde minime curo mori.

Haec profecto declarant, tum homines mortem facilius perferre, quum eam sine doloribus adsequuntur.

Fab. CXVIII. Formica et Columba.

Formica siti correpta quum ad fontem quemdam descendisset, in eodem, dum biberet demergebatur. Columba vero, quae in proxima arbore forte resederat, eam periclitantem quum vidisset, frondem ex arbore statim avulsit, eamque in subiectum fontem proiecit; atque ita

aucupatoris viscato, quem latini vocabant *arundinem crescentem*; quo, ut Beroaldus monet, spectare videtur Propertius *Eleg. XV. Lib. II.* dum ait,

Haec igitur mihi sit lepores audacia molles

Excipere, et structo figere avem calamo.

Hinc *ἰξευτής*, teste Hesychio, a Spartanis *καλαμοτύπος* dicebatur.

τὰς καλάμους, τὴν περισεράν συλλαβεῖν ἐβελήθη. Ὁ δὲ μύρμηξ θεασάμενος, ἔδακε τὸν πόδα τῷ ἰξευτῷ. Ὁ δὲ ἀλγήσας, ρίψας τὰς καλάμους, ἐποίησε φυγεῖν τὴν περισεράν.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι εἰ καὶ τὰ ἄλογα ζῶα αἰδοῦσιν ἔχουσι τῷ καλῷ, πῶς ἔδει ἡμᾶς τὰς εὐεργέτας ἀμείβεσθαι; ἢ δύνανται καὶ τὰ μικρὰ τῆς εὐεργέταις μεγάλας ἀμοιβὰς παρέχειν.

Μῦθος εἰς. Ἀλέκτορες καὶ Ἀετός.

Μαχομένων δέποτε τῶν ἀλεκτόρων διὰ τὴν ὄρνιν, τότε τις αὐτὴν ἐγγήμει, ὃ εἰς ἦττηθεὶς ἐκρύπτετο ἐν τινι γωνίᾳ, ὡς δειλιάσας, καὶ εἰς τροπὴν χωρήσας. ὃ δὲ ἕτερος σφοδρῶς μέγα κοκκύσας, ἀνεπέτασεν ἐπάνω τῶν δωματίων, ὡς τροπαιῶχος κατὰ τῷ πολεμίας, φωνεῖν, ἦττησα τὸν ἴδιον ἐχθρόν μου, τροπασάμενος ἀντίπαλον εἰς κράτος.

Ceterum Valerius Flaccus elegantissime hoc aucupii genus describit Lib. VI. v. 260. et seqq.

*Qualem populeae fidentem nexibus umbrae,
Si quis avem summi deducat ab aere rami,
Ante manu tacita, cui plurima crevit arundo;
Illa dolis, viscoque super correpta sequaci
Implorat ramos, atque irrita concitat alas.*

1. Μαχομένων δέποτε. Plin. Lib. X. cap. 21. de gallis:

Formica, ea fronde conscensa, servata est. Au-
ceps interea quidam quum eodem in loco constitis-
set, calamosque visco illitos de more collocasset,
Columbam capere meditabatur: at id Formica vi-
dens, pedem venatoris repente momordit; qui prae
dolore abiectis calamis Columbae fugam fecit.

Fabula docet, quod si brutae etiam animan-
tes quid sit pulcrum atque honestum agnoscunt,
quanto magis oportet nos iis gratias rependere,
a quibus beneficiis cumulati fuimus? Demonstrat
insuper, quod ex parvis quoque maximae saepe
gratiae oriri possunt.

Fab. CXIX. Galli et Aquila.

Galli duo quum olim inter se de gallina obti-
nenda pugnarent, alter eorum tandem supera-
tus, quodam in cortis angulo timidus profugus-
que latebat, alter vero magno cum clamore,
quod de hoste triumphasset, supra domus tectum
volavit, elataque voce, Inimicum meum, aiebat,
strenue devici, atque in fugam verti. Haec ille

*Imperitant suo generi, et regnum, in quacumque sunt
domo, exercent. Dimicatione paritur hoc quoque inter
ipsos, velut tela ideo agnata cruribus suis intelligen-
tes: nec finis saepe commorientibus. Quod si palma con-
tingit, statim in victoria canunt, seque ipsi principes
testantur: victus occultatur silens etc.*

2. ἐγγήμα. Ita in Cod. Scribendum videtur ἐγγήμη.

Ὡς ἔν ἐβόα τοιαῦτα ὁ ἀλέκτωρ, ἤκεν ἀετὸς καταπτάς ἐκ τῶν ἄνω, καὶ καταλαβὼν τὸν νικητὴν ἐκείνον, ἤγαγεν αὐτὸν τοῖς τέκνοις παραυτίκα, βρῶμα ποιήσας τοῖς νεοτοῖς ἰ καὶ πόμα. Ὁ δὲ ἕτερος ἐλευθερίως ζήσας, ἤγετο οὕτως ἐν ἀδείᾳ τυγχάνων, λαβὼν εὐκλειαν κατὰ τῆ πολεμίας τῆ ἐκπορθῆντος καὶ τροπώσαντος τῆτον, καὶ καυχαμένε, ὡς ὄντος νικηφόρε.

Ὅλως πρὸς ἄνδρας θεομάχες.

Μῦθος ρκ'. Νεβρὸς καὶ Ἐλαφος.

Νεβρὸς δέποτε πρὸς τὴν ἔλαφον εἶπε· σὺ τῷ μεγέθει μείζων κυνὸς τυγχάνεις, καὶ ταχυτάτη, καὶ ὀξεῖα πρὸς δρόμον· κέρατα δὲ πρὸς ἄμυναν κατέχεις· καὶ τί, ὦ μήτερ, ἔπω φοβῆ τὰς κύνας; Ἡ δὲ πρὸς αὐτὸν ἔφη γελαῶσα ἔπος· ὅτι μὲν ἐγὼ ταῦτα ἅπαντα ἔχω, εὖ οἶδα σαφῶς καὶ γινώσκω, ὦ τέκνον· ἐπὰν δὲ ἰ κυνὸς ὑλακῆς ἀκέσω, σκοτῆμαι, καὶ πρὸς φύγην τρέπομαι.

1. καὶ πόμα. Vide, quaeso, rude Metaphrastis huiusce Apologi ingenium. Convenit autem haec Fabula cum Planudea CXLV. licet haec alio prorsus stilo, atque longiori oratione scripta sit. Exstat etiam in Aphthonio num. 12. eiusdemque argumenti ea est, quam a Cod. Regio Parisiensi edidit Rochefortius Fab. VI. Nostra vero sive narrationem, sive formam spectes, longe ab omnibus diversa est.

dum ore patulo iactat, Aquila superne devolans irruit, victoremque Gallum arreptum, suis pullis adtulit devorandum. Alter vero liberius, ac sine metu vitam traducens, maximam de hoste suo gloriam reportavit, qui antea quidem eum profligaverat, et in fugam coniecerat, seque victorem efferebat.

Omnino eos haec fabula respicit, qui Deo obsistere non verentur.

Fab. CXX. Hinnulus et Cerva.

Hinnulus olim ita Cervae dicebat: Tu quidem magnitudine canem superas, cursuque velocior es, et magis expedita; cornua insuper habes ad eorum impetus repellendos. Quid igitur, mater, tantopere canes reformidas? Cui Cerva, Recte quidem scio, et nosco, inquit, o fili, quod haec omnia possideo; sed tamen, simul ac canis latratum audio, vertigine corripior, fugamque capesso.

2. *Νεβρός*. Ita ex Planudea LVI. restituendum aequum duxi, licet in Codice scriptum sit *Μόχος*, quod sane non dicitur de Cervae filio. Et quidem heic loqui *νεβρόν hinnulum* cum Cerva, ex iis aperte colligitur, quae infra sequuntur, dum ea ipsum compellat *ὦ τέκνον*.

3. *κυνός ὕλακῆς*. Redundat sane *κυνός*. Dictio enim *ὕλακῆς* quid significet per se satis demonstrat.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι τὰς ἀνθρώπους τὰς φύσει δειλὰς, ἐδεμίᾳ παραίνεσις ἀνθρώπου ἐπιρρώ-
νυσι.

Μῦθος ρκα'. Μῦς ἀρεραῖος ἢ Μῦς ἐν οἴκῳ.

Μῦς ἀρεραῖος τὸν ἐν οἴκῳ ἐφίλει. Ὁ δὲ τῷ οἴκῳ κληθεὶς ὑπὸ τῷ φίλῳ, ἦλθεν εὐθέως δειπνίσαν εἰς ἀρέρας. Ὁ δὲ ἐσθίων κριθὰς καὶ σῖτον ἔφη· γίνωσκε, φίλε, ἡ μυρμηκῶν ζῆς τὸν βίον· ἐπεὶπερ δ' ἐμοὶ ἀγαθῶν πλῆθός ἐστι, συνελθὲ, ἢ ἀπολαύσεις πάντων· καὶ παραχρῆμα ἀπήεσαν οἱ δύο. Καὶ ὅς ἐπεδείκνυεν τὰ ὄσπριά τε καὶ σῖτον, φοίνικας ἅμα, τυρὸν, μέλι, ὀπώρας. Τῷ δὲ τερφθέντος, αὐτὸν εὐλόγει σφόδρα, καὶ τὴν ἑαυτῷ κατεμέμφετο τύχην. Βελομένων δὲ ἀπάρξασθαι ἐδίειν, ἠνοιξεν εὐθύς ἀνδρωπός τις τὴν θύραν· φοβηθέντες δὲ οἱ δειλαιοὶ τῷ κτύπῳ, εἰσπήδησαν εὐθέως εἰς τὰς ράγας. Ὡς δὲ ἤθελον πάλιν ἰσχάδας ἄραι, ἦκεν ἕτερος τῷ λαβεῖν τι τῶν ἔνδον. Οἱ δὲ πάλιν θεασάμενοι τῷτον, εἰσ-

1. μυρμηκῶν ζῆς τὸν βίον. Formicae vitam vivere de iis dicitur, qui asperis semper durisque in rebus vitam trahunt: qui loquendi modus fortasse paroimiae vim obtinuit, haud illi absimilis, quae dicebatur de iis, qui semper anxii trepidique vivunt, nempe λαγῶς βίον ζῆν. De ea vero nihil exstat memoratum ab Erasmo in *Adagiis*. Ceterum vetustissimum esse hunc

Fabula declarat, quod nulla adhortatio natura timidos excitat.

Fab. CXXI. Mus rusticus et Mus domesticus.

Mus rusticus cum Mure domestico maxima familiaritate iunctus erat. Olim itaque domesticus ab amico vocatus fuit, ut rusticis epulis secum accumberet. Venit ille confestim; sed quum hordeum tantum triticumque eo in convivio apponeretur, Scias velim, amice, Mus domesticus inquit, quod formicis similem vitam traducis. Oh quanto maior est mihi copia bonorum! Venias ergo apud me, rogo, iisque omnibus abunde fruearis. Nec mora, statim una discedunt, ac vix domum introgressi, Mus domesticus legumina, frumentum, dactylos, caseum, mel, fructusque autumnales, depromit; quibus Mus rusticus delectatus, beatum ipsum summopere esse dicebat, propriamque fortunam incusabat. Illis interim

Apologum ex ipsomet Horatio colligitur, qui ita eum expressit *Sermon. Lib. II. 6.*

*Rusticus urbanum murem mus paupere fertur
Accepisse cavo, veterem vetus hospes amicum:
Asper, et attentus quaesitis, ut tamen arctum
Solveret hospitiiis animum: quid multa? Neque illi
Sepositi ciceris, nec longae invidit avenae: etc.*

επήδησαν κρυβέντες ἐπὶ τρώγλης. Ὁ δ' ἀρραῖος ὀλιγωρῶν τῇ πείνῃ ἀνεστέναξε, καὶ πρὸς τὸν ἄλλον ἔφη· χαῖρε σὺ, φίλε, κατεδίωκ' εἰς κόρον, ἐπαπολάουον αὐτὰ μετ' εὐφροσύνης, καὶ τῷ κινδύνῳ, καὶ τῷ πολλῷ τῷ φόβῳ· ἐγὼ δ' ὁ πάλας, κριθᾶς, καὶ σῖτον τρώγων, ζήσω ἀφόβος μηδενὸς ἐποπτεύων.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι τὸ λιπῶς διάγειν, καὶ ζῆν ἀταράχως, συμφέρει, ἢ τὸ τρυφᾶν ἐν φόβῳ μετ' ὀδύνης.

Μῦθος ρκβ'. Μικρέμπορος καὶ Ὀνάριον.

Μικρέμπορός τις Ὀνάριον κατέχων, αὐτὸς ὠνεῖτο ἀλάτιον εἰς πλῆθος. Καὶ δὴ φορτώσας σφοδρῶς αὐτῷ τὸν ὄνον ὑποζυγίῳ ἤλαυνε λεωφόρῳ ὅς ὀλισθήσας, εἰς ὕδωρ ἐπεπτώκει· καὶ δὴ λυθέντων τῶν ἀλῶν παραυτίκα, εὐθύς ἠγέρθη ἀκόπως βηματίζων. Ὁ δ' ὑποστρέψας, καὶ πάλιν λαβὼν ἄλας, κατεπεπτώκει εἰς ποτάμια ρεῖθρα· καὶ ἐκλυθέντων πάλιν τῶν ἀλατίων, ἐξάνεστισεν ἑαυτὸν παραυτίκα. Ὁ δὲ λυπηθεὶς ὁ κύριος τῷ ὄνῳ, ἐπενόησεν αὐτῷ τὰς ἐπινοίας. Ὅστις

comedere vix aggressis, repente quidam ianuam aperuit: cuius ad strepitum perterrefacti Mures, in rimas protinus insiluere. Deinde vero quum caricas capere vellent, alius confestim, ut aliquid ex ea cella desumeret, supervenit. Quo Mures viso, raptim se in foraminibus abdiderunt. Tum rusticus, fame deperiens, ingemuit, ac, Iam vale, dixit, amice: tu quidem ad satieta-tem comede, laetusque his dapibus fruere, sed periculo, ingentique pavori semper obnoxius: ego autem miser, hordeum ac triticum rodens absque ullo timore et suspicione vitam traducam.

Fabula significat, satius esse frugalem, ac perturbationis expertem vitam ducere, quam delicatam agere, metu atque dolore refertam.

Fab. CXXII. Mercator mediocris et Asellus.

Mediocris quidam mercator Asellum habens, ingentem salis copiam emit, quo illum oneratum per tritam viam agebat. At lapsans Asellus, in aquam cecidit; qua statim sale soluto, se inde facile, ac magis expeditum erexit. Mercator autem reversus, quum sale iterum Asinum onerasset, hic de industria se se in flumen coniecit, et, sale tunc etiam soluto, illico pondere liber exsurrexit. Tunc herus, prava aselli mente perspecta, in unguentarii officinam venit, ab

ἔπελθῶν εἰς ἕνα πῶν μυρεψέντων, ἐξωνήσατο
 2 σπόγγας πολλὰς εἰς κόρον, ἔσπερ ἐπιθεῖς
 πεφόρτωκε τὸν ὄνον. Ὁ δὲ ἀπιὼν, κατέπεσεν
 εἰς ὕδωρ, καὶ παραυτίκα, κυλισθέντων πῶν σπόγγων,
 ἤγετο ὁ ὄνος διπλῆν βάρος βαστάζων.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι πολλαῖς ἐν ᾧ τις εὐ-
 τύχησεν, ἐν 3 αὐτῷ καὶ πίπτει.

Μῦθος ρηγ'. Νέος ἄσωτος καὶ Χελιδῶν.

Nέος ἄσωτος καταφαγὼν τὰ πατρῶα, ἱματίε
 καὶ μόνα αὐτῷ περιλειφθέντος, ὡς ἐθεάσατο χε-
 λιδῶνα παρὰ καιρὸν ἐλθεῖσαν, καὶ ὀφθεῖσαν,
 οἰόμενος 4 ἔαρ ἤδη προσιέναι, ὡς μηκέτι δεηθη-
 σόμενος τῶ ἱματίε, καὶ τῷτο φέρων ἀπεπώλησεν.
 Ὑστερον δὲ χειμῶνος γενομένης, καὶ σφοδρῆς γενο-

1. ἕνα πῶν μυρεψέντων. Ita non solum Vnguentarii, ii
 nimirum qui species odoratas praeparabant, sed et
 Pharmacopolae, qui medicamenta conficiebant, appel-
 labantur, ut Glossae Mss. in Aristophan. *Nubes* ha-
 bent, referente Du-Cang. in voce.

2. σπόγγας. Spongiarum antiqui in deliciis habuerunt,
 pro strigilibus et linteis ad distringenda et mundan-
 da corpora illis utentes.

3. Perperam in Cod. αὐτῷ.

Ceterum huiusmodi Fabula Plutarchi quoque tempori-
 bus ferebatur, licet ipse rem aliquantum diversimode
 enarret. Ait enim in Libro *de sollertia animalium* p. 971.

Lut. Paris. 1624. πῶν ἀληγῶν ἡμιόνων εἰς ἐμβαλῶν εἰς πο-
 σιμὸν ὄλισθεν αὐτομάτως, καὶ πῶν ἀλῶν διαπακέντων ἀνασάς

eoque spongiarum quamplurimas emptas, asino ferendas imposuit: qui quum in aquas se, ut antea, proiecisset, spongiis subito tumefactis, onus duplo maius ferre coactus est.

Fabula ostendit, quae felicitatis alicui causa sunt, et damni eadem saepius esse.

Fab. CXXIII. Iuvenis Prodigus.

Prodigus quidam iuvenis quum bona patris omnia devorasset, et sola ei vestis remansisset, ante tempus hirundine visa, ver iam putans advenisse, ipsam quoque divendidit, illa sibi amplius opus non esse arbitratus. Verum quum de novo saeviente hyeme frigus maximum esset,

ἐλαφρός, ἦσθετο τὴν αἰτίαν, καὶ κατεμνημόνευσεν ὡς διαβαίνων αἰετὸν ποταμὸν, ἐπίπτεδες ὑφιέναι, καὶ βαπτίζεν τὰ ἀγγεῖα, συγκαθίζων καὶ ἀπονέυων εἰς ἑκάτερον μέρος. Quod ubi Thales audivit, sequitur Plutarchus, iussit locosalis lana et spongiis vasa impleri, iisque oneratum agimulum, qui cum pro more suo egisset, et aqua onus suum implevisset, sentiens suas argutias sibi male cessisse, posthac ita caute fluvium transiit, ut ne invito quidem ipso vasa aqua tangerentur.

4. ἔαρ ἤδη προσιέναι. Occurrit eiusdem argumenti Fab. etiam in Collect. Nevelet. num. 252. sed valde vitiosa est: habet enim pro ἔαρ, θέρους: nec mendosius minus sunt quae sequuntur. Ceterum Hirundinis adventus summa diligentia a veteribus observabatur

μένε τῷ αἴερος, ἐπειδὴ εἶδε τὴν χελιδόνα νεκρὰν
 ἔρημωμένην, ἔφη πρὸς αὐτήν· ὦ φίλη, αὕτη σὺ
 καὶ μὲ ἀπολώλεκας, καὶ ἀπώλεσας.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι πᾶν² τὸ παρά καιρὸν δρώ-
 μενον, ἐπισφαλὲς τυγχάνει.

Μῦθος ρηδ'. Νυκτερίς, καὶ Βάτος, καὶ Ἄϊθγα.

Nυκτερίς, καὶ βάτος, καὶ αἶθγα, πρὸς ἀλλή-
 λας φιλίαν ποιήσασαι, ἐμπορεύεσθαι ἔγνωσαν.
 Καὶ ἡ μὲν³ νυκτερίς ἀργύριον δανεισαμένη εἰς τὸ
 μέσον τῷτο κατέθηκεν· ἡ δὲ βάτος ἐδάηται ἐνε-
 βάλλετο· ἡ δὲ αἶθγα, χαλκῶν, καὶ εὐθέως ἀπέ-
 πλευσαν. Χειμῶνος δὲ σφοδρῶς γενομένου, καὶ τῆς
 νεῶς περιτραπίσης, πάντα ἀπολέσασαι αὐται,
 ἐπὶ τὴν γῆν διεσώθησαν· καὶ ἀπὸ πῶν τότε ἡ
 αἶθγα παρά⁴ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης ἐνεδρεύει,
 μήπως ἡ θάλασσα τὸν χαλκῶν ἐξαγάγῃ· ἡ δὲ
 νυκτερίς τὰς δανεισὰς φοβεμένη, ἡμέρας μὲν ἔφαι-

Theognis enim apud Athen. Lib. VIII. declarat, Rho-
 diis sollemne fuisse χελιδονίζαν, hoc est, sub vernum
 tempus hirundinem publicis votis invitare, accla-
 mantes in hunc modum: ἦλθε ἦλθε χελιδών, καλὰς
 ὄρας ἄγασα καὶ καλὰς ἐνιαυτὸς.

1. ἔρημωμένην. Ita posuimus ex corrupta lectione
 Codicis ἐριμωμένην. Magis tamen placet Neveleti emen-
 datio νεκρὰν κειμένην.

2. τὸ παρά καιρὸν. Idem etiam monet Isocrates in
 Oratione ad Dæmonium, aiens: Μηδὲ περὶ τὰ γελοῖα σπε-

mortuamque hirundinem humi iacere vidisset,
O amica, inquit, meque teque perdidisti.

Fabula significat, quodcumque suo tempore non fit, periculosum esse.

Fab. CXXIV. Vespertilio, Rubus, et Mergus.

Vespertilio, Rubus, et Mergus, inita societate, mercaturam facere decreverunt. Vespertilio itaque pecuniam a foeneratoribus mutuo sumptam contulit, itidemque Rubus vestes, ac Mergus aerea vasa in navi posuere, et statim e portu solvere. Ingens autem tempestas quum subinde orta esset, diffractaque navi omnia perissent, vix ipsi in terram incolumes evaserunt. Hinc Mergus tempore ab illo iuxta littora semper degit, inspiciens nimirum, an mare aes, quod amisit, eiiciat: sic Vespertilio credito-

δαίμων, μηδὲ περὶ τὰ σπικδαῖα τοῖς γελοίοις χαίρων· τὸ γὰρ ἄκαιρόν πανταχῶς λυπηρόν.

3. νυκτερίς ἀργύριον δανισαμένη. Id non illepide fictum; Atheniensium enim numismata noctuam insculptam habebant. Hinc nummi *noctuae* quandoque dicebantur: unde Graecorum illud, γλαυῆς ἵππετος, *noctua volavit*, de iis usurpabatur, quorum res non vi, sed pecuniarum interventu conficiebantur.

4. τὸ χῆλος τῆς θαλάσσης. Ita maris littus appellatur, ut patet ex Antipatri *Epigr. Anth. Lib. I. c. 14.*

νεται, ¹ νυκτὸς δὲ ἐπὶ νομὴν ἔξεισιν· ἡ δὲ βάτος, τῶν ἐσθήτων ἐπιλαμβάνεται τῶν παριόντων, ζητῆσα τὸ ἴδιον ἱμάτιον ἐπιγνῶναι.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι περὶ ταῦτα μᾶλλον σπευδάζομεν ὑστερον, περὶ δὲ πρότερον πέσωμεν.

Μῦθος ρκέ. Νυκτερὸς καὶ Γαλῆ.

Νυκτερὸς ἐπὶ τῆς γῆς πεισῆσα, ὑπὸ γαλῆς συνελήφθη· μέλλουσα δὲ ὑπ' αὐτῆς ἀναιρεῖσθαι, περὶ τῆς σωτηρίας ἑαυτῆς παρεκάλει. Τῆς δὲ λεγέσης, ὡς εἰ δύναται αὐτὴν ἀπολύσαι, φύσει γὰρ πᾶσι πολεμεῖ πτηνοῖσιν, ἔφησεν αὐτὴν ² μὴ ὄρνειον εἶναι, ἀλλὰ μῦν, καὶ ἔπος ἀφείθη. Ὑστερον δὲ πάλιν πεισῆσα, καὶ συλληφθεῖσα ὑπὸ ἑτέρας γαλῆς, ἐδέετο ὅπως μὴ θύσῃ αὐτὴν· τῆς δὲ εἰπούσης ἅπασιν μυσὶ διεχθρεύειν, ἔλεγον ἑαυτὴν μὴ μῦν εἶναι, ἀλλὰ νυκτερίδα, καὶ πάλιν ἀπελύθη. Ὅτω τε συνέβη αὐτῷ δις

Δμῳῖον Ἴπποκράτους ἔθανε βρέφος εἰς πλατὺ πόντη

Χῆλος, γαιτωσύνης ἐρπύσαν ἐκ καλύβης.

1. νυκτὸς δέ. *Vespertiliones proverbialiter dici videntur, qui aere alieno gravati luce domi se continent, ne a creditoribus appellentur, et noctu prodeunt. Ulpianus Lib. Pandect. XXI. tit. De evictionibus. Si quis ita stipulanti spondeat, sanum esse, furem non esse, vespertilionem non esse etc. Quod*

res timens, interdiu non apparet, sed noctu tantum in pabulum exit; Rubus vero praetereuntium vestes continuo detinet, ut suas recognoscere possit.

Fabula indicat, nos ab iis, in quae prius inciderimus, omni studio postea cavere.

Fab. CXXV. Vespertilio et Mustela.

Vespertilio in terram delapsus, a Mustela comprehensus fuit, a qua quum iam iam neci daretur, eam enixe sua pro salute rogabat. Illa vero ipsum dimittere se posse negante, quod natura volucris omnibus inimica esset, Vespertilio non avem, sed murem se esse adfirmabat: quapropter incolumis dimissus fuit. Deinde autem quum iterum cecidisset, et ab alia Mustela captus esset, tunc etiam ne voraretur orabat. Ea vero, muribus omnibus se inimicam esse dicente, tum ille, se non murem, sed vespertili-

adagium sumptum videtur ex Aesopi Apologo. Exstat huiusmodi argumenti Fab. etiam in Collect. Planudea num. XLII.

2. *μη ὄρνεον*. Adludunt ad Fab. hanc ea quae referuntur a Nonio ex Agathone Varronis. *Quid multa? Factus sum Vespertilio, neque in muribus plane, neque in volucris sum.* Huds. in *Fab. Plan.* CIX. quae eiusdem est argumenti.

ἐναλλαξαμένην τὸ ὄνομα, τῆς σωτηρίας παραγε-
νέσθαι.

Ἀπάρ ἔν καὶ ἡμᾶς δεῖ μὴ αἰεὶ αὐτοῖς ἐπιμέ-
νειν, λογιζόμενοι, ὅτι οἱ πρὸς τὰς καιρὰς μετα-
σχηματιζόμενοι, πολλάκις καὶ τὰς σφοδρὰς τῶν
κινδύων ἐφόδους ἐκφεύγουσι.

Μῦθος ρκς'. Νοσῶν καὶ Ἰατρὸς.

Nοσῶν τις καὶ ὑπὸ τῷ ἰατροῦ ἐπερωτώμενος,
' πῶς ἐπρήθης; ἔφη, πλέον τῷ δέοντος ἰδρωκέναι.
ὁ δὲ, ἀγαθὸν τῷτο εἶναι ἔφη. Ἐκ δευτέρου δὲ
ἐρωτηθεὶς παρ' αὐτῷ, πῶς ἔχεις; ἔφη, φρέκη συ-
σχεθεὶς, σφοδρῶς διετινάχθην. ὁ δὲ, καὶ τῷτο
ἀγαθὸν φήσας εἶναι, ἐκ τρίτου ἠρώτησεν αὐτὸν,
πῶς ἐπρήθης; ὁ δὲ ἔφη, ² ὑδρεῖα περιπέπτωκα.
κακείνος πάλιν ἀγαθὸν τῷτο ἔφησε. Μετὰ ταῦτα
δὲ τῶν οἰκείων τινὸς ἐρωτήσαντος αὐτὸν, πῶς
ἔχεις; ἐγὼ, ἀδελφέ, εἶπεν, ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν
ἀπόλλυμαι.

1. πῶς ἐπρήθης. Mallem ἐπέθης. Nam et Fab. XLIII.
Coll. Planud quae cum nostra convenit, habet πῶς
διεπέθην, quod quidem magis quadrat. Ceterum heic
animadvertant lectores volo, quod hic noster Aeso-
picarum fabularum Metaphrastes, dum interrogantes

lionem esse adfirmavit, atque liber rursus evasit. Ita contigit, ut bis, nomen mutando, salutem consequeretur.

Oportet igitur, nos etiam iisdem in rebus non continuo manere, illud animo considerantes, quod qui ad tempus mutantur, plerumque vel maxima pericula effugiunt.

Fab. CXXVI. Aegrotus et Medicus.

Aegrotus quidam quonam modo se haberet a Medico interrogatus, Se praeter modum sudasse, respondit. Tum Medicus, id bonum esse adfirmavit. Rursus autem de morbi statu ab eodem interrogatus, Febrili, inquit ille, frigore captus, vehementi nervorum motu convulsus sum. Euge, bonum et istud est, Medicus inquit. Quum autem tertio rogaretur, Sum, ait Aegrotus, urinae profluvio quam maxime debilitatus; ac Medicus, Bonum hoc est etiam, tunc quoque respondit. Demum vero quum ipsum familiaris quidam, quomodo se haberet, interrogasset, Ego, amice, ait, nimia bonorum copia oppressus iam iam pereo.

ac respondentes inducit, pro tertia saepe saepius secundam personam usurpat.

2. ὑδρεία. Lege potius ὑδέρω, ut habet Planud. loc. cit. quae quidem vox *hydropicum morbum* significat, ὑδρεία vero nihil huiusmodi.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι τινὲς τῶν ἀνθρώπων θέ-
λῃσι κατὰ χάριν λέγειν τισὶν, ἀ μάλιστα αὐ-
τὰς βλάπτουσιν.

Μῦθος ρκζ'. Ξυλευόμενος καὶ Ἑρμῆς.

Ξυλευόμενός τις παρά τινα ποταμόν, τὸν ἑαυτῷ
πέλεκυν ἀπεβάλλετο. Τῷ δὲ¹ ρεύματος παρασύ-
ραντος αὐτὸν, ὑπὸ πολλῆς συσχεθεῖς θλίψεως,
καθήμενος παρά τὰς ἀκτὰς τῷ ποταμῷ, ὠδύρε-
το. Ἑρμῆς δὲ² ὁ τῷ ποταμῷ θεὸς ἐλεήσας αὐτὸν,
ἦκε, μαθεῖν θέλων παρ' αὐτῷ τὴν αἰτίαν, δι' ἣν
ἔκλαιε. Τῷ δὲ εἰπόντος αὐτῷ, καταβάς ὁ Ἑρμῆς,
χρυσῶν πέλεκυν ἀνήνεγκεν ἐκ τῷ ποταμῷ, καὶ
ἐπυρθάνετο εἰ τῷτον ἀπώλεσεν. Ἀρνησαμένους δὲ
αὐτῷ, ἐκ δευτέρου καταβάς, ἀργυρῶν ἀνήνεγκεν.
Ὁ δὲ πάλιν ἠρνήσατο κακεῖνον μὴ εἶναι αὐτῷ.
Καταβάς δὲ ἐκ τρίτου, τὴν ἰδίαν ἀξίνην ἐκόμι-
σεν· ἐπρώτισε δὲ τῷτον καὶ πάλιν, εἰ³ ταύτην ἀπώ-

1. ρεύματος παρασύραντος αὐτὸν. Vide crassum huiusce
fabellae Metaphrastis ingenium. Securis ferrea non
supernatat undis, ita ut ab illis quasi lignum παρα-
σύρηται, huc illuc trahatur, sed illico demergitur,
atque imum fluminis petit.

2. ὁ τῷ ποταμῷ θεός. Planudes Fab. XLIV. quae cum
nostra concordat, habet tantum ,, Ἑρμῆς δὲ μαθὼν τὴν
αἰτίαν, καὶ οἰκτείρας. Hinc facile crediderim in Aesopicis
Babriæ Fabulis, a quibus certe hae nostrae processere,
ca quae de Mercurio heic leguntur, nempe ὁ τῷ ποταμῷ
θεός, minime exstitisse, sed a Metaphraste addita fui-

Fabula declarat, quod homines quidam adulandi libidine capti, ea quibusdam dicere non reformidant, quae ipsis maxime nocent.

Fab. CXXVII. Lignator et Mercurius.

Lignator quidam iuxta flumen ligna quum caederet, securis ei forte e manu excidit. Quae quum statim in imo fluminis rapta esset, multo ille moerore correptus, in ripa fluminis sedens lamentabatur. At Mercurius, cui sacrum flumen erat, pietate motus, Lignatori apparuit, eumque de fletus causa rogavit. Quam simul ac intellexit, in flumen subiens auream securim extulit, eumque, an esset quam amiserat, est percontatus. Illo negante, Mercurius iterum sub amnem descendens, securim argenteam detulit. Sed eo minime suam hanc esse tunc quoque adfirmante, inum fluminis Mercurius repe-

se. Et quidem imperite: ignorasse enim videtur, Mercurii simulacra tum in solitudinibus, tum in viis poni solita, ut itinerantibus viam commonstraret, resque amissas invenire faceret, quemadmodum amplissime patet ex Phurnuto de *Natura Deor.* cap. 16.

3. *πέκνον*. Legitur in Cod. *πέτων*, et deinde *πέτω ἀπώλεσα*, quod Metaphrastis oscitantia factum puto, qui respexit ad *πέλεκον*, non ad *αἰζίνον*. Scio quidem a Graecis quandoque, Poetis maxime, Enallagen generum fieri solere, ut *πέκνον* ἀλάσσε a Callim. *φιλε πέκνον* ab Homero, sed in huiusmodi scriptore *χουδαίω* haec requirere ineptum puto.

λεσον· ὁ δὲ ἀληθῶς ταύτην ἀπώλεσα, εἶπεν. Ὁ δὲ Ἑρμῆς ἀποδεξάμενος αὐτῆ τὴν δικαιοσύνην, καὶ τὸ ἀληθές, πάσας αὐτῷ ἐχαρίσατο. Παραγενόμενος ἔν πρὸς τὰς ἐταίρους αὐτῆ, διηγήσατο αὐτοῖς τὰ συμβάντα αὐτῷ. Ἐἷς δὲ τις ἐξ αὐτῶν τῆτον ἐπιφθονήσας, ἐβελήθη καὶ αὐτὸς τὸ ἴσον, παραγενόμενος ἐκεῖσε, διαπράξασθαι. Διόπερ ἀναλαβὼν πέλεκυν, παρεγένετο ἐπὶ τὸν αὐτὸν ποταμὸν ξυλευσόμενος, καὶ ἐπιτιδείως τὴν ἑαυτῆ ἀξίνην ρίψας ἐν τῷ ποταμῷ, ἐκαθέζετο κλαίων. Ἀυτίκα ἔν τῷ Ἑρμῆ ἐπιφανέντος, καὶ τὴν αἰτίαν τῶν θρήνων πυνθανομένη, ἔφη, ὅτι πέλεκυν ἀπώλεσα ἐν τῷ ποταμῷ· ὅπερ ἀκίσσας ὁ Ἑρμῆς, καταβάς, χρυσῶν πέλεκυν ἀνήγαγε. Καὶ δὴ φήσαντος αὐτῆ εἰ τῆτον ἀπώλεσον, ἔφη μετὰ χαρᾶς, ναὶ ἀληθῶς ἔτός ἐστιν. Ἰδὼν ἔν ἐκεῖνος τὴν ἀναίδειαν, καὶ τὸ ψεῦσμα αὐτῆ, ἔ μόνον τῆτον ἐκ ἐδωρήσατο αὐτῷ, ἄλλ' ἐδὲ τὸν ἴδιον ἀπέδωκε πέλεκυν.

Ὁ μῦθος διδάσκει, ὅτι ὅσον τοῖς δικαίοις συναγωνίζεται τὸ θεῖον, τοσῶτον τοῖς ἀδίκοις ἐναντιῆται.

1 Εἷς δὲ τις. Simile quid Hadriano Imperatori contigisse, Spartianus in eius vita refert. Quum enim in balneo veteranum quempiam, servuli penuria, se se marmoribus fricantem conspicatus esset, eum servulis aliquot, et sumptibus donavit. Quod reliqui veterani feliciter cessisse videntes, coeperunt et ipsi com-

tens, securim, quam vere amiserat, sustulit, et, an illam perdidisset, Lignatorem interrogavit: qui quum statim eam a se revera amissam fateretur, Mercurius eius iustitiam animique candorem vehementer admiratus, ceteras quoque secures ei dono dedit. Lignator deinde domum reversus, singula quae sibi evenerant amicis enarravit; quorum quidam invidia quum esset excitatus, idem facere secum deliberavit. Securi itaque arrepta, ad flumen illud lignatum se contulit, et securi in undis de industria proiecta, flens in ripa consedit. Cui Mercurius quum statim apparuisset, fletusque causam rogasset, ille, se in flumine securim amisisse, respondit. Hoc ubi Deus intellexit, in profundos fluvii gurgites se demergens, securim auream attulit, quam quum ille, prae gaudio exsultans, suam esse adfirmaret, Mercurius eius impudentia, ac subdola mente perspecta, neque auream, neque ferream illi dedit.

Fabula docet, quod quanto Deus propitior est probis, tanto improbis infestior est.

plures sub oculis Imperatoris, se se marmoribus adfricare, ut hoc modo Principis elicerent benignitatem. At ille iis evocatis, iussit ut alius alium vicissim defricarent, atque ita servulis nihil opus fore. Is iocus postea in vulgi fabulam transiit.

2. ἀλλ' ἴδ'ε', Natum ab Apologo Aesopico Proverbium:

Μῦθος ρκη'. Ἀγαλματοπώλης.

Εύλιπὸν τις Ἑρμῆν κατασκευάσας, προσενεγκὼν ἐπώλει. Μιδειὸς δὲ ὠνητῆ προσιόντος, ἐγκαλέσαδά τινας βελόμενος, ἐβία, ὡς ἀγαθοποιὸν δαίμονα, καὶ κέρδης τηρητικὸν πιπράσκειν. Τῶν δὲ παρατυχόντων τινὸς εἰπόντος πρὸς αὐτόν· ὦ ἔτος, καὶ τί τῶτον ὄντα τοιοῦτον πωλεῖς, δέον τῶν παρ' αὐτοῦ ὠφελειῶν ἀπολαύειν; ἀπεκρίνατο· ὅτι ἐγὼ μὲν ταχείας ὠφελείας τινὸς ἐπιδέομαι, αὐτὸς δὲ βραδέως ἔιωθε τὰ κέρδη ποιεῖν.

Πρὸς ἄνδρα αἰσχροκερδῆ, καὶ τῷ θεῷ περιφρονῆτα.

Μῦθος ρκθ'. Ὀδοιπόροι καὶ Πλάτανος.

Οδοιπόροι θέρους ὥρα περὶ μισημβόαν ὑπὸ καύματος τρυχόμενοι, ὡς ἐθεάσαντο πλάτανον, ὑπὸ ταύτης κατανήσαντες, καὶ ἐν τῇ σκιᾷ κατακλιθέντες ἀνεπάυοντο. Ἀναβλέψαντες δὲ εἰς

Οὐκ αἰεὶ ποταμὸς ἀξίνας φέρει: non semper secures fert Fluvius: idest, non protinus tibi speres idem quod aliis feliciter cessit. Michael Apostol. et Erasm. Adag. Chil. IV. Cent. III. 57.

1. κέρδης τηρητικόν. Inter cetera Mercurii cognomina

Fab. CXXVIII. Statuarius.

Quum quidam Mercurii simulacrum ex ligno fecisset, ipsum venum proposuit. Sed quum nullus emptor accederet, is emptores alliciendi causa, clamare coepit, aiens se Deum beneficium, ac divitiarum datorem venundare. Quidam tunc ex iis qui forte aderant, Ecquid, inquit, amice, Deum talem divendis, quum tute ipse tot tantisque eius beneficiis frui possis? Cui ille, Ego quidem, ait, celeri subsidio indigeo, hic autem tarde divitias ferre solet.

Virum turpi lucro deditum, ac Numinis contemptorem, haec fabula notat.

Fab. CXXIX. Viatores et Platanus.

Viatores aestatis tempore nimio meridiani solis calore laborantes, quum Platanum vidissent, sub eam confugerunt, eiusque strati sub umbra recubuerunt. Ad eam deinde conversis

erat etiam *κερδέωος*, quod mercaturae praeeset, et ementium, et vendentium esset inspector, et lucri auctor. Hinc a nonnullis cum sacculo nummis referto depingebatur. Vide Phurnuti libellum de *Natura Deorum* cap. 16.

τὴν πλάτανον, ἔλεγον πρὸς ἀλλήλους· ¹ ὡς ἀνώφελόν τι τοῦτο τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ἄκαρπὸν ἐστὶ τὸ δένδρον. Ἡ δὲ ἀποτυχοῦσα ἔφη πρὸς αὐτούς· ὦ ἀχάριστοι, ἔτι τῆς ἐξ ἐμῶν εὐεργεσίας ἀπολάουοντες, ἄκαρπὸν με καὶ ἀχρείαν ἀποκαλεῖτε;

Οὕτω καὶ τῶν ἀνθρώπων ἔνιοι ἀτυχεῖς εἰσιν, οἱ καὶ εὐεργετῶντες τοὺς πέλας, ἐξ αὐτῶν μᾶλλον ἀχαριστῶνται.

Μῦθος ρλ'. Ὀδοιπόρος καὶ Ἐχίς.

Οδοιπόρος χειμῶνος ὀδύων, ἐθεάσατο ἔχιν ὑπὸ κρύους διαφθειρόμενον, καὶ τοῦτον ἐλεήσας ἀνείλατο, καὶ βαλὼν εἰς τὸν ἑαυτῷ κόλπον, θερμαίνειν ἐπειράτο. Ὁ δὲ μέχρη μὲν ὑπὸ τοῦ ψύχους συνείχετο, ἠρέμει· ἐπεὶ δὲ ἐθερμάνθη, ὕδαξ εἰς τὴν γαστέρα αὐτοῦ ἀνῆκε. Καὶ ὡς ἀποθνήσκειν μέλλων, ἔφη· ἀλλ' ἔγωγε ² δίκαια πέπονθα· τί γὰρ τοῦτον ἀπολύμενον περιποιούμην, ὃν ἔδει καὶ ἐρρώμενον ἀναιρεῖν.

1. ὡς ἀνώφελον. Hinc Proverbium a Coelio Rhodigino in *Antiq. lect.* refertur: *Platano adsimilis*; de eo nempe, quem, quum ipsius opera utamur saepe, liberi tamen incommodis, habemus derisui, convellimus, perditum quandoque volumus. *Platanus umbrae gratia tantum ex alieno petita est orbe.* Item *Themistocles apud Aelian. histor. var. IX. cap. 18. quer-*

oculis, Quam est inutilis, inter se aiebant, haec arbor hominibus, et infructuosa! Illa vero respondens, O vos, inquit, ingratos, qui meo adhuc beneficio fruentes, inutilem me, infructuosamque vocatis.

Ita quoque nonnulli homines infelices censi sunt, quia licet amicos beneficiis afficiant, eos tamen ingrattissimos experiuntur.

Fab. CXXX. Viator et Vipera.

Vir quidam hyberno tempore iter habens, quum Viperam prae gelu morientem vidisset, misericordia motus, eam sustulit, suoque in sinu refovit. Ea vero dum frigore detinebatur, quiete ac pacate se gessit; at postquam demum calefacta fuit, illico viatoris ventrem momordit. Is itaque iam iam moriturus, Merito quidem haec patior, inquit; quid enim hanc pereuntem curavi, quam etiam bene valentem interficere oportebat?

cubus seipsum comparabat, ὅτι ἐκείνας ὑπέρχονται οἱ ἄνθρωποι, καὶ δέονται αὐτῶν ὅταν ᾔη, σέγειν ἐκ πῶν κλάδων πορθῶντες· ὅταν δὲ ἔσης ἐυθείας παρίωσι, τίλλουσιν ἀσπίς, καὶ περικλῶσιν.

2. δίκαια πέπονθα. Iustum esse, dicere solebat Demosthenes, misereri non improborum hominum, sed eorum qui immerito infelices sunt, teste Stob. *Serm.*

Οὕτω καὶ τινες τῶν ἀνθρώπων τινὰς εὐεργε-
τοῦντες, λανθάνουσιν ὡς ἰ ἀντ' εὐεργεσιῶν λύπας
ἔξουσιν.

Μῦθος ρλα'. Δέλφαξ καὶ Ἀλώπηξ.

Οὕτω τις ἐπιθείς αἶγα καὶ πρόβατον καὶ δέλ-
φακα, ἤλαυνεν εἰς ἄστυ. Τῷ δὲ δέλφακος παρ'
ὄλην τὴν ὁδὸν κεκραγὸτος, ἀλώπηξ ἀκέσασα ἐ-
πυρθάνετο τὴν αἰτίαν παρ' αὐτῷ, δι' ἣν πῶν λοι-
πῶν ἡσυχαζόντων, μόνος αὐτὸς βοᾷ. Ὁ δὲ ἔφη·
ἀλλ' ἔγωγε εἰ μάτην ὀδύρομαι· εὖ γὰρ οἶδα, ὅτι
τῷ μὲν προβάτῳ ἔρχά τε καὶ γάλα τῷ δεσπότης λαμ-
βάνοντος ἀνθίξεται· ὁμοίως δὲ καὶ τῆς αἰγὸς δια-
τὲς τυρῆς καὶ τῆς ἐρίφου· ἐμῷ δὲ ἐκ ἔχοντος ἄλ-
λό τι χριστόν, πάντως με θύσειν βέλεται.

Οὕτω καὶ τῶν ἀνθρώπων μεμπτέοι εἰσὶν, ὅσοι
τὰς μελλέσας προορώμενοι συμφορὰς ἀποκλαίονται.

44. Hinc Proverb. Κριῶ διακονία, *arietis ministerium*,
quod Suidas, Zenodotus, sic referunt, quasi de officio
in ingratos collocato; siquidem Aries cornibus ferit
pascentem. Nevelet. ad Fab. Phaedri XVIII. Lib. IV.
quae cum nostra plane convenit.

1. ἀντ' εὐεργεσιῶν λύπας. Iubemur tamen Patris no-
stri caelestis exemplum imitari, qui solem suum facit

Ita quoque nonnulli homines, dum in quosdam beneficia conferunt, non sentiunt se pro gratia dolores recepturos.

Fab. CXXXI. Porcellus et Vulpes.

Quidam asinum in urbem agebat, Capra, Ove, et Porcello oneratum. Quum autem Porcellus per totam viam grunniret, audiens id Vulpes rogavit, quamobrem, ceteris silentibus, ipse solus ita clamaret. Cui ille, Non temere conqueror, inquit; recte enim novi, quod meus herus, lanam et lac ab Ove recipiens, manum ab ipsa abstinebit, itidemque Capram, ob caseum et haedos omnino servabit; me vero bonum nullum habentem proculdubio mactabit.

Ita ii reprehendendi sunt, qui futuras calamitates praevidentes, ingemiscunt.

oriri, et pluit non minus super improbos, quam super bonos, utrisque pariter benefaciens: iubemur et inimicos nostros diligere, et benefacere iis, qui odierunt nos: iubemur denique persecutoribus nostris bonum pro malo rependere.

2. *Ὀνὸς τις. Parum differt haec Fabula a superius allata LXXII. ubi vide quae adnotavimus.

Μῦθος ρλβ'. Ὀνος καὶ Βυρσοδέφης.

Ονος κηπωρῶ δουλεύων, ἐπειδὴ ὀλίγα μὲν ἤθιε, πολλὰ δὲ ἐκακοπάθει, ἠύξατο τῷ Διὶ, ὅπως τοῦ κηπωρῆ αὐτὸν ἀπαλλάξῃ, καὶ ἑτέρῳ δεσπότη αὐτὸν ἐκδώσει. Ὁ δὲ Ζεὺς μέμφας, ἐκέλευσεν εἰς κεραμέα πωλῆσαι. Πάλιν δὲ αὐτῷ δυσφοροῦντος, ἐπειδὴ πολὺ πλεόν ἀχθοφορεῖν ἠναγκάζετο ἐν τῷ πηλῷ καὶ τῇ πλινθείᾳ, πάλιν τὸν Δία παρεκάλει. Ὁ δὲ Ζεὺς παρεσκέυασε πραθῆναι αὐτὸν εἰς βυρσοδέφην. Ὁ δὲ ὄνος εἰς χείρονα δεσπότην ἐμπροσθῶν, καὶ ὄρων τὰ παρ' αὐτῷ πραττόμενα, ἔφη μετὰ στεναγμῶν· οὐαί μοι τῷ τάλανι· αἰρετώτερον ἦν μοι παρ' ἐκείνοις τοῖς δεσπότηταις εἶναι· ἐπεὶ ἔπος, ὡς ὄρω, καὶ τὸ δέρμα με μέλλει ἀνελεῖν.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι μάλιστα τὰς πρώτας δεσπότηταις τότε ποθεῖσιν οἱ οὐκέται, ὅταν πείραν λάβωσιν ἑτέρων.

Μῦθος ρλγ'. Ὀνος καὶ Ἡμίονος.

Ονηλάτης ἐπιθεῖς ὄνω καὶ ἠμιόνω γόμους, ἤλαυνεν· ὁ δὲ ὄνος μέχει μὲν πεδίον ἦν, ἀντεῖχε

1. Mallem ἐκδώσῃ ut conveniat cum ἀπαλλάξῃ: verum ἐκδώσῃ est pro ἐκδώκῃ. Vid. pag. 180. not. 1.

2. παρ' ἐκείνοις τοῖς δεσπότηταις. Planudea lectio Fab. XLV. eum qua haec nostra concordat, enucleatius habet

Fab. CXXXII. Asinus et Coriarius.

Asinus olitori cuidam serviens, quum parum comederet, et multum laboraret, precatus est Iovem, ut olitore relicto, in alius heri potestatem traderetur. Iuppiter, licet Asini consilium non laudaret, tamen fecit, ut figulo venderetur. At quum rursus id aegre ferret, quod graviora apud illum onera, argillam, et lateres portare cogeretur, iterum Iovem de domino mutando rogavit. Is vero, ut Coriario venundaretur, effecit. Tum Asinus peiorem dominum nactus, quaeque ab eo fieri solebant conspicatus, Heu me miserum! gemens ait; melius erat mihi, apud optimos heros illos manere; nam iste, ut video, pellem meam quoque deglubet.

Fabula innuit, quod priores dominos tunc maxime servi desiderant, quum alios experti fuerint.

Fab. CXXXIII. Asinus et Mula.

Agaso quidam Asinum, et Mulam mercibus oneratos agebat. Et Asinus quidem donec in

παρὰ τοῖς προτέροις δεσπύταις, quibus verbis *olitor* et *figulus* designatur.

3. Paucis differt haec fabula a superius allata XXIV. nisi quod heic narratio prolixior est. Haec varietas

πρὸς τὸ βάρος. Ὡς δὲ ἐγένοντο κατὰ τι ὄρος, μὴ δυνάμενος ὑποφέρειν, παρεκάλει τὴν ἡμίονον, μέρος τι τῆ γόμου αὐτῆ προσδέξασθαι, ἵνα τὸ λοιπὸν αὐτὸς διακομίσει διωηθῆ. Τῆς δὲ παρ' ἐδὲν θεμένης αὐτῆ τὸς λόγους, ὁ μὲν, κατακριμνιάσει διερράγη. Ὁ δὲ ὀνηλάτης ἀπόρων τὸ τί ποιήσῃ, ἐ μόνον τῆ ὄνου τὸν γόμον τῆ ἡμίονου προσέθηκεν, ἀλλὰ καὶ τὴν βύρσαν τῆ ὄνου ἐπέσάρευσεν. Ἡ δὲ ἐ μετρίως καταπονηθεῖσα ἔφη· δίκαια πέπονθα· εἰ γὰρ παρακαλῶντι μικρὸν κεφίσασαι ἐπέισθην, ἐκ ἂν νῦν μετὰ τῆ αὐτῆ φορτίου, καὶ αὐτὸν ἔφερον.

Οὕτως καὶ τῶν δανεισῶν εἴιοι, διὰ φιλαργυρίαν ἵνα μικρὰ ἐπιτόκια λάβωσι, πολλάκις καὶ αὐτὸ τὸ κεφάλαιον ἑξορῶσιν.

Μῦθος ρλδ'. Ὄνος καὶ Λύκος.

Ονος ποτὲ σκόλοπα πατήσας, ἴσατο χωλὸς μὴ δυνάμενος ὀδεῦσαι. Λύκον δὲ ἰδὼν, καὶ τοῦτον δειλιάσας μήπως, ὡς τρέπους, αὐτῷ γένηται βρῶμα, ἀνεβύησε, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐλάλει· λύκε μέγιστε, νυνὶ θεήσκω ἐκ πόνου,

profecto declarat, Aesopicas Fabulas a Babrii opere varie a variis in prosam resolutas fuisse, ac Librariorum avaritia in unum coacervatas, ut volumina maiora conformarent.

planitie iter processit, oneri ferendo par fuit; ast ubi in montana venere, quum illud amplius sustinere non posset, Mulam, ut partem eius aliquam susciperet, precabatur, quo reliquum ipse perferre posset. Ea vero ipsum orantem quum sprevisset, Asinus in praeceps delatus periit. Tum agaso quo se verteret nesciens, ei non solum onus Asini, sed pellem quoque Mulae ferendam imposuit. Illa igitur vehementer defatigata, *Digna patior*, inquit; nam si roganti, ut aliquid oneris levarem, paruissem, nunc eius sarcinam, omnemque ipsum non gererem.

Ita nonnulli foeneratores, dum auro inhiantes, vel minimo quoque in foenore nummos ponunt, saepe cum nummis vel ipsam sortem amittunt.

Fab. CXXXIV. Asinus et Lupus.

Asinus quum spinam pede pressisset, claudus factus gressum movere non poterat. Lupum interim conspicatus, ac veritus, ne eius esca fieret, quod tribus pedibus male effugere posset, ipsum compellavit, et, *O Lupe praeclarissime*,

1. Ita in Cod. ab inusitato ἀπέλλω.

2. ὄνος ποτέ. Eiusdem argumenti Fab. occurrit in Neveleti Collectione num. 263. sed nostra longe alio stilo, aliaque orationis forma conscripta est.

καλόν μοί ἐσι τὸ σου δειπνος γενέσθαι, ἢ τῶν
 γυπῶν καὶ κοράκων. Χάριν δὲ μίαν νῦν ἔξαι-
 πῶ σε, πάτερ, ὅπως ἐκβάλης ἄκανθαν ἐκ τῆ
 ποδός μου, μὴ μετὰ πόνου ἐγὼ ὁ πάλας θνή-
 ξω. Εὐθύς δ' ὁ λύκος τῶν ὀδόντων τοῖς ἄκροις
 τὸν σκόλοπα δάκνων, ἐξείλε παραυτίκα. Λυθεὶς
 δὲ τοῦ πόνου, χάσκοντας τοῦ λύκου, τοῦτον κῆ
 τοὺς ὀδόντας θλάσας, χεῖλη, μέτωπον, κάραν,
 καὶ τὰς ὀσφρήσεις, ἀπεπήδησε, καὶ οἴκαδε
 ἀπήει. Καὶ ὁ λύκος ἔφη· δίκαια πάχω· με-
 μαθηκῶς γὰρ πρώην μάγειρος εἶναι, ἵνα τί
 ὄνε ἰατρὸς ἐγινόμην;

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι πολλοὶ τοὺς ἐχθρούς
 αὐτῶν φιλεῖν πειρώμενοι, ἀντὶ ἀμοιβῆς κακὰ
 αὐτοῖς παρέχουσι.

Μῦθος ρλέ. Ὄνος βασάζων ἄγαλμα.

Ονω τις ἐπιθεὶς ἄγαλμα, ἤλαυνεν εἰς πόλιν.
 Πάντων δὲ τῶν συναντώντων προσκυνέντων τὸ ἄ-
 γαλμα, ὑπολαβὼν ὁ ὄνος, ὅτι αὐτῷ προσκυ-
 νῆσιν, ἀναπτερωθεὶς ὠγκᾶτο, καὶ ἐκέτι πε-
 ραιτέρω προβαίνειν ἐβέλετο. Καὶ ὁ ὀνηλάτης αἰ-

1. ἀναπτερωθεὶς ὠγκᾶτο. Ad hoc respicit adagium il-
 lud pervulgatissimum, ὄνος ἄγων μυσηρία, *Asinus por-
 tans mysteria*, ab Aristophan. in *Ranis* usurpatum;
 quod in eum dici potest, qui praeter dignitatem in
 munere quopiam versatur. Quo in loco Scholiastes

inquit, en iam dolore confectus pereo; sed tamen iucundum est mihi, tua potius esca, quam corvorum, et vulturum praeda fieri. Vnum autem peto abs te, pater, ut scilicet spinam hanc educas mihi de pede, ne tanto miser cum dolore moriar. Tum Lupus summis dentibus spinam corripiens, eam dicto citius evellit. Sed Asinus cruciatu solutus, hiantis Lupi dentes, labia, frontem, atque caput, et supercilia calcibus comminuit, ac liber inde se fuga proripuit. Quapropter Lupus, Merito haec patior, inquit: iampridem enim lanionis artem edoctus, quid Asini medicus esse volui?

Fabula significat, quod plerique, dum suos inimicos amore prosequi student, sibimetipsis pro mercede damna comparant.

Fab. CXXXV. Asinus gestans simulacrum.

Asinum Dei simulacro oneratum in urbem quidam agebat. Quod quum obvii omnes adorarent, Asinus fieri id sibi credens, superbia tumens, rudere coepit, nec progredi ulterius volebat. Sed agaso id sentiens, et asellum fu-

adfirmat, inde natum proverbium, quod olim quibus ad peragenda Sacra Eleusinia opus erat, asino imposita deportabantur. Ad hoc adlusit etiam Apuleius, quum se fingit Asinum Cererem Deam circumferentem.

δόμενος τὸ γεγονός, τῷ ῥοπάλῳ αὐτὸν παίων,
ἔφη· ὦ κακὴ κεφαλὴ, αἴτει καὶ τῆτο λοιπὸν, εἴαν
οἴτους ὑπὸ ἀνθρώπων προσκυνεῖσθαι ζητῆ.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ἔγω καὶ οἱ τοῖς ἀλλοτρίοις
ἀγαθοῖς ἐπαλαζδνεύομενοι, παρὰ τοῖς εἰδόσιν
αὐτὲς γέλωτα ὀφλισκάνουσιν.

Μῦθος ρλς'. Ὄνος ἄγριος.

Ονος ἄγριος, ὄνον ἡμέρον θεασάμενος ἐν
τινι εὐηλίῳ τόπῳ, προσελθὼν ἐμακάριζεν αὐ-
τὸν ἐπὶ τε ἐξουσίᾳ τοῦ σώματος, καὶ τῇ τῆς
τροφῆς ἀπολαύσει. Ὑστερον δὲ ἰδὼν αὐτὸν ἀχ-
θοφοροῦντα, καὶ τὸν ὀνηλάτην ὀπιθεῖν ἐρχό-
μενον, καὶ ῥοπάλοις παίοντα, εἶπεν· οὐκέτι
σε εὐδαιμονίσω· ὁρῶ γὰρ, ὅτι οὐκ ἄνευ κα-
κῶν μεγάλων τὴν ἀφθονίαν ἔχεις.

Ὅπως ἐκ ἔσι ζηλωτὸν, τὰ μετὰ τῶν κινδύνων
καὶ ταλαιπωριῶν γινόμενα κέρδη.

1. Ὄνος ἄγριος. Ὀναγρος aliis vocatur, Latinis onager, Asinus silvestris. Plin. Lib. VIII. c. 44. Onagro et Asino genitus, omnes antecellit. Onagri in Phrygia et Lycaonia praecipui. Pullis eorum, ceu praestantibus sapore Africa gloriatur, quos lalisiones appellant. Agno-

stibus caedens, O pessimum caput, inquit, haec verbera quoque sume tibi, si asinos ab hominibus coli praesumis.

Fabula innuit, ita et eos, qui aliena ostentant, ut sua, deridiculos consciis esse.

Fab. CXXXVI. Asinus silvestris.

Asinus silvestris, in aprico quodam loco asinum domesticum quum vidisset, obviam procedens ipsum beatum praedicabat, tum ob egregiam corporis habitudinem, tum ob cibi suavitatem, quo abunde perfruebatur. Deinde vero quum eum onera ferentem, et agasonem pone sequentem, baculisque caedentem adspexisset, Ast ego, inquit, non amplius beatum te dixerim; video enim, quod magnis non sine malis bonorum copiam habes.

Ita lucro illi non invidendum, quod periculis, et calamitatibus obtinetur.

scas iterum ex his etiam patriam huius λογοποιῶ. *Heusing.* ad Fab. Plan. CXI. quae eiusdem est argumenti.

2. ἐπί τε ἐξουσία. Planudea lectio est, ἐπί τε τῇ εὐεξία, quam sane praefero; quid enim heic vult sibi ἐξουσία σώματος?

Μῦθος ρλζ'. Ὄνος καὶ Τέττιγες.

Ονος ἀκούσας τεττίγων ἀδόντων, ἤσθη ἐπὶ τῇ εὐφωνίᾳ, καὶ ζηλώσας αὐτῶν τὴν ἠδύτητα εἶπε· τί σιτούμενοι τοιαύτην φωνὴν ἀφίετε;¹ Τῶν δὲ εἰπόντων δρόσον, ὃ ὄνος προσπαραμένων τῇ δρόσῳ, λιμῶ διεφθάρη.

Ὅπως οἱ τῶν παρὰ φύσιν ἐπιθυμῶντες, παρὰ τὸ μὴ ἐπιτυχεῖν ὧν ἐφίονται, καὶ τὰ μέγιστα δυστυχῶσιν.

Μῦθος ρλη'. Ὄνοι πρὸς τὸν Δία.

Ονοι ποτὲ ἀχθόμενοι ἐπὶ τῷ συνεχῶς ἀχθοφορεῖν, καὶ ταλαιπωρεῖν, πρέσβεις ἔπεμψαν πρὸς τὸν Δία, λύσιν τινὰ τῶν πόνων αἰτέμενοι. Ὁ δὲ ἐπιδείξαι βεβλόμενος, ὅτι τῷτο ἀδύνατόν ἐστιν, εἶπε· τότε³ αὐτοὶ ἀπαλλαγῆσεθε τῆς κακοπαθείας,

1. Τῶν δὲ εἰπόντων δρόσον. Cicadas rore ali veterum quoque sententia fuit. Hinc Anacr. Ode 43.

Μακαρίζομέν σε, πέττιξ,

Ὅτι δένδρέων ἐπ' ἄκρων,

Ὀλίγην δρόσον πεπωκῶς,

Βασιλεύς ὅπως αἰέδεις.

Elegantissimum quoque de cicada exstat Leonidae Epigramma in *Antholog.* Lib. VI. cap. 16. 3.

Οὐ μόνον ὑψηλαῖς ὑπὸ δένδρεσιν οἶδα καθίζων

Ἀέδαν, ζαθερῶ καύματι θαλπόμενος.

Fab. CXXXVII. Asinus et Cicadae.

Asinus Cicadis canentibus auditis, suavi earum voce summopere est delectatus. Quam quum vellet aemulari, Quonam cibo, inquit, vesci soletis, ad huiusmodi vocem comparandam? Rore, respondere Cicadae: sed Asinus dum rorem exspectat, fame absumptus periit.

Ita qui naturae contraria concupiscunt, illa non modo numquam adsequuntur, sed in maxima quoque infortunia incidunt.

Fab. CXXXVIII. Asini ad Iovem.

Dolentes olim Asini, quod continuo onera ferrent, atque in aerumnis vitam traherent, legatos ad Iovem misere, solamen aliquod laborum petentes. Quod quum Iuppiter fieri non posse ostendere vellet, tunc eos, inquit, a la-

Προίκιος ἀνθρώποισι κελευθήτησιν αἰοιδός

Θηλάης ἔρσης ἰκμάδα γεύόμενος κ. τ. λ.

Vide Plinium Lib. II. cap. 36.

2. *Ονοι ποτέ. Concordat haec Fabula cum Planudea CXII. Hinc facile Phaedrus suam excogitavit de Canum legatis ad Iovem missis, quae est Lib. IV. Fab. 17.

3. αὐτοί ἀπαλλαγίσεθε. Legendum αὐτῶς ἀπαλλαγίσεισθε, ut conveniat cum ποιήσωσι.

ὅταν ἔρῳντες ποταμὸν ποιήσωσι. Κακῆνοι ἀλι-
θέυειν αὐτὸν ὑπολαβόντες, ἀπ' ἐκείνης καὶ μέχει
νῦν, ἔνθεν ἂν ἀλλήλων ἔρον ἴδωσιν, ἢ ἐτέρου
ὕγρον, καὶ αὐτοὶ παραστάντες ἔρῳσιν.

Ὅλως δηλοῖ, ὅτι ἐκάστῳ τὸ πεπρωμένον
ἀθεράπευτον.

Μῦθος ρλθ'. Ὄνος καὶ Ὀνηλάτης.

Ονος ὑπὸ ὀνηλάτῃ ἀγόμενος, ὡς μικρὸν ἀπὸ
τῆς ὁδοῦ προῆλθεν, ἀφείς τὴν λείαν ἀτὰρ διὰ
κρημνῶν ἐφέρετο. Μέλλοντος δὲ αὐτῆ κατακρημνί-
ζεσθαι, ὁ ὀνηλάτης ἐπιλαβόμενος τῆς ἔρῳς, ἐπει-
ράτο μετὰγειν αὐτόν· τῆ δὲ εὐτόνως ἀντιπίπτον-
τος, ἀφείς αὐτόν, ἔφη· ὦ ἔνε, νίκα, κακὴν γὰρ
νίκην νικάς.

Ὅλως πρὸς ἄνδρα φιλόνεικον.

Μῦθος ρμ'. Ὄνος καὶ Λύκος.

Ονος ἐν τινι λειμῶνι νεμόμενος, ὡς ἐθεάσατο
λύκον ἐπ' αὐτὸν ὀρμώμενον, χωλαίνειν προσε-
ποιεῖτο. Τῆ δὲ προσελθόντος αὐτῷ, καὶ τὴν αἰ-

1. οὐρεῶσιν. Asinariis notissimum hoc non praeter-
cunt, qui animalium historiam exposuerunt. Vide
Ionston. de quadrupedibus Lib. I. cap. 2. p. 13. Heu-

boribus vacuos fore, quum mingendo fluvium fecerint. Illi id verum eum dicere rati, iam tempore ab illo, ubi suam aut aliorum urinam vident, ipsi quoque mingere solent.

Id omnino declarat, cuiusque fatum inevitabile esse.

Fab. CXXXIX. Asinus et Agaso.

Asinus dum ab Agasone ageretur, a via paulum digressus, relicta planicie, praerupta in loca ferebatur. At quum denique in praeceps rueret, Agaso cauda arreptum conabatur in viam reducere. Sed quum Asinum a lapsu retinere non posset, eum omnino dimisit, et, Vince utique, ait: infaustam enim victoriam reportas.

Id omnino in hominem quadrat, qui continuo contendere cupit.

Fab. CXL. Asinus et Lupus.

In prato quodam Asinus pascens, quum Lupum contra ruentem vidisset, se claudum esse simulavit. Eo itaque accedente, caussamque, qua

sing. ad Fab. Planud. supra citat.

2. Est haec Fabula eiusdem argumenti ac superius allata CXXXII., a qua nihil nisi verbis differt.

τίαν πυνθανομένους, δι' ἣν χαλαίνει, ἔλεγεν· ὡς φραγμὸν διέβαινον, σκόλοπα ἐπάτησα· καὶ παρήνει αὐτὸν πρῶτον ἐξελεῖν τὸν σκόλοπα, εἴθ' ἔπως αὐτὸν καταδοιμήσασθαι, ἵνα μὴ ἐσθίων περιπαρῆ. Τῷ δὲ ἐμπεισθέντος, καὶ τὸν πόδα αὐτῷ ἐπάρωντος, ὅλον τὸν νῦν πρὸς τὸν σκόλοπα ὡς δῆθεν ἔχοντος, ὁ ὄνος λάξ εἰς τὸ στόμα αὐτῷ ἀφείς, τὰς ὀδόντας αὐτῷ ἐξετίναξε. Καὶ ὡς κακῶς διατεθεῖς, ἔφη· ἀλλ' ἔγωγε δίκαια πέπονθα· τί γὰρ τῷ πατρός με μάγειρον διδάξαντος, ἰατρικὴν τέχνην ὑπελαβόμενον;

“Οὕτως καὶ πῶν ἀνθρώπων οἱ ² μή τι προσήκουν ἐπιχειροῦντες, εἰκότως δυστυχῶσιν.

Μῦθος ρμα'. "Ονος λεοντῆν φέρων.

Ονος ἐνδυσάμενος λέοντος δορὰν, περιήει ἐκφοβῶν τὰ ἄλογα ζῶα. Καὶ δὴ θεασάμενος ἀλώπεκα, ἐπειρᾶτο καὶ ταύτην ³ δεδίττεσθαι. Ἡ δὲ ὡς ἔτυχεν ἀκίσασα αὐτῷ φθελξαμένους, ἔφη· ἀλλ' εὐῖσθι, ὡς καὶ γὰρ ἂν σε ἐφοβήθην, εἰ μὴ ὀγκόμενον ἂν σε ἤκουσα.

1. Ita corrigendam putavi lectionem Cod. περιπαρῆς.

2. μή τι. Ita in Cod. scriptum fuisse videtur, licet haec vox fere tota evanuerit.

3. δεδίττεσθαι. Penitus haec vox in Codice periit, nec aliud nunc nisi vestigium . . . σθαι superstat. Coniectura tamen, atque ex Planudea Fab. CXIII.

claudus esset, interrogante, Quum sepem, Asellus inquit, transirem, sentem calcavi. Hinc Lupum rogare coepit, ut antequam se voraret, sentem illum evelleret, ne scilicet inter edendum transfigeretur. Persuasus ille, pedem Asini sublevat, et extrahere sentem aggreditur. Quam in rem dum totus incumbit, Asinus os eius calce percussit, omnesque ei dentes confregit. Quo Lupus graviter dolens, Merito, inquit, hoc patior: quid enim a patre lanionis artem edoctus, nunc medicam volui exercere?

Ita homines, ea, quae se minime decent aggressi, merito infelices fiunt.

Fab. CXXI. Asinus pellem Leonis gestans.

Asinus pelle Leonis indutus, per nemora, reliqua bruta perterrens, vagabatur. Vulpe autem conspecta, ipsi quoque timorem iniicere conatus est: sed haec, ubi casu eius vocem audivit, Scias velim, inquit, quod et ego te sane pertimuissem, nisi rudentem audivissem.

quae cum nostra plane concordat, ita reposuimus. Ceterum ex hac fortasse fabella derivatum est proverbium, *Asinus apud Cumanos*, de quo vide Lucianum in *Piscatore* §. 32, et alibi, nec non Erasmus in *Adagiis*.

“Ουτως ἔνιοι πῶν ἀνθρώπων τοῖς ἔξωθεν τύφοις δοκῶντές τινες εἶναι, ὑπὸ τῆς ἰδίας γλωσσαλγίας ἐλέγχονται.

Μῦθος ρμβ'. Ὀνος καὶ Βάτραχοι.

Ονος ξύλων γόμον φέρων, λίμνην διέβαινον. Ὡς δὲ ὀλισθήσας κατέπεσον, ἐξανασπῆναι μὴ δυνάμενος, ὠδύρετο, καὶ ἔστενον. Οἱ δὲ ἐν τῇ λίμνῃ βάτραχοι ἀκέσωντες αὐτῷ πῶν στεναγμῶν, ἔφησαν· ὦ ἔτος, καὶ τί ἂν ἐποίησας, εἰ πσῶτον χρόνον διέτριβες ἐνταῦθα, ὅσον ἡμεῖς, ὅτι πρὸς ὀλίγον πεσὼν ὠδύρη;

Τέτω τῷ λόγῳ χρήσαιτο ἂν τις πρὸς ἄνδρα ράθυμον, ἐπ' ἐλαχίστοις πόνοις δυσφορῶντα, αὐτὸς τὸς πλείονας ραδίως ὑφιστάμενος.

Μῦθος ρμγ'. Ὀνος, Κόραξ, καὶ Λύκος.

Ονος ἠλκωμένος τὸν νῶτον ἐν τινι λειμῶνι ἐτρέφετο. Κόρακος δὲ ἐπικαθίσαντος αὐτῷ, καὶ τὸ ἔλκος κρούοντος, ὁ ὄνος ἀλγῶν ὠγκᾶτο, καὶ ἐσκίρτα. Τοῦ δὲ ὀνηλάτου πόρρωθεν ἐσπῶτος, καὶ γελῶντος, λύκος παριῶν ἐθεάσατο, καὶ πρὸς αὐτὸν ἔφη· ἄθλιοι ἡμεῖς, οἳ κἂν αὐτῷ μόνῳ ὀφθῶμεν, διωκόμεθα, ἅτερες δὲ καὶ προσιόντας προσγελῶσιν.

1. πέτες δέ. Nempe Corvus. Ita Lupus de infelici Luporum conditione conqueritur, quod nimirum ab ho-

Ita nonnullos homines, dum exteriori fastu aliquid esse videntur, suametipsa garrulitas qui sint manifestos facit.

Fab. CXLII. Asinus et Ranae.

Asinus ligna ferens, per paludem quamdam transibat. Paullatim autem lapsans, ut demum decidit, nec ulla vi surgere potuit, lamentari, ac suspiria ducere coepit. Ranae vero, quae ibi aderant, ubi eius gemitus audiverunt, Heus tu, dixere, si vix lapsus ita quereris, quidnam faceres, si tanto tempore, quanto nos, heic fuisses?

Hac fabula uti poterit aliquis in virum segnem, qui ob minimos quosque labores tristatur, dum alioqui maiores etiam facile perfert.

Fab. CXLIII. Asinus, Corvus, et Lupus.

Asinus, cuius in dorso ulcus inerat, in prato quodam pascebatur. Corvus autem quum supra ipsum constitisset, ac rostro ulcus feriret, Asinus prae cruciatu vehementer rudebat, atque saltabat. Procul interim stante agasone, deque illo ridente, Lupus forte praeteriens, ubi fieri id vidit, Heu nos miseros, secum ait; nos enim homines si tantum viderint, statim

minibus continuo bello impetantur, Corvi vero nulla molestia afficiantur.

"Ολως δήλοϊ, ὅτι οἱ κακῆργοι τῶν ἀνθρώπων
καὶ ἐξ ἀπρόοπτα δήλοι εἰσίν.

Μῦθος ρμδ'. "Ονος, Ἀλώπηξ καὶ Λέων.

Ονος καὶ ἀλώπηξ κοινωνίαν συνθέμενοι πρὸς
ἀλλήλους ἐξῆλθον ἐπὶ ἄγραν. Λέοντος δὲ αὐ-
τοῖς παρατυχόντος, ἡ ἀλώπηξ ὀρώσα τὸν ἐπιηρη-
μένον κίνδυνον, προσελθῆσα τῷ λέοντι, ὑπέχε-
το παραδώσειν αὐτῷ τὸν ὄνον, εἰὰν αὐτῇ τὸ ἀκίν-
δυνον ἀπαγγέλληται. Τοῦ δὲ αὐτὴν ἀπολύειν
φήσαντος, προσαγαγῆσα τὸν ὄνον εἰς τὴν πα-
γίδα πειεῖν παρεσκέυασε· καὶ ὁ λέων ὀρών
ἐκεῖνον φυγεῖν μὴ δυνάμενον, πρῶτην τὴν ἀλώ-
πεκα συνέλαβεν, εἶθ' οὕτως ἐπὶ τὸν ὄνον
ἐτράπη.

"Ουτως οἱ τοῖς κοινωνοῖς ἐπιβελέουοντες, λαν-
θάνουσι πολλάκις καὶ ἑαυτὰς συναπολλύοντες.

Μῦθος ρμέ'. "Ορνις καὶ Χελιδών.

Ορνις ὄφρα ὡς εὐρών, καὶ ταῦτα ἐπιμελῶς
ἐκθερμάνασα, ἑξεκάλυψε. Χελιδών δὲ αὐτὴν
θεασαμένη ἔφη· ὦ ματαία, τί ταῦτα ἀνατρέ-

α. ἐξεκάλυψε. Placet magis ἐξεκόλαψε, ut habet Pla-

persequuntur, hos vero etiam accedentes cum risu libenter excipiunt.

Id omnino declarat, maleficos homines, licet numquam antea visos, statim tamen agnosci.

Fab. CXLIV. Asinus, Vulpes, et Leo.

Asinus et Vulpes, societate simul inita, venatum se contulere. Leo autem quum iis occurrisset, periculum imminens Vulpes agnoscens, illi ultro se offert, eique Asinum se tradituram pollicetur, si ipsam incolumem atque indemnem dimiserit. Quod quum ille promisisset, Vulpes in casses quasdam Asinum adducit, atque ut in illas incideret de industria curavit. Sed Leo ipsum effugere non posse videns, primum Vulpem comprehendit, atque deinde se ad Asinum vertit.

Fabula indicat, ita et eos, qui sociis insidiantur, semetipsos quoque nescios perdere.

Fab. CXLV. Gallina serpentis ova incubans.

Gallina quum serpentis ova invenisset, ea sedulo fovens et incubans, matura tandem excludit. Hirundo autem eam conspicata, O denud. Fab. CXVII. quae cum nostra plane convenit.

φεις, ἄπερ, ἂν ἀυξηθῆ, ἀπὸ σῆ πρώτης τὸ
ἀδικεῖν ἄρξονται;

“Ουτως ἀτιθάσσευτός ἐστὶν ἡ πονηρία, καὶ
τὰ μάλιστα ἐνεργεῖται.

Μῦθος ρμς'. Ὀρνιθοθήρας καὶ Κορυδαλός.

Ορνιθοθήρας πτηνοῖς παγίδας ἴστα. Κορυ-
δαλός δὲ τῆτον θρασυάμενος, ἠρώτα, μακρόθεν
ἐσπῶς, τί ἐργάζῃ· τῷ δὲ εἰπόντος, πόλιν κτίζω,
καὶ μικρὸν ὑποχωρήσαντος, καὶ κρυβέντος, ὁ κο-
ρυδαλός πειθεὶς τοῖς λόγοις τῷ ἀνδρὸς, προσ-
ῆλθε τῷ τόπῳ, καὶ τὸ δέλεαρ ἐσθίων, ἔλαθεν
ἐμπισεῖν εἰς τὰς βρόχους. Ὁ δὲ ὀρνιθοθήρας δρα-
μῶν, ἀνελάβετο αὐτόν· καὶ ὁ κορυδαλός, ὃ ἔτος,
ἔφη, ἐὰν τοιαύτας πόλεις κτίζῃς, ἴ πολλὰς ἐνοικῶ-
ντας εὐρήσεις.

“Ολως δηλοῖ, ὅτι τότε μάλιστα καὶ οἰκοὶ καὶ
πόλεις ἐρημῶνται, ὅταν οἱ προσιπῶτες χαλεποὶ
ᾧσιν.

Μῦθος ρμζ'. Ὀρνιθοθήρας καὶ Πελαργός.

Ορνιθοθήρας ἰ δίκτυα γεράνοις ἀναπετάσας,
πόρρωθεν ἐθεώρει τὴν ἄγρην. Πελαργὸς δὲ σὺν

1. πολλὰς ἐνοικῶντας. Planudea lectio utpote exstat in
Fabula XLVI. quae eiusdem est argumenti, habet
negative ἢ πολλὰς. Qualis melior sit habenda, per se

mens, ait, quid foetus huiusmodi nutris, qui quum excreverint, a te primum laedendi initium sument?

Ita pravitas suapte natura pervicax est, licet maximis beneficiis cumuletur.

Fab. CXLVI. Auceps, et Galerita.

Auceps volucribus retia figebat; quem quum Galerita vidisset, stans eminus, quidnam ageret, percontabatur. Tum ille, Urbem condo, ait. Hoc ubi dixit, inde paullulum se subduxit, occultavitque. Galerita eius verbis fidem adhibens, ad propositam escam colligendam illuc accessit, et inscia in laqueos incidit. Tum Auceps accurrens eam capit: cui Galerita, Si tu, inquit, urbes huiusmodi condis, incolas sane multos habebis.

Omnino fabula indicat, tunc maxime et domus et urbes desertas reddi, quum earum praefecti saevitiam exercent.

Fab. CXLVII. Auceps et Ciconia.

Auceps quum gruibus retia posuisset, stans eminus, si quae in ea inciderent, prospiciebat.

quisque videt. Auctor vero Epimythii legisse videtur
 ἔ πολλός.

2. δίκτυα. Varias retium species non piscatores mo-

τοῖς γεράνοις ἐπικαθήσαντος, ἐπιδραμῶν, μετ' ἐκείνων καὶ αὐτὸν συνέλαβε. Τῷ δὲ δεομένῳ μὴ θύσαι αὐτὸν, καὶ λέγοντος, ὡς εἰ μόνον αὐτὸς ἀβλαβῆς ἐστὶ τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ ὠφελιμώτατος, τὰς γὰρ ὄφεις, καὶ τὰ λοιπὰ ἔρπετὰ συλλαμβάνων ἀναιρεῖ, καὶ ὁ ὀρνιθοθήρας ἔφη· ἀλλ' εἰ τὰ μάλιστα οὐ φαῦλος εἶ, διὰ τοῦτο κολάσειωσ ἀξίος, ὅτι μετὰ πονηρῶν κεκάθικας.

Ἄπαρ εἶν καὶ ἡμᾶς δεῖ τὰς τῶν πονηρῶν συνουσίας φεύγειν, ἵνα μὴ καὶ αὐτοὶ ἐκείνων τῆς κακίας κοινωνεῖν δόξωμεν.

Μῦθος ῥηή. Κάμηλος.

Οτε² πρῶτον κάμηλος ὤφθη, οἱ ἄνθρωποι φοβηθέντες, καὶ τὸ μέγεθος καταπλαγέντες, ἔφυγον· ὡς δὲ χρόνου προϊόντος συνιδόντες³ αὐτῆς τὸ πρᾶον, ἐθάρρησαν μέχρι τοῦ προσελθεῖν. Αἰδόμενοι δὲ κατὰ μικρὸν, ὡς⁴ χολήν

do, sed et venatores antiquitus habebant; quorum alia dicebantur δίκτυα, alia ἐνόδια, alia ἄρκυες, ut videre est apud Pollucem Lib. X. Cyneg. qui rem fusius explicat.

Ceterum eiusdem argumenti fabula occurrit etiam supra pag. 124. quod de aliis quoque observare licet. Sed et in Planud. Collectione nonnullae repetitae habentur, veluti fab. XIX. et CXLVII. XX. et CXLVI. CXXXIX. et CXLVIII. Ex quo magis magisque comprobatur, Aesopicarum quas nunc habemus Fabula-

Quum autem Ciconia una cum gruibus decidisset, Auceps accurrens eam quoque cum ipsis comprehendit. Tum illa ne interficeretur orabat, aiens, non solum hominibus se innoxiam esse, sed contra valde perutilem, quippe quae serpentes, ceterasque reptantes, caperet atque enecaret. Sed Auceps, Etsi, inquit, improba non sis, poena tamen es digna, eo quod improbis te sociam addixisti.

Debemus ergo malorum hominum coetus nos quoque evitare, ne pravitatis eorum participes videamur.

Fab. CXLVIII. Camelus.

Quando primum Camelus visus fuit, perterriti homines, eiusque magnitudinem admirati, in fugam se protinus converterunt. Vbi vero progressu temporis mansuetudinem eius cognovere, ad eum tandem accedere ausi sunt. Cito autem

rum seriem, a diversis, et diversis quidem temporibus, consarcinatam fuisse.

1. *πῖς*. Ita in Cod. Verum quum Lexicographi γέρανον foeminino genere usurpent, legendum videtur *παις*.

2. *πρωτων κάμηλος*. Perperam in Codice *πρωτοκάμηλος*. Ita restitui ex Planudea CXVIII. quae nostrae congruit.

3. *αυτῆς*. Male in Cod. *αυτῖς*.

4. *χολὴν πὸ ζῶον ἕκ ἕνα*. Plin. Lib. X. cap. 37. *Fel non omnibus datum animalibus equi, muli, aries,*

τὸ ζῶον οὐκ ἔχει, εἰς τοσοῦτον ἰφρονήσεως ἤλθον, ὥστε καὶ χαλινὰς αὐτῇ περιθέοντες, παισὶ ἐλαύνειν ἔδωκαν.

Ὅλως δηλοῖ, ὅτι τὰ φοβερά τῶν πραγμάτων συνήθεια καταπραΰνει.

Μῦθος ρμθ'. Ὅφεις πατέμενος.

Οφεις ὑπὸ πολλῶν πατέμενος ἀνθρώπων, τῷ Διὶ ἐνετύγχανεν. Ὁ δὲ Ζεὺς πρὸς αὐτὸν εἶπεν· ἀλλ' εἰ τὸν πρότερόν σε πατήσαντα ἐπληξας, οὐκ ἂν ὁ δεύτερος ἐπεχείρησέ σοι τοῦτο ποιῆσαι.

Ὅλως δηλοῖ, ὅτι τοῖς πρώτοις ἀνθρώποις ἀμυνόμενοι, τοῖς ἄλλοις φοβεροὶ γίνονται.

Μῦθος ρν'. Λαγωοὶ καὶ Βάτραχοι.

Οι λαγωοὶ πάντες συνελθόντες, ἐβόων ταῦτα πρὸς ἀλλήλους θρηνηῖντες· ἵνα τί δεινὸς ὁ βίος ἡμῶν ἐστὶ; καὶ γὰρ αἰετοὶ, ἀνθρώποί τε καὶ κύνες, ἅπαντες ἡμᾶς πειρῶνται καταθῦσαι. Βέλτιον ἔν ἐσὶν ἡμῖν θανατῶσαι ἑαυτὰς, καὶ μὴ ζῆν ἔτιω κακίως ἐν φόβῳ. Ταῦτά γε τέπων πρὸς

cervi, caprae, CAMELI, delphini non habent. Paullo aliter Aristot. Lib. IV. de part. animalium cap. 2. Τὰ μὲν γὰρ ὄλως οὐκ ἔχει χολήν, οἶον ἵππος, καὶ ὄρεὺς, καὶ ὄνος, καὶ ἔλαφος, καὶ πρόξ. Οὐκ ἔχει δὲ ἐδὲ ἢ κάμηλος ἀποκεκοιμένην, ἀλλὰ χολώδη φλέβια μᾶλλον.

sentientes, hoc animal bile prorsus carere, eo contemptus venerunt, ut fraena imponere, et pueris agendum tradere non dubitarent.

Hoc sane demonstrat, quod consuetudine terribilia mitescunt.

Fab. CXLIX. Serpens calcatus.

Serpens quum a multis hominibus conculcatur, hac de re Iovem supplex oravit. At Deus, Si primum, inquit, qui te pede calcavit, dentibus feriisses, nequaquam alter id facere ausus esset.

Id omnino declarat, quod qui hostibus primo incursu resistunt, ceteris formidabiles fiunt.

Fab. CL. Lepores et Ranae.

Lepores olim omnes in unum congregati, ita inter se gemebundi querebantur: Quid causae est igitur, quod tam misera haec nostra vita sit? Impune namque aquilae, homines, canes, omnes demum, nos usque ad internecionem persequuntur. Melius ergo nobis est om-

1. φρονήσεως. Mallem καταφρονήσεως, ut est in Planud. CXVIII. quae cum nostra convenit.

2. Parum differt haec Fab. a superius allata LXXXIX. nisi quod heic alio sermone enarratur.

ἀλλήλους εἰπόντων, ὥρμησιν εἰς λίμνην ἑαυτοὺς ἐμβαλεῖν. Οἱ δὲ βάτραχοι τούτους εὐθύς ἰδόντες, ἀπερρίφισαν παρδύθους εἰς τὸ ὕδωρ. Εἷς δὲ λαγῶς στρατηγέτης τυγχάνων, ἐμειδίασε, καὶ πρὸς αὐτοὺς ἐβόησε. Σπῆτε, ἀδελφοί, μηδὲν κακὸν¹ ποιήσετε· ὡς γὰρ ὁρᾶτε, δειλότερα τυγχάνουσι ταῦτα τὰ ζῶα ὑπὲρ ἡμᾶς ἅπαντας.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι τοῖς δυστυχῆσιν οὐ τὴν τυχεῖσαν παραμυθίαν φέρει τὸ καὶ ἑτέρους ὄραν κακοπαθεῖντας.

Μῦθος ρνά. Ὁνος καὶ Ἴππος.

Ονος ποτὲ ἐμακάριζεν ἵππον, διὰ τὴν τροφήν αὐτοῦ, καὶ τὴν θεραπείαν, τὴν δὲ ἑαυτῆ τύχῃ ἐμυκτέριζεν, ὡς ἀχθοφορῆντος πολλὰ, καὶ κοπιῶντος, καὶ εἶδὲ ἄχυρον εἰς κόρον λαμβάνοντος. Ἐπεὶ δὲ ἐπέστη καιρὸς πολέμου, καὶ ὁ στρατιώτης σὺν τοῖς ὅπλοις ἐπέβη ἐπὶ τὸν ἵππον, καὶ ὦδε κἀκεῖσε τοῦτον ἤλαυνεν, ὡς εἰς μέσον ἔβη τῶν πολεμῆντων, ² ξιφήρης ὁ ἵππος ἔκειτο ἐπ' ἐδάφους. Ὡς ἐν εἰώρα τῆτον ὁ ὄνος, εὐθύς μετεβάλλετο, καὶ τὸν ἵππον ἠλέει.

1. ποιήσετε. Mallem ποιήσατε.

2. ξιφήρης ὁ ἵππος. Manifestum vitium heic esse nullus dubito: haud enim equum ensem manu gerere dici potest. Itaque pro ξιφήρης, ξιφίκωνος reponendum

nino mori, quam vitam timore plenam tam pessime ducere. Haec ad invicem loquuti, in paludem, ut se in eam praecipites darent, impetum faciunt. Ranae vero ubi eos viderunt, in undas illico desiluere. Quod quum Lepus, qui praeibat, animadvertisset, subinde risit, ac extemplo ad ceteros conversus, Manete, sodales, ait, nullumque malum vobis inferte; nam, ut videtis, haec animalia longe nobis sunt timidiora.

Fabula declarat, miseros non parum levari, si etiam alios calamitatibus pressos videant.

Fab. CLI. Asinus et Equus.

Asinus olim beatum Equum tum ob pabulum, tum ob cultum praedicabat, sua vero sorte querebatur, quod onera multa ferens, multumque laborans, ne paleas quidem, quibus ad satietatem vesci posset, haberet. Quum autem belli tempus advenisset, miles armatus equum adscendit, eumque huc illuc impellens, in medios hostes defertur, donec Equus ense ictus humi corruit. Quem ut Asinus extinctum vidit, eius calamitatem miseratus, statim sententiam mutavit.

putarem, quemadmodum etiam verti. Stimulos addit Planudea LVIII. quae eiusdem est argumenti, quaeque habet *καὶ ὁ ἵππος πληγὴς ἔκειτο.*

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι καὶ τὸς πλουσίους, καὶ ἄρχοντας οὐ δεῖ ζηλοῦν, ἀλλὰ τὸν κατ' ἐκείνων φθόρον, καὶ κίνδυνον ἀναλογιζομένους, ἀγαπᾶν τὴν πονίαν, τὴν ἰ μητέρα τῆς ἡσυχίας.

Μῦθος ρνβ'. Ζεὺς καὶ Κάμηλος.

Ο Ζεὺς δήποτε αἰτούσῃ τῇ καμήλῳ, ² κέρατα ἔχειν, καὶ τοιαῦτα λεγέσῃ, λύπη μοι πολὺ ὑπάρχει διὰ τοῦτο, εἰκ ἐπέδωκεν, ἀλλὰ γε καὶ ³ πῶν ὠπῶν ἀπεσέρησε, πολλὰ αὐτὸς ⁴ χολάνας.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ὁ ἔχων τι, ἀρκείσθω ἐπ' ἐκείνῳ, καὶ πλείω μὴ ζητείτω, ἵνα μὴ καὶ ὁ ἔχει, ἀπολέσῃ.

Μῦθος ρνγ'. Ὄρνις χρυσοτόκος.

Ο ρνιθα δέ τις πάνυ καλλίστην εἶχεν, ἥτις ἔτικτεν αἰ χρυσᾶ ὠά. Ὁ δὲ νομίσας ἔνδον χρυσὸν ὑπάρχειν, σφάξας παρευθύς, εὔρεν αὐτὴν ὥσπερ καὶ αἱ λοιπαὶ τυγχάνουσιν ὄρνιθες· καὶ

Ι. μητέρα τῆς ἡσυχίας. Sola paupertas beate vivere concedit, quia in maxima tranquillitate sita est, si aequo animo toleretur. Nam, ut monet Seneca in Octavia:

Bene paupertas
Humili tecto contecta latet.

Fabula innuit, quod locupletes, ac principes haud aemulari debemus, sed potius invidiam, et pericula, quibus illi obnoxii sunt, perpendentes, paupertatem amare, quae tranquillitatis mater est.

Fab. CLII. Iuppiter et Camelus.

Iuppiter quondam Camelo cornua petenti, seque moestum sine his esse adfirmanti, ea non modo negavit, sed ira ingenti percitus, aures etiam decurtavit.

Fabula monet, ut sit quisque sua sorte contentus, nec plura quaerat, ne, quod habet, etiam amittat.

Fab. CLIII. Gallina auripara.

Gallinam quidam longe pulcherrimam habebat, quae aurea semper ova pariebat. Putans itaque aurum ei intus inesse, haud mora illam occidit, sed similem gallinis ceteris reperit.

Quatiunt alta saepe procellae,

Aut evertit fortuna domos.

2. κέρατα ἔχειν. Male in Cod. κέρατας ἡμῖν.

3. πῶν ὠπῶν. Vitiose in Codice legitur τὸν νῶτον.

4. χολάνας. Perperam et heic in Cod. χολάνας.

πλῆτον εύρηκένας νομίσας, ἀπεσπερήθη καὶ τῷ
μικρῷ τῷ κέρδεις.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι δεῖ τὸν ἔχοντά τι ἀρκεῖ-
σαι τέτῳ, τὴν δὲ ἀπληστίαν ἐκφεύγειν, μήπως
καὶ ὃ ἔχει ἀπολέσῃ.

Μῦθος ρνδ'. Βάτραχος καὶ Ἀλώπηξ.

Οντος ποτὲ ¹ βατράχου ἐν τῇ λίμνῃ, καὶ τοῖς
ζώοις πᾶσιν ἀναβοήσαντος, ἐγὼ ἰατρός εἰμι
φαρμάκων ἐπιστήμων, ἀλώπηξ ἀκέσασα ἔφη·
πῶς σὺ ἄλλους σώσεις, αὐτὸν χολὸν ὄντα μὴ
θεραπεύων;

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ὁ παιδείας ἀμύητος
ὑπάρχων, πῶς ἄλλους παιδεῦσαι δυνήσεται;

Μῦθος ρνε'. Ὄφεις καὶ Γεωργός.

Οφεις γεωργῶ προθύροις ἐμφωλέων, ἔδακε
τὸν πᾶν τῷ παιδίῳ, καὶ παραχρῆμα τέθνηκε.
Πένθος δὲ μέγα ἐγένετο τοῖς γονεῦσιν αὐτῷ. Τό-

1. βατράχου ἐν τῇ λίμνῃ. Eiusdem argumenti Fabula ex-
stat etiam in Collectione Planudis num. CXXXV. Ipse
tamen rem omnem σκώληκι *Lumbrico*, non *Ranae* tri-
buit; quod parum felici ingenio factum. Melius enim
dicitur de *Rana* χολὸν εἶναι, quae desultoriis passibus,
et claudi ad instar graditur, quam de *Lumbrico*, qui

Ita divitem se fore arbitratus, parvum quoque lucrum amisit.

Fabula significat, oportere quemquam eo quod habet esse contentum, atque cupidines insatiabiles evitare, ne, quae possidet, etiam deperdat.

Fab. CLIV. Rana et Vulpes.

Rana quaedam paludis incola, ita ceteris animalibus magna olim voce dicebat: Ego medicinam exerceo, ac sum medicamentorum omnium peritissima. Id audiens Vulpes, Quomodo, inquit, sanare alios poteris, dum tibi claudicanti non mederis?

Fabula significat, quod indocti nullo modo ceteros docere possunt.

Fab. CLV. Serpens et Agricola.

Serpens, qui ante Agricolae domum sibi cubile foderat, pedem eius filii momordit. Qui quum statim eo morsu periisset, magnus pro-

humi reptans, numquam cadit, aut vacillat.

Mallem vero pro ἄνθρωπος ποτέ et ceter. legi ἐξελεῖθόντος ποτέ βατράχου ἐκ τῆς λίμνης.

2. Convenit haec Fab. si argumentum spectes, cum superius relata num. XLII. sin vero narrationem, aliquid discriminis interest.

τε ὁ πατήρ πληγείς ὑπὸ τῆς συμφορᾶς, πέλεκυν λαβὼν, ἐπειρᾶτο τῷ θανατῶσαι τὸν παγκάκιστον ὄφιν. Καὶ δὴ ὁ ὄφις ἐξελθὼν τῷ θηρεῦσαι, εὐθύς ὁ ἀνὴρ καταδραμὼν ὀπίσω, στερρῶς κατ' αὐτῷ τὸ ξίφος καταφέρει. Ἀστοχήσας δὲ τῷ θανατῶσαι τῆτον, μόνον τῆς ἐρᾶς αὐτῷ ἀπέκοψε τὸ ἄκρον. Ὅς φόβῳ ληφθεὶς, μὴ καὶ αὐτὸν ¹ θανατώσει, λαβὼν ἄλευρον, ὕδωρ, καὶ μέλι, αὐτὸς ἐκάλει τὸν ὄφιν πρὸς εἰρήνην. Ὁ δὲ κάτωθεν λεπτὸν αὐτὸς συρίσας, καὶ γὰρ ἐκρύβη ἐπὶ πέτρας ὁ ὄφις, τῷ ἀνθρώπῳ ἔφησε, τοιάδε λέγων. ἀπὸ τῷ νῦν, ἀνθρώπε, μηκέτι κάμης· ὅλως ἐν ἡμῖν φιλία εἰ προσμένει. Ὁρῶν γὰρ ἐγὼ τὴν ἐράν μου λυπεῖμαι, καὶ σὺ δὲ πάλιν τὸν τύμβον τῷ υἱῷ σου βλέπων καθ' ὥραν, οὐκέτι εἰρηνεύεις.

Ὁ μῦθος δηλοῖ ὅτι εἰδὲς μίσους, ἢ ἀμοιβῆς κακῶν ἐπιλάθεται, μέχρῃς ἂν τὸ μνημόσυνον ² βλέπει, περὶ εἰ ἐλυπήθη.

Μῦθος ρησ'. Ὀδοιπόρος καὶ Ἑρμῆς.

Οδοιπόρος πολλὴν ἀνύων ὁδὸν, ἠύξατο λέγων ὅτι ὦ Ἑρμῆ, ³ εἰάν ἔυρω τί, σοι τὸ ἥμισυ ἀνα-

1. θανατώσει. Melius se haberet θανατώση.

2. βλέπει. Rectius βλέπη.

3. εἰάν ἔυρω τι. Mos erat veterum, si quid ex insperato invenirent, Mercurio partem tribuere. Nam, ut ait Phurnutus in libello de Nat. Deorum: ὁπόταν

inde inter parentes luctus est exortus. Pater itaque ea calamitate percussus, arrepta securi scelestissimum illum anguem enecare studebat. Qui quum demum ad pabulum exiisset, accurrens confestim Agricola in eum fortiter securim intorsit; sed quum bene non collimasset, extremum caudae tantummodo abscidit. Tum Agricola timens, ne Serpens ipsum quoque interficeret, farinam, aquam, et mel sumpsit, eumque ad pacem redintegrandam invitavit. Sed ille leniter sibilans, tutus enim sub petra continuo latebat, Ne amplius, inquit, vir bone, ad labores; inter nos enim amicitia nulla esse potest: nam et ego, donec me cauda mutilum, et tu, donec filii tui sepulcrum videbis, pacato animo esse non possumus.

Fabula indicat, neminem odii, ultionisque posse oblivisci, donec iniuriae perpessae memoriam ob oculos habeat.

Fab. CLVI. Viator et Mercurius.

Viator longum iter ingressus, Mercurio, si quid invenisset, se dimidium oblaturum votis

τις εὕρη τι προάγων ἐν ὁδῷ, σύνηδες ἐπιφθέγγεσθαι, κοινὸν εἶναι τῷ Ἑρμῇ, ὃς δὴ σωίστωρ ἐστὶ τῆς εὕρησεως. Si quis iter faciens forte fortuna quid invenit, consuetudo inolevit, ut inventor exclamet, rei inventae partem etiam Mercurio competere; inventionis enim conscius est. Hinc

θήσω. Περιτυχῶν δὲ πῆρα, ἐν ἧ ἀμύγδαλα ἦσαν, καὶ φοίνικες, ταύτην ἀνείλετο, οἰόμενος ἀργύριον εἶναι. Ἐκτινάξας δὲ εὔρε τὰ ἔνοντα. Καταφαγῶν δὲ ταῦτα, καὶ λαβῶν πῶν ἀμυγδαλῶν τὰ λέπη, καὶ πῶν φοινίκων τὰ ὅστα, ἐπίτινος βωμῷ ἔστηκεν εἰπών· ἀπέχεις, ὦ Ἑρμῆ, τὴν εὐχήν· καὶ γὰρ τὰ ἐντὸς, καὶ τὰ ἐκτὸς πρὸς σὲ ἀνέθηκα.

Ὁ λόγος πρὸς ἄνδρα φιλάργυρον, τὸν καὶ θεὸς διὰ πλεονεξίαν κατασοφίζόμενον.

Μῦθος ρνζ'. Ὀρνις καὶ Αἴλερος.

Ὀρνις δέποτε κατακλιθεὶς ἠρρώσει· εἰς ἐν αἴλερος προκύψας, ἔφη ταῦτα· πῶς ἔχεις, φίλε; τί δέ σοι; ἵνα τι χρήζης, ἀνάγγειλόν μοι, καὶ πάντα σοι παρέξω· ὅμως ἔγειρε, καὶ τέυξῃ τῆς υἰγείας. Ἡ δὲ ἀπεκρίθη πρὸς τὸν αἴλερον ταῦτα· εἰ σὺ παρέλθῃς, ἐγὼ οὐκ ἀποθνήσκω· ζωὴν γὰρ ζήσω δορκάδος ὑπερτέρου.

Graeci, omnia quae fortuna reperiuntur, Ἑρμαῖα, id est *Mercurialia* vocant. Vide Suidam in Ἑρμῆς, et Barlaeam ad Luciani *Timon*. pag. 131. nec non Meursium ad Lycophr. *Cassandram* pag. 54. b.

promisit. Quum autem in peram amygdalis, dactylisque refertam forte incidisset, eam laetus capit, nummos ibi inesse arbitratus; sed ea excussa, nihil aliud quam amygdalas dactylosque adinvenit. Quibus omnibus comesis, amygdalarum cortices, et dactylorum nucleos collegit, et in ara, quae ibi forte aderat, collocavit, aiens, Habes, o Mercuri, quod votis promisi; interiora enim, et exteriora inventae a me rei obtuli tibi.

Fabula avarum respicit, qui ad avaritiae suae cupiditatem explendam, Deos quoque decipere conatur.

Fab. CLVII. Gallina et Felis.

Gallina quaedam aegra iacebat; cui Felis summum caput extollens, Quomodo, ait, te habes, amica? Si quid eges, dicito mihi, et omnia tibi comparabo. Attamen surge aliquantulum, ac brevi valetudinem recuperabis. Cui illa, Hinc si tu modo discesseris, haud amplius moriar, sed longiorem caprea vitam ducam.

1. *Ορνις δέποτε. Videtur idem hic esse Apologus, ac supra enarratus num. XIV. Verbis tamēn aliquid discrepat, et magis festiva narratio modo est.

2. ηἰρήνη. Male in Cod. ηἰρώσει.

¹ Ὁ μῦθος δηλοῖ ὅτι τὰς δολίους ὑποκριτὰς, τὰς λέγοντας φιλεῖν, ὁ μῦθος ἐλέγχει.

Μῦθος ρνή. Παῖς καὶ Σκορπίος.

Παῖς πρὸ τῆς τείχους ἀκρίδας ἐθήρευε. Πολλὰς δὲ συλλαβῶν, ὡς ἐθεάσατο σκορπίον, νομίσας ἀκρίδα εἶναι, κοιλάνας τὴν χεῖρα, οἷός τε ἦν καταφέρειν αὐτόν· καὶ ² ὡς τὸ κέντρον ἐπάρας, ἔφη· εἶθε γὰρ τῆτο ἐποίησας, ἵνα καὶ ἄς συνείληφας ἀκρίδας, ταύτας ἀποβαλῆς.

Ὅλως διδάσκει ἡμᾶς, μὴ δεῖν πᾶσι τοῖς χρηστοῖς, καὶ πονηροῖς τὰ αὐτὰ προφέρειν.

Μῦθος ρηθ'. Παῖς κλέπτης καὶ Μήτηρ.

Παῖς ἐκ τῆς διδασκαλείας τὴν τῆς συμφοιτητῆς ³ δέλτον κλέψας, τῇ ἑαυτῆς μητρὶ ἐπιδέδωκε· τῆς δὲ μὴ ἐπιπληξάσης αὐτόν, ἀλλὰ μᾶλλον ὑποδέξαμένης, προϊόντος τῆς χρόνου, ὁ παῖς, ὡς νεανίας,

1. Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι. Redundant haec omnino, quum postea subsequatur ὁ μῦθος ἐλέγχει. Fortasse in vetustiori Codice ex quo Casinensis Florentinus descriptus est, ea verba deerant, sed librarius suetus in Epimythis iam apponere, ὁ μῦθος δηλοῖ ὅτι, imprudens heic quoque posuit.

2. ὡς. Legendum videtur ὅς.

3. δέλτον. De instrumentis, quibus Graeci ad scribendum utebantur, videndus est Pollux in *Onom.*

Dolosos simulatores haec Fabula carpit, qui homines amore prosequi falso adserunt.

Fab. CLVIII. Puer et Scorpio .

Locustas pone murum adolescens venabatur: quarum multas quum iam cepisset, Scorpionem conspicatus, eumque locustam esse putans, inflexa manu, in eo erat ut ipsum quoque colligeret. Sed ille aculeum exserens, Vtinam id faceres, inquit, ut quas cepisti locustas, etiam dimitteres .

Id omnino nos admonet, ne probis eadem atque improbis tribuamus .

Fab. CLIX. Filius fur et Mater .

Puer quidam e litterario ludo condiscipuli tabulam furatus, Matri suae detulit. Quae quum Filium non modo non reprehendisset, sed potius laudasset, progressu temporis, adolescens

Lib. X. cap. 14. Praecipua erant βιβλία, χάρται, πέλλαι, διφθέραι, γραμματῆα, γραμματίδια, δέλτοι, δελτία: libelli, chartae, atramentaria, diptherae, tabulae, tabellae, quae quidem cera, aut maltha illiniebantur. Vid. Herodot. in fine *Polyhymniae*. Qui mos Latinorum quoque fuit. Quintil. Lib. X. 3. *Scribi optime ceris, in quibus facillima est ratio delendi*. Vide Horat. *Satyr.* 6. Lib. I. 73. et *Epist.* 1. Lib. I. 56.

ἤδη γέγονεν, ἤρξατο καὶ τὰ μείζονα κλέπτειν. Ληφθεὶς ἔν ποτε ἐπ' αὐτοφώρῳ, καὶ ¹ περιαγκωνισθεὶς, ἐπὶ τὸν δήμιον ἀπήγετο. Τῆς δὲ μητρὸς ἐπακολυθῆσθαι αὐτῷ, καὶ ² στερνοκτυπέσθαι, εἶπεν ὁ παῖς πρὸς τὰς δημίας· εἰσατέ με λαλήσαι τῇ μητρί με πρὸς τὸ ἔς λόγον ἕνα. Τῆς δὲ ταχέως ἐλθῆσθαι, καὶ τὸ ἔς αὐτῆς τῷ στόματι τῶ υἱῷ αὐτῆς ἐπιθείσθαι, τοῖς ὀδῶσιν αὐτῆς τὸ ὠτίον αὐτῆς γενναίως δραξάμενος, ἀπέκοψεν αὐτό. Τῆς δὲ βοησῆσθαι, καὶ εἰπέσθαι, ὡς ἤδη πεπλημμέληκεν, εἰδὲ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶ λαῷ κατηγορεῖντος αὐτῆς, ὡς μὴ ἀρκεσθέντος τοῖς προτέροις κακοῖς, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν ἰδίαν μητέρα ἠσέβησεν, ἔφη ἐκεῖνος· αὕτη μοι ἐγένετο τῆς ἐμῆ ἀπωλείας αἰτία· εἰ γὰρ ἠνίκα τὴν τῆ συμφοιτητῆ μου δέλτον ἔκλεψα, καὶ ἤνεγκα αὐτῇ, ἐπέπληξέ μοι, ἐκ ἂν μέγχι τέπων ἐχώρησα, καὶ ἐπὶ τὸν θάνατον ἠγόμην.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι τὸ κακὸν κατ' ἀρχὰς μὴ κολαζόμενον, ἐπὶ μείζον αὖξεται.

1. περιαγκωνισθεὶς. Verbum huiusmodi apud Lexicographos nullibi reperio, sed ab ἀγῶν cubitus, ex quo et alia oriuntur, est derivatum, ita ut sit περιαγκωνίζειν alicui vincula cubito vel brachio iniicere. Planudea vero Fab. XLVIII. quae eiusdem est argumenti, habet simpliciter ἐπ' αὐτοφώρῳ δέ ποτε ληφθεὶς ἀπήγετο τὴν πρὸς θάνατον. Et quidem, ut ibi Cl. Heusingerus obser-

iam factus coepit maiora furari. Sed tandem ipso in crimine deprehensus, brachiis manibusque ad tergum vinctis ad supplicium trahebatur. Mater interim quum ipsum gemebunda sequeretur, rogavit ille lictores, ut sibi ad aures nonnulla Matri loqui permitterent. Accedit statim illa, suamque aurem Filii admovet ori; qui extemplo Matris auriculam dentibus arripit, ac morsu divellit. Tum Matre non modo summum facinus Filium gessisse exclamante, sed ceteris etiam omnibus eum accusantibus, quod anteactis sceleribus non contentus, suam quoque in parentem impius fuerit, Ipsa, ille inquit, ipsa Mater meae necis causa fuit: nam si me, quum ei tabulam detuli, quam condiscipulo meo surripui, digna poena affecisset, nequaquam ad ulteriora progressus essem, nec ad supplicium ducerer.

Fabula significat, quod malum, nisi principiis obstes, magis magisque in dies crescit.

vat, cum aliarum gentium, tum Phrygum legibus capitis poena constituta fuit furibus. Draco minora etiam furta morte multabat; Solon ea maxime quae in portibus, et gymnasiis fiebant. Vid. Ant. Thysii *Collat. Leg. Attic. et Rom.* Tom. V. Thes. Gronov. pag. 1392. Gell. Lib. XI. cap. 18.

3. *σεροκτυπέσης*. In Cod. *σεροκτυπέσης*, sed male.

Μῦθος ρξ'. Πεισιερά διψῶσα.

Πεισιερά ποτε δίψει συνεχομένη, ὡς ἐθεάσατο ἐν τινι πίνακι κρατῆρα ὕδατος¹ γεγραμμένον, ὑπέλαβεν ἀληθῆ εἶναι· διόπερ πολλῶ ροίζῳ ἐνεχθεῖσα, ἔλαθεν ἑαυτὴν τῷ πίνακι ἐντινάξασα. Σωέβη ἔν αὐτῇ τῶν πτερῶν περιθραυσθέντων, ἐπὶ τὴν γῆν καταπεσῆσαν, ὑπό τινος τῶν παρατετυχηκότων συλληφθῆναι.

“Οὕτως ἐνιοι τῶν ἀνθρώπων διὰ σφοδρᾶς ἐπιθυμίας, ἀπεισκέπτως τοῖς πράγμασιν ἐπιχειροῦντες, ἑαυτὸς εἰς ὄλεθρον περιβάλλουσιν.

Μῦθος ρξα'. Πεισιερά καὶ Κορώνη.

Πεισιερά ἐν τινι πεισιερεῶνι τρεφομένη, ἐν πολυτεκνία ἐφρυάττετο. Κορώνη δὲ ἀκέσασα αὐτῆς τῶν λόγων, ἔφη· ὦ αὐτῆ, πέπαυσο ἐπὶ τῷ ἀλαζονευομένη· ὅσῳ γὰρ ἂν πλείονα² τέκνα ἔχεις, ποσῷ τῷ περισσότερον δαλεία στενάξεις.

1. γεγραμμένον. Eiusdem est argumenti Fabula CXI. Collect. Planud. ad quam Cl. Heusingerus haec adnotavit. „Aesopica tempora nondum in id fastigium evectam viderunt picturam, ut haec ad veritatis exemplum fingere potuerint, si verum est, quod scribit Plin. Lib. XXXV. cap. 9., Apollodoro, qui Olymp. 93. floruit, artis fores apertas, quas Zeuxis deinde intraverit. Hunc quidem uvas pinxisse legimus, ad quas aves etiam depascendas convolarint.

Fab. CLX. Columba sitiens.

Columba olim siti correpta, quum in quadam tabula craterem aquae depictum vidisset, eum verum esse existimavit. Quapropter magno cum impetu illapsa, in tabulam inscia offendit. Fractis proinde eius pennis, quum humi decidisset, a quodam ex iis, qui ibi forte aderant, capta fuit.

Ita nonnulli homines, magno animi fervore correpti, res temere adeuntes, semetipsos in damna coniciunt.

Fab. CLXI. Columba et Cornix.

Columba in columbaria quadam cella enutrita, se magnifice sua de foecunditate iactabat. At Cornix eius verbis auditis, Desine, amica, inquit, hac re tam velle gloriari: nam quo plures paries, eo magis de servitute dolebis.

Aequalis illi fuit Parrhasius, qui velum pinxit, quo ipse Zeuxis decipi potuit. Vid. Plin. eod. lib. cap. 10. et c. 11. pr. Fortasse tamen apud Phrygas, quorum antiquissimum inventum pictae sunt vestes, prius etiam, quam apud Graecos, penicillo gloria quaesita fuit.,.

2. τέχνα ἔχας. Haec verba adeo in Codice tum vetustate, tum adtritu exesa sunt, ut vix quarumdam litterarum vestigia appareant, ex quibus hanc le-

“Ουτως καὶ τῶν οἰκετῶν δυστυχέστεροί εἰσιν, ὅσοι ¹ ἐν τῇ δαλείᾳ τεκνοποιῶσι.

Μῦθος ρξβ'. Πίθηξ καὶ Ἀλιεῖς.

Πίθηξ ἐν τινι ὑψηλῷ δένδρῳ καθήμενος, ὡς ἐθεάσατο ἀλιεῖς ² ἐπὶ τινι ποταμὸν σαγήνην βα-
 σάζοντας, παρεπέρει τὰ ὑπ' αὐτῶν γινόμενα. Καὶ
 δὴ τέτων τὴν σαγήνην ἐασάντων, καὶ μικρὸν ὑπο-
 χωρησάντων τῷ φαγεῖν, καταβάς ἀπὸ τῷ δένδρῳ,
 ἐπειρᾶτο μιμεῖσθαι αὐτῆς· φασὶ γὰρ μιμητικὸν
 εἶναι τὸ ζῶον τῷτο. Ἐφαφάμενος δὲ τῶν δικτύων,
 καὶ συλληφθεὶς, ἐκινδύνευε πνιγῆναι. Ὁ δὲ πρὸς
 ἑαυτὸν ἔφη· ἀλλ' ἔγωγε δίκαια πέπονθα· τί
 γὰρ ἀλιεύειν μὴ μαθὼν, τῷτο ἐπεχείρην;

“Ολως δηλοῖ, ὅτι ἢ τῶν μηδὲν προσηκόντων
 ἐπιχειρήσεις, ἢ μόνον ἀσύμφορος, ἀλλὰ καὶ ἐπι-
 βλαβής ἐστι.

ctionem adstruimus. Planudea CXXI. habet simpli-
 citer τίκτης.

1. ἐν τῇ δαλείᾳ. Servi liberos nec in potestate ha-
 bebant, nec fructum aut solatium ex his capiebant.
 Domino, non sibi eos genuerant, qui cuicumque li-
 beret, eos poterat vendere, vel donare, retentis do-

Ita quoque ex domesticis ii miserrimi sunt, qui in servitute filios procreant.

Fab. CLXII. Simia et Piscatores.

Simia procera quadam in arbore sedens, quum Piscatores ad flumen quoddam retia ferentes vidisset, sedulo, quae ab iis gerebantur, observabat. Ipsi itaque quum retia iecissent, ac paulum, ut cibum sumerent, recessissent, Simia confestim ex arbore descendens, eos imitari conabatur; aiunt enim hoc animal imitandi studio quam maxime teneri. Retibus vero vix tactis, comprehensa Simia iam iam demergebatur; quamobrem ad se conversa, Digna quidem patior, inquit; quid enim piscandi ignara, piscari volui?

Id plane significat, ad se minime pertinentes res aggredi, non solum inutile, verum etiam esse perniciosum.

mi suae parentibus. *Heusingerus.*

2. ἐπί τινα ποταμὸν. Quae sequuntur verba, adeo in Codice nostro evanuerunt, ut vix lynceis oculis legi possint. Nos tamen ex litterarum, quae rarae ibi apparent, reliquiis, legendum existimavimus, σαλίνων βασίζοντας.

Μῦθος ρξγ'. Θυγατήρ καὶ Θρηνῆσαι .

Πλέσιος δύο θυγατέρας ἔχων , τῆς ἐτέρας ἀποθανούσης , τὰς θρηνούσας ἐμισθώσατο . Τῆς δὲ ἐτέρας παιδὸς εἰπούσης πρὸς τὴν μητέρα , ἄθλιαί ἡμεῖς , ὅτι ἡμεῖς μὲν , ὧν τὸ πάθος ἐστὶ , θρηνεῖν οὐκ ἴσμεν , αἱ δὲ μηδὲν προσήκουσαι οὕτω σφόδρα κόπτονται , καὶ κλαίουσιν . ἡ μήτηρ ἔφη . ἀλλὰ μὴ θαύμαζε , τέκνον , εἰ οὕτως οἰκτρῶς αὐταὶ θρηνοῦσιν . ἐπὶ γὰρ ἀργυρίῳ τοῦτο ποιοῦσιν .

Οὕτως ἔνιοι τῶν ἀνθρώπων διὰ φιλαργυρίαν ἐκ ὀκνῆσι καὶ ἀλλοτείας συμφορὰς ἔργον λαβεῖν .

Μῦθος ρξδ'. Ποιμὴν καὶ Θάλασσα .

Ποιμὴν ἐν τινὶ τόπῳ παραθαλασσίῳ ποίμνια νέμων , ὡς ἐθεάσατο τὴν θάλασσαν γαληνὴν τε καὶ πραεῖαν , ἐπέθύμησε πλεῦσαι . διόπερ πωλήσας αὐτοῦ τὰ πρόβατα , καὶ ² φοίνικας ἀγο-

1. τὰς θρηνῆσας . Romani praeficas dicebant , quae ad deplorandos mortuos , neniāque ad tibias cantandam , conducebantur . Vide Kirchmann . de funeribus Romanor. cap. 6. Hunc morem cum Romanis communem fuisse Graecis , vel unus Luciani libellus de lusu ostendit . Heusing. ad Fab. Planud. CXXII. quae

Fab. CLXIII. Filia et Praeficae.

Dives quidam duas filias habens, altera earum defuncta, Praeficas mercede conduxit. Tum vero altera sic matrem alloquitur: Heu nos miseras, quae flere nescimus, quum nobis tale infortunium contigerit; hae vero, licet nulla nobis necessitate coniunctae, sic vehementer pectora tundunt, ac lugent! Cui mater, Ne mireris, Filia, respondit, si tam flebiliter istae lamentantur; id enim nummorum caussa tantummodo faciunt.

Ita quoque nonnulli hominum alienis etiam de calamitatibus quaestum facere ob avaritiam non verentur.

Fab. CLXIV. Pastor et Mare.

Pastor in maritimo quodam loco pecudes pascens, quum Mare tranquillum, placidumque vidisset, navigandi, ac mercaturae exercendae desiderio correptus est. Ovibus proinde diven-

cum nostra plane concordat.

2. φοίνικας ἀγοράσας. Planudes, qui hanc fabulam num. 49. retulit, habet φοινίκων βαλάνας περιάμενος. Ceterum et palmae fructus φοίνικες vocantur, ut satis declarat Artemidorus *Oneir.* V. §. 90. Ἐδοξέ τις . . . ἐδίειν φοίνικας πέντε ἐδίων ἐθεραπεύθη κ. τ. λ.

ράσας, ναῦν ἐμφορτωσάμενος ἀνήχθη. Χειμῶ-
νος δὲ σφοδροῦ γενομένου, καὶ τῆς νηὸς πε-
ριτραπίσης, πάντα ἀπολέσας, αὐτὸς μύλις ἐπὶ
τῆς γῆς διεσώθη. Μετ' οὐ πολλὰς οὖν ἡμέ-
ρας τῆς θαλάσσης γαληνιώσης, ὡς ἐθεάσατο
τινα παρόντα, καὶ ἐπαινοῦντα τῆς θαλάσσης
τὴν ἡρεμίαν, ἔφη· ὦ οὔτος, αὐτὴ γάρ σοι
φοινίκων ἐπιθυμεῖ.

Οὕτω πολλάκις τὰ παθήματα τοῖς φρονίμοις
γίνεται μαθήματα.

Μῦθος ρξέ. Ποιμὴν καὶ Πρόβατα.

Ποιμὴν ἐλάσας τὰ πρόβατα εἰς τινα δρυμῶ-
να, ὡς ἐθεάσατο δρῦν παμμεγέθη μεσὴν βα-
λάνων, ὑποστρώσας τὸ ἱμάτιον ἐπὶ ταύτῃ,
ἀνέβη, καὶ τὸν καρπὸν ἀντέσειε. Τὰ δὲ πρό-
βατα ἐδίοντα ¹ τὰς βαλάνους, ἔλαθε διαρρή-
ξαι ² καὶ τὰ ἱμάτια. Ὁ δὲ ποιμὴν καταβάς, ὡς

1. πῆς βαλάνους. Vulgata Planudis CXXIII. quae cum
nostra congruit, habet πῆς βαλάνους, masc. gen. quod uno
tantum exemplo, quod viderim, recipi potest, nem-
pe Pollucis Lib. I. cap. 12. quum apud omnes alios
scriptores sit foem. gen.

2. καὶ τὰ ἱμάτια. Mallem hic etiam, τὸ ἱμάτιον. Ce-
terum maxime miror, quanam de caussa Heusinger-
gerus dicat, totam hanc fabulam Aesopico inge-
nio parum dignam esse, ex eo quod ovibus neque
cibus hic satis conveniat, neque vestes devorare so-

ditis, dactylisque coemptis, onusta nave e portu solvit. Quum vero saeva tempestas coorta esset, et navis susque deque ageretur, Pastor omni merce amissa, ipse solus vix ad terram incolumis se recepit. Nonnullis autem transactis diebus, quum iterum Mare tranquillum esset, Pastor cuidam, qui inde forte transibat, eiusque placiditatem commendabat, Amice, inquit, a te dactylos Mare desiderat.

Ita saepenumero infortunia sunt prudentibus documenta.

Fab. CLXV. Pastor et Pecudes.

Pastor in quercetum quoddam quum gregem compulisset, proceram quercum glandibus refertam conspicatus, sub ea strata veste, illico adscendit, ac fructum decutere coepit. Pecudes autem dum glandes ederent, nesciae ipsam quoque vestem dilacerarunt. Pastor ita-

litum sit „. Verum Cl. Viri venia dicam, licet oves *πονφάγα* animalia sint potius, ac herbis praecipue et frondibus vesci soleant, tamen glandibus quoque pasci certum est, quod ex ipsis pastoribus audivi, et per otium Autumni egomet in silvis saepe vidi. Id vero nec Aristoteli ignotum fuit, qui glandes communem tum ovis tum suis cibum esse testatur, *Hist. Animal.* lib. VIII. p. 21. Nihil ergo naturae contrarium in hac fabula fingitur. Quod autem idem Heusingerus ait, pecudes vestes devorare non solere, pueri vident ipsi quam in-

ἐθεάσατο τὸ γεγονός εἶπεν· ὦ κάκισα ζῶα, ὑμεῖς τοῖς λοιποῖς ἔρια εἰς ἐδῆτα παρέχετε, ἐμᾶ δὲ τοῦ τρέφοντος καὶ τὸ ἱμάτιον ἀφείλασθε.

Οὕτως καὶ τῶν ἀνθρώπων δι' ἀγνοίαν τὰς μηδὲν προσήκοιτας εὐεργετῶντες, κατὰ τῶν οἰκείων φαῦλα ἐργάζονται.

Μῦθος ρξς'. Ποιμὴν παίζων.

Ποιμὴν ἐξελαύνων αὐτῆ τὴν ποιμνὴν ἀπό τινος κώμης, ¹ πορρώτέρω διετέλει τοιαύτη παιδιᾶ χρώμενος. Ἐπιβοώμενος γὰρ τὰς πολίτας ἐπὶ βοήθειαν, ἔλεγεν, ὡς λύκοι τοῖς ποροβάτοις ἐπήλθουσαν. Δίς καὶ τρεῖς τῶν ἐκ τῆς κώμης ἐκπλαγέντων, καὶ ἐκπηδησάντων, εἶτα μετὰ γέλωτος ἀπαλλαγέντων, συνέβη τὸ τελευταῖον τῇ ἀληθείᾳ λύκους ἐπελθεῖν. ² Ἀποτεμνόμενος δὲ αὐτῆ τῆς ποιμνῆς, καὶ αὐτῆ ἐπιβοῶντος ἐπὶ βοήθειᾳ, ἐκείνοι ὑπολαβόντες αὐτὸν παίζειν κατὰ τὸ ἦθος, ἦττον ἐφρόντιζον. Καὶ ἔπως συνέβη αὐτὸν ἀπολέσαι τὰ πορόβατα.

opportune sit dictum. Etenim quidni fieri poterat, ut oves, dum glandes in pastoris veste decussas edebant, ipsam quoque vestem aliquantulum dilacerarent?

1. πορρώτέρω διετέλει. Heic aliquid librarii negligentia omissum puto: verba enim neque concinne, ne-

que quum descendisset, ubi factum vidit, O pessima animalia! exclamavit: lanas vos ceteris ad vestes praebetis, mihi vero, qui vos nutrio, et ipsam quoque vestem surripuistis.

Ita quoque qui per dementiam eos beneficiis afficiunt, quos nulla sibi necessitate iunctos habent, in domesticos male ac iniuste se gerunt.

Fab. CLXVI. Pastor illudens.

Pastor quidam, quoties gregem e pago in pascua deduceret, ipse longius secedens, huiusmodi ioco delectabatur. Solebat ille magnis clamoribus vicinos incolas in auxilium vocare, aiens nimirum, quod lupi pecudes adorti essent. Hac arte oppidani iterum iterumque perterriti, quum ad arcendos lupos egrederentur, semperque cum risu redirent, denique contigit, ut revera lupi in gregem irruerent. Qui quum illum penitus profligarent, ac Pastor vicinos in auxilium vocaret, ipsi eum iocari pro more existimantes, nequaquam curarunt; atque ita contigit, ut ille oves omnes amitteret.

que distincte procedere mihi videntur, ita ut eorum perspicuus sensus eliciatur. Nec Palatini Codices medelam afferunt, ut videre est in Fab. a Neveleto edita num. 270. quae cum nostra quoad argum. convenit.

2. Ἀποτεμνόμενος. Ita quidem in Codice, sed ord.

Ὅλως δηλοῖ, ὅτι τῷτο κερδαίνουσιν οἱ ψευδόμενοι, ¹ τὸ μηδὲ ὅταν ἀληθεύσῃ πιστεύεσθαι.

Μῦθος ρξζ'. Παῖς λυόμενος.

Παῖς ποτε λυόμενος ἔν τινι ποταμῷ, ἐκινδύνευσεν ἀποπνιγῆναι. Ἰδὼν δέ τινα ὄδοιπόρον, τῷτον ἐπὶ βοήθειᾳ ἐκάλει. Ὁ δὲ ἐμέμφετο τῷ παιδί, ὡς πολμηρῷ. Τὸ δὲ μεράκιον εἶπε πρὸς αὐτόν· ἀλλὰ νῦν μοι βοήθει, ὕστερον δὲ σωθέντι μέμψη.

Ὅλως εἴρηται πρὸς τῆς ἀφορμῆν καθ' ἑαυτῶν διδόντας ἀδικεῖσθαι.

Μῦθος ρξή'. Πρόβατον πρὸς Κείροντα.

Πρόβατον ἀφυῶς κειρόμενον, ἔφη, εἰ μὲν ἔρια ζητεῖς, ² ἀνωτέρω τέμνε· εἰ δὲ κριῶν ἐπιθυμεῖς, ἀπάξ με καταθύσας, τῷ κατὰ μικρὸν βασανίζειν ἀπάλλαξον.

ac ratio sermonis postulat Ἀποτεμνομένης δὲ αὐτῆ τῆς ποιμένης κ. τ. λ. *Quum vero grex illius profligaretur etc.*

1. τὸ μηδέ. Huiusmodi effatum Aesopo tribuitur etiam a Stobaeo *Serm.* 61. idemque respondisse narratur Demetrius, qui interrogatus, quid mali mentientes sequeretur, dixit, τὸ μηδ' ἂν πάληθῃ λέγωσιν, ἐτι πιστεύεσθαι, *ibid.* *Serm.* 62. cui consonat et illud Cic. II. *de Div.* cap. 71. *Mendaci homini ne verum quidem credere solemus.*

Haec omnino declarant, id mendaces nancisci, dum vera quoque dicunt, nullam fidem.

Fab. CLXVII. Puer se lavans.

Puer quidam quum olim se in fluvio lavaret, in eo demergi periclitabatur. Viatorem autem conspicatus, eum, ut succurreret, magnis clamoribus invocabat. Is vero Puerum reprehendere, audacemque appellare; sed Puer, Nunc, ait, feras opem rogo, ac postea, ubi me salvaveris, reprehendes.

Haec de iis dicta sint, qui ceteris causam praebent, ut ab illis iniuria afficiantur.

Fab. CLXVIII. Ovis ad Tondentem.

Imperite quum Ovis tonderetur, Pastori ait, Si lanas quaeris, altius tonde, sin vero vis carnes, me denique omnino macta, ac saltem desine me ita sensim torquere.

2. ἀνωτέρω τέμνε. Tiberius Caesar, ut Suetonius refert, ab amicis admonitus, ut provincialibus vectigalia augeret, rescripsit, fortasse Aesopicae fabulae memor, *Boni pastoris esse, tondere pecus, non deglubere.* Quam sententiam Alexander etiam Macedonum Rex, diversa tamen metaphora, usurpavit, dum admonenti cuidam, longe plus vectigalium a civitatibus auferri posse, respondit, καὶ κηπωρὸν μισῶ, τὸν ἐκ ῥιζῶν ἐκτέμνοντα καὶ λάχανα, *et olitorem odi, qui radicitus her-*

Πρὸς τὰς ἀφυῶς τὴν τέχνην παραφερομένους, ὁ λόγος ἀρμόδιός ἐστι.

Μῦθος ρξθ'. Ἀνθρώπος καὶ Λέων συνοδέουοντες.

Ποτὲ συνώδευσε λέων ἀνθρώπῳ. Ἐκαυχῶντο ἕν πρὸς ἀλλήλους τοῖς λόγοις. Ἐυρον δὲ ἐν τῇ ὁδῷ¹ πετρίνην στήλην ὁμοίαν ἀνδρὶ, ἑτέραν στήλην λέοντος συμπνίγεσαν. Καὶ ὁ ἀνθρώπος ὑποδείξας πρὸς αὐτὸν, ταῦτα ἔφη· Ἴδε πῶς ἐσμεν κρείττονες ὑμῶν πάντων, καὶ ῥωμαλέοι ὑπὲρ ἅπαν θηρίον. Ὑπολαβὼν δὲ ὁ λέων ἔφη· ὑφ' ὑμῶν εἰσιν ἔγω ταῦτα γινόμενα καὶ πραττόμενα· εἰ γὰρ εἶδισαν λέοντες γλύφειν λίθους, πολλὰς αὖ εἶδες ὑποκάτω λεόντων.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι πολλοὶ καυχώμενοι, περῶνται ἐν λόγοις ἑαυτὰς ἐπιφημίζειν, καίπερ μὴ ὄντες τοιᾶτοι.

Μῦθος ρό'. Ἀλώπηξ καὶ Βότρυες.

Ποτὲ κατεῖδε τὰς βότρυας ἀλώπηξ πεπεύρας, πάνυ τὰς ῥωγὰς² ἐνδεικνυμένους, καὶ ἐπειρᾶτο

bas recidat. Vid. Erasm. in Prov. Chil. III. Cent. 7.

1. πετρίνην στήλην. Dictio στήλη non heic de columna, sed proprie de statua, quae columnae quandoque superimponitur, est intelligenda. Hoc in sensu passim occurrit apud Scriptores Byzantinos. Malchus initio hist. τὰς πε

Haec iis fabula convenit , qui imperite artem aliquam exercent .

Fab. CLXIX. Leo et Homo iter habentes .

Leo quondam et Homo simul iter faciebant, suasque virtutes magnificis verbis vicissim praedicabant . In via interim lapideam statuum invenere , quae ab homine praefocatum leonem repraesentabat . Quam quum Homo Leoni indicaret , Vide , inquit , quanto vobis omnibus praestemus, belluasque universas, tum vi, tum robore superemus . Cui Leo, Haec a vobis, inquit, efficta sunt et expressa : quod si leones sculpere scirent, profecto plures homines leonibus subiectos tu videres .

Fabula declarat , quod multi superbia elati, nullius licet sint pretii , verbis tamen se se praedicare conantur .

Fab. CLXX. Vulpes et Vva .

Maturos acinisque luxuriantes uvarum racemos quum Vulpes olim vidisset , eos decerpe-

Ζήνωνος σήλας καταβάλλουσι πάσας . Vide Suidam in voce .

2. Ποτέ κατ᾿αὐτῆς . Haec Fabula verbis tantum discrepat a Fab. V .

3. ἐνδακνυμένας . In Codice vitiose ἐνδακνυμένας παύτας .

τέτῃς λαβεῖν εἰς βρῶσιν· τῆς δὲ εἰς τῆτο πολ-
 λὰ μηχανωμένης, ἐκ ἐδυνήθη τὴν ὄρεξιν πλη-
 ρῶσαι· μετὰ δὲ ταῦτα μειδιάσασα ἔφη· ἔυθυς
 τὸ πένθος εἰς χαρὰν μεταβάλλει, ἀναβοῶσα
 ὄμφακές εἰσι ταῦτα.

Ὅλως δηλοῖ, ὅτι πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἀπο-
 τυχόντες πραγμάτων, σπευδάζουσι διὰ τῆ ψεύδους
 συγκαλύψαι τὴν ἥτταν.

Μῦθος ροά'. Παῖς συνάγων ἀκρίδας.

Παῖς τις συνάγων εἰς ἀρέρας ἀκρίδας, ἔμελ-
 λεν ἄραι σκορπίον ἀντ' ἀκρίδος. Ὁ δὲ τῆ παιδὸς
 τὸ ἄκακον νοήσας, ταῦτα πρὸς αὐτὸν εἴπως ἐβόα,
 λέγων· ἀπελθέ, ὦ παῖ, καὶ σώζε μετ' εἰρήνης,
 μὴ θηρεύσας με ἀπολέσης ἀπάσας.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι καλὸν ἐστὶ τὰ ἐναντία
 γινώσκειν, καὶ τὸ μὲν καλὸν πράττειν, τὸ δὲ
 κακὸν ἐκφεύγειν.

1. ἐυθυς τὸ πένθος. Manifestum glossema e margine
 in textum illatum. Quisque enim videt retinendum
 tantum esse, μειδιάσασα ἔφη· ὄμφακές εἰσι ταῦτα. Hanc
 autem Fabellam ita Phaedrus expressit Lib. IV. 3.

Fame coacta Vulpis alta in vinea

Vnam adpetebat, summis saliens viribus;

re, ac famem explere conabatur. Quum vero multum diuque conata esset, desiderii tamen compos fieri non potuit. Subridens itaque, dolorem in gaudium convertit, aiens, Racemi isti acerbi sunt.

Haec omnino declarant, quod homines, ubi rem consequi non potuere, imbecillitatem suam mendacio tegere conantur.

Fab. CLXXI. Puer locustas colligens.

Puer quidam quum per arva locustas venaretur, scorpionem pro locusta iam iam capturus erat; sed scorpio, eius simplicitate cognita, Heus Puer, inquit, hinc discede, teque placide incolumem serva, ne me si ceperis locustas omnes amittas.

Fabula monet, optimum esse contraria dignoscere, honesta facere, improba vero omnino effugere.

Quam tangere ut non potuit, discedens ait;

Nondum matura est, nolo acerbam sumere.

2. Eiusdem est argumenti haec Fabula, ac supra relata CLVIII. licet diversitas aliqua in narratione esse videatur.

Μῦθος ροβ'. Πέρδιξ καὶ Κυνηγέτης.

Πέρδικα¹ δέ τις κυνηγέτης ἀγρεύσας, ἔμελλεν αὐτὸς τῷ καταθῦσαι ταύτην. Ἡ δὲ ἐθρήνει, ταῦτα ἔπος βοῶσα· ἔασόν με ζῆν, κυνηγέτα περδίκων, ἔπως σοι κἀγὼ πέρδιξ πολλάς προσάξω. Ὁ δὲ πρὸς αὐτὴν ἔπος ἀνταπεκρέθη· διὰ γὰρ τῷτο μάλλον ἐγὼ σε θύσω, ὅτι φίλος σὲς προσενεδρεύσαι² θέλων.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ὁ κατὰ πῶν ἑαυτῷ φίλων δολίας μηχανὰς συντιθεῖς, αὐτὸς ἐν ταῖς ἐνέδραις πῶν κινδύνων ἐμπεσεῖται.

Μῦθος ρογ'. Χελώνη καὶ Λαγῶς.

Ποδῶν χελώνης λαγῶς κατεγέλα. Ἡ δὲ πρὸς αὐτὸν ταῦτα γελῶσα ἔφη· ἐγὼ τὸν ταχύν σε ἐν δρόμῳ νικήσω· ὁ δὲ ἔφησε ταῦτῳ μὴ ἀληθεύειν· ὅμως φησὶν, ἔριζε κὴ γνώση με τῆς πόδας. Τίς δὲ τὸν ὄρον προσάξειεν,³ ἀντεφύσῃσεν ἢ χελώνη, κὴ τὰ τῆς νίκης τίς ἡμῖν ἐπιδώσει; Τὸ γὰρ φρόνιμον

1. δέ τις. Redundat sane δέ, quemadmodum etiam πῶ, quod ante καταθῦσαι occurrit.

2. θέλων. Scribendum θέλης.

3. Ποδῶν χελώνης. Testudine, quam Cicero in Lib. de Divinat. tardigradam, et domiportam vocat, nihil tardius; unde testudineus incessus in prover-

Fab. CLXXII. Perdix et Venator.

Perdicem quidam Venator quum cepisset, iam iam eam occidere aggrediebatur. Illa itaque gemens sic eum alloquitur: O Venator, sine, quaeso, ut vivam, ac ego beneficii memor perdices plurimas adducam tibi. Ille vero, Quin immo eo magis moriere, ait, quod amicis insidias struere meditaris.

Fabula declarat, quod qui amicos dolo malo circumvenit, is denique in insidias ipsas eademque pericula incidit.

Fab. CLXXIII. Testudo et Lepus.

Pedes Testudinis Lepus olim deridebat. Cui illa subridens, Ego vero, inquit, te quamvis velocem, in cursu tamen superabo. Quod impossibile omnino fore Lepus affirmans, Mecum, inquit, o Testudo, in certamen veni, et mei quid pedes valeant, aperte cognosces. Cui Te-

bium abiit. Ceterum haec fabula non eodem ac aliae stilo conscripta est, ac plurimum Babrii iambos redolere videtur. Confer quae in Prolegom. adnotavimus.

4. ἀντεφύσῃσεν. Mutum est animal Testudo. Sibilum edit tamen dum respirat, qui longe exauditur.

ἡ δὲ ζώων ἢ ἀλώπηξ σιωπάζατο¹ τὴν ἀρχὴν, καὶ τὸ τέλος, ἅμα τὸν δρόμον καὶ τὸν τόπον δείξασα. Ἡ οὖν χελώνη μηδόλως κατοικήσασα, εὐθύς ὀδέυετα εἰς τὸν ὄρον² ἀνῆλθεν. Ὁ δὲ λαγῶς ποσὶ θαρρῶν ἐφύπνε. Μειπὲ δὲ ταῦτα ὄξανασὰς τῆς κοίτης, δρομαῖος ἦκεν εἰς τὸν τόπον τοῦ ὄρου,³ ὅσιν εὐρὴ τὴν χελώνην ὑπνῆσαν.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι πολλαὶ φύσεις ἀνθρώπων εἰσὶν εὐφρεῖς, ἀλλ' ἐκ ῥαθυμίας καὶ ὄκνε⁴ ἀπόλλονται· ἐκ δὲ σπουδῆς καὶ μακροπονίας πολλοὶ περιμένοντο τῆς φύσεως.

Μῦθος ροδ'. Πεύκη.

Πρῶτος δέ ποτε κατέσχιζον τὴν πέυκην,⁵ σφῆνας ὄξ' αὐτῆς⁶ οἱ τέκτονες ποιῶντες, οἱ καὶ ῥαδίως

1. τὴν ἀρχὴν. Verba in Codice pene deleta ita restituimus, ex iis adiuti quae leguntur in margine recentiori manu exaratis, quae quidem aut Ant. Mar. Salvinii τῷ μακαρίτῳ, aut Ioan. Lamii esse possunt.

2. ἀνῆλθεν. Eadem manus in margine scripsit ἀνῆκεν, eo quod vetus scriptura ferme omnis evanuerat. Nos vero vitri ope suffulti, scriptum reperimus ἀνῆλθεν.

3. ὅσιν. Mallem ὅπερ ubi.

4. ἀπόλλονται. Ita in Cod. forsan ab inusitato ἀπόλλω,

studo adsibilans, Ecquis nobis, ait, cursus metam describet, ac victoriae laudem decernet? Tunc Vulpes, brutorum omnium sagacissima, initium ac metam, nec non curriculi locum designavit. Testudo itaque nulla mora interiecta, iter illico arripiens ad praescriptum terminum tandem pervenit; sed Lepus interea suis pedibus nimium confidens, placidum soporem captavit. Deinde vero somno excitatus, effuso cursu ad metam et ipse contendit, at ibi Testudinem dormientem invenit.

Declarat haec fabula, multos homines ad res conficiendas egregie natura esse conformatos, sed mollitiae atque socordia perditos fieri. Contra vero, studio atque labore naturae vitia quamplurimos superare.

Fab. CLXXIV. Pinus.

Lignatores olim Pinum quum caederent, cuneos ex eadem fecere, atque ita eam facilius in nisi error scriptoris sit pro *ἀπόλλυνται*.

Ceterum huiusce Fabulae meminit etiam Tzetzes in Chil. VII. aiens: *Ὁ μυθογράφος Αἰσωπος τοῖς μύθοις αὐτῷ γράφει, Ὡς ἡ χελώνη ἐνίκησε τοῖς δρόμοις.*

5. *σφῆνας*. Male Codex bis habet *σφῆνας*, quod vitium ex recentiori pronunciatione Graecorum nasci saepe saepius in Codicibus Saec. XI. XII. etc. comperimus.

6. *οἱ τέκτωνες*. Alienum prorsus a sermonis ordine et sensu *οἱ τέκτωνες* esse videtur, quod facile glossema erat

κατέσχιζον σανίδας. Ἡ δὲ ἐθρήνει ὀλολύζουσα ἕ-
πως· οὐ τοσοῦτον νῦν μέμφομαι τὴν ἀξίνην, τὴν
κόπτεισάν με ταῖς χερσὶν τῶν ἀνθρώπων, ὡς τὰς
ἐξ ἐμοῦ σφῆνας γεγεννημένας.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων
ἐν συμφοραῖς περιπίπτουσι παρὰ τῶν ξένων· ἐκ
δὲ τῶν ἰδίων εἴαν τι συμβῆ μικρὸν αὐτοῖς λυπη-
ρὸν, χεῖρον ἢ βαρύτερον αὐτοῖς καταφαίνεται.

Μῦθος ροέ. Μῦες καὶ Γαλέαι.

Ποτὲ γαλέαι ἐμάχοντο τοῖς μυσίν, αὐτὰς κατα-
τροπᾶσαι ἢ ἀναιροῦσαι. Εἶπον δὲ οἱ μῦες καθ' ἑαυ-
τὰς τοιαῦτα·³ παραλόγως γαλέαι ἡμᾶς ἠτπῶσιν·
οὐ γὰρ κτώμεθα ἀνακτα, ὥσπερ αὐταί, οὐδὲ
στρατηγούς ἐπὶ τῇ παρατάξει, καὶ διὰ τῆτο τα-
λαιπωρῶμεν πάντες, καὶ φυγάδες γινόμεθα τοῦ
πολέμου. Καὶ παραυτίκα συμβούλιον λαβόντες,
κατεσῆσαντο τὰς παμμεγέθει μῦας ἀρχηγέτας τε
καὶ στρατηγούς τῆς ἄλλων. Καὶ δὴ ἔνοπλοι ἅπαν-
τες γεγονότες, καὶ παρατάξεις αὐθις πεποιμηκότες,

vocis πρῆσαι, et ab imperito librario e margine in textu
positum fuit. Male etiam in Cod. τέκτορες pro τέκτονες.

1. τοὺς ἐξ ἐμοῦ σφῆνας. Eadem quoque ratione que-
ritur Eumenes, a militibus suis captivus, apud Iu-
stinum Lib. XIV. cap. 5. Cernitis, milites, habitum,
atque ornamenta ducis vestri, quae mihi non hostium
quisquam imposuit: nam hoc etiam solatio foret. Vos

diversas partes diffiderunt. Pinus autem talia cum gemitu aiebat : Non queror de securi tantum , quae me hominum manibus acta proscindit , quantum de cuneis hisce , qui ex me conficiuntur .

Fabula demonstrat , quod multi homines exteriorum causa in adversas calamitates incidunt : at si quando domesticorum causa aliquid mali illis obtigerit , id ipsis acerbius et gravius iure esse videtur .

Fab. CLXXV. Mures et Feles .

Feles cum Muribus olim bellum gerentes , eos continuo in fugam vertebant , atque ingenti clade profligabant . Mures itaque haec tandem intra se animo meditari coepere : Non quidem sine ratione nos Feles superant ; regem enim nullum , nullosque duces habemus , qui nos ut illas ad pugnam instruant . Hac igitur de causa miseri omnes caedimur , ac quoties praelium committitur , in fugam agimur . His itaque verbis permoti Mures , statim concilium convocant , ac nonnul-

me ex victore victum , vos me ex imperatore captivum fecistis . Male autem in Cod. πῆς . . . γεγεννημένας , et pro ὡς forsan scribendum ὅσον .

2. Ποπὲ γαλέαι . Perperam in Codice scriptum semper exstat γαλαῖαι . Haec autem Fabula , paucis exceptis , nihil differt a superius allata CXV .

3. παραλόγως . Dcesse videtur ὄν .

ἤρξαντο κρότων τῶν τοῦ πολέμου· τῶν δὲ αὐτῶν
σαλπίγγων σαλπισασῶν ἐναπήρξαντο πολεμεῖν
πρὸς τὰς γαλέας· αἱ κατὰ κράτος τὲς μῦας ἠτ-
τήσασαι, ἔτρεψαν τὲς δυστήνες εἰς φυγήν. Οἱ μὲν
γὰρ ἄοπλοι πεφθόγότες ἐν τοῖς τοίχοις, εἰσεληλύ-
θεισαν εἰς ραγάδας αὐτίκα. Οἱ δὲ ἔνοπλοι καὶ
ἀρχηγέται τῶν, οἳ τε ἄρχοντες καὶ στρατηγοὶ τῆς
ἄλλων, μὴ δυνάμενοι ἐν ταῖς ὁπαῖς ἐμβῆναι,
διεφθάρησαν ἅπαντες ὑπὸ τῆς γαλεῶν.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι πρὸς τὸ ζῆν ἀκινδύνως,
κρεῖττόν ἐστιν ἢ εὐτέλεια, ἢ ἢ λαμπαρότης καὶ δό-
ξα τῷ βίῃ.

Μῦθος ρος'. Ῥοιά, Μηλέα, καὶ Βάτος.

Ροιά καὶ μηλέα περὶ κάλλους ἤειπον. Πολλῆς
δὲ φιλονεικίας παρὰ τῶν ἀμφοτέρων γεγонуίας,
βάτος ἐκ τῆς πλησίον φραγμῆς ἀκούσασα, εἶπεν·
ὦ φίλοι, παυσώμεθα ποτε μαχόμεναι.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ἔτις παρὰ τὰς τῶν ἀμειό-
νων σάσεις, καὶ οἱ μηδενὸς ἄξιοι πειρῶνται εἶναι τι

1. ἀμειόνων. Vitiose in Cod. ἀμείνων.

los, qui corporis proceritate praestabant, imperatores et duces sibi constituere. Novi interim duces armis omnibus egregie instructi, milites in ordines ponunt, atque haud mora belli signum canere iubent. Suis itaque tubis inflatis, praelium cum Felibus repente committunt. At Feles magna vi pugnam gerentes, devictos tandem Mures in fugam miserrime compulere. Qua quidem in fuga, gregarii Mures, quod inermes essent, in parietum rimas ingressi, servati sunt; sed eorum imperatores ac duces, quod armis undique praegravarentur, neque per foramina subire possent, omnes a Felibus caesi sunt.

Fabula monet, quod ad secure beateque vivendum, magis frugalitas, quam vitae splendor et gloria confert.

Fab. CLXXVI. Malum Punicum, Malus, et Rubus.

Malum Punicum et Malus de pulcritudine inter se contendebant. Multis itaque quaestionibus utrinque habitis, eas ex proxima sepe Rubus audiens, Amicae, inquit, tandem aliquando pugna desistite.

Fabula declarat, quod in maiorum contentionibus, minores etiam aliquid esse conantur.

Μῦθος ροζ'. Σπάλαξ καὶ Μήτηρ.

Σπάλαξ (ἔστι δὲ τῷ τοῦ ζῶον τυφλόν) λέγει τῇ μητέρι αὐτοῦ ὅτι βλέπω· κακίην πειράζουσα αὐτὸν, χόνδρον λιβανωτῆ δουσα αὐτῷ, ἐπερώτα, τίποτε εἶη. Τοῦ δὲ εἰπόντος ψηφίδα, εἶπεν· ὦ τέκνον, οὐ μόνον τοῦ βλέπειν ἐσέρισαι, ἀλλὰ καὶ τὰς ὀσφρήσεις ἀπώλεσας.

Οὕτως ἐνιοὶ τῶν ἀλαζόνων, καὶ τὰ ἀδύνατα κατεπαγγέλλονται, καὶ ἐν τοῖς ἐλαχίστοις ἐλέγχονται.

Μῦθος ροή. Σφῆκες, Πέρδικες, καὶ Γεωργός.

Σφῆκες ποτε καὶ πέρδικες δίψει συνεχόμενοι, ἦκον πρὸς γεωργόν, καὶ παρ' αὐτῆ ποτὸν ἦτουν, ἐπαγγελλόμενοι ἀντὶ τῆ ὕδατος³ χάριν αὐτῷ ποιῆ-

1. Σπάλαξ. Ab aliis ἀσπάλαξ dicitur. Est autem Talpa non muri absimilis, sub terra ut plurimum degens, ita a Graecis appellata ἀπὸ τῆ σπάαν, quod nempe terram semper unguibus *vellicet*, atque *trahat*.

2. ζῶον τυφλόν. Caecum omnino animal talpam esse veterum plerique existimarunt; unde illud a Suida et Diogeniano relatum proverbium, τυφλόπερος ἀσπάλακος, *talpa caecior*. Atque Virgilius Lib. I. v. 183. *Georg.*

Aut oculis capti fodere cubilia talpae.

Curiosior vero recentiorum hominum observatio deprehendit, eam non omni videndi sensu carere; nam per anatomicam inspectionem, duo nervi ad ipsas

Fab. CLXXVII. Talpa et Mater.

Talpa, animal natura caecum, ita Matri suae olim aiebat: Mater, mehercule video. Ea vero periculum facere volens, incensi granum ei obtulit, et quidnam esset, interrogavit. Quae, lapillum, quum respondisset, Filia mea, Mater inquit, non solum orba es oculis, sed etiam naribus.

Ita iactabundi quidam impossibilia profitentur, sed vel in minimis redarguuntur.

Fab. CLXXVIII. Vespae, Perdices, et Agricola.

Vespae atque Perdices siti olim correptae, ad Agricolam quemdam se contulere, et ab eo potum petentes, summas illi pro potu gratias se oculorum sedes a cerebro ducti, *nigrum* et *album* oculi, nec non pupillae rudimenta observantur; quamvis exterius totum id ob praetensam membranam non appareat. Id vero a Plinio quoque observatum reperio, qui Libro XI. scribit, talpae visum deesse, oculorum tamen inesse effigiem, si quis praetentam detrahat membranam. Cui non absimile est quod Aristoteles in *Historia animalium* ait, Lib. I. c. 9., et Galenus Lib. II. *de usu partium*. Vide Voss. Lib. II. *Theolog. gent.* cap. 58. Iac. Thomas. *Dissertationem de Talparum visu*, Lipsiae 1659. nec non Bouffonium *Hist. Nat.* T. VIII. pag. 81.

3. χάριν αὐτῷ ποιῆσαι. In edita a Planude LII. quae eiusdem est argumenti, legitur χάριν ἀποδώσειν.

σαι. Καὶ οἱ μὲν πέρδικες περισκάψαι τὰς ἀμπελῶνας, καὶ τοὺς βότρυας εὐωρεπεῖς ποιῆσαι, αἱ δὲ σφήκες κύκλῳ περιϊοῦσαι, τοῖς κέντροις τοὺς κλέπτας ἀπόσαθαι ἔλεγον. Κακεῖνος ὑποτυχῶν ἔφη· ἀλλ' ἔμοιγέ εἰσι δύο βόες, οἵτινές μοι μηδὲν κατεπαγγελλόμενοι, πάντα ποιοῦσιν, οἷς ἀμεινόν ἐσιν ἢ ὑμῖν ποτὸν παρέχειν.

Οὗτος ὁ λόγος πρὸς ἄνδρα ἀχάριστον.

Μῦθος ροθ'. Σφήξ καὶ Ὄφεις.

Σφήξ ποτε ἐπὶ κεφαλὴν ὄφραως καθίσας, καὶ συνεχῶς τοῖς κέντροις πλήσσαν, ἔχειμαζεν. Ὁ δὲ περιώδυνος γινόμενος, καὶ τὸν ἐχθρὸν οὐκ ἔχων ἀμύνασθαι, καὶ ἀποσοβῆσαι, ὡς ἐθεάσατο ἄμαξαν μεσὴν ξύλων, ἀμηχανῶν, τῇ κεφαλῇ τῷ τροχῷ ὑπέθηκε, φάσκων· συυτελόπῳ καὶ γὰρ τῷ ἐχθρῷ μεῖ. Καὶ ἔτω τῷ σφηκὶ συυαπέθανον.

Ὅπως δηλοῖ³ πρὸς τοὺς συυαποθνήσκειν τοῖς ἐχθροῖς ὑπομένοντας.

1. ἐχειμαζεν. Quemadmodum Phrynichus in *Collect. vocum Atticarum* observat, vulgo ab Alexandrinis haec vox usurpabatur, ad vexationem et cruciatum significandum. Idem adfirmat etiam Anonymus in opere inscripto *de similibus et diversis vocibus*, qui ait: χαμαζαν, εἰ μόνον τὸ παραχαμαζαν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐνοχλεῖν, ὡς Μέ-

relaturas pollicitae sunt, Perdices quidem, vineas fodere, ac racemos pulcherrimos reddere, Vespae vero, arva circumeundo, suis aculeis fures abigere. At Rusticus, Duos, inquit, boves habeo, qui licet nihil promittant, omnia tamen mihi optime praestant. Potum itaque praebere melius est illis, quam vobis.

Ingratos homines carpit haec fabula.

Fab. CLXXIX. Vespa et Serpens.

Vespa in Serpentis capite olim insidens, continuisque aculei sui ictibus feriens, atrociter ipsum vexabat. Serpens itaque magnis doloribus excruciat, quum eam nec ulcisci, nec a se remove ullo modo posset, forte plaustrum multis lignis onustum quum vidisset, suum caput ultro rotae supposuit, Moriamur, aiens, sed cum hoste moriamur: atque ita una cum Vespa extinctus est.

Innuit eos haec fabula, qui una cum hostibus mortem oppetere non verentur.

νανδρος ἐν Ἠνιόχῳ. Du-Cang. in voce.

2. τῆ κεφαλῆ. De veritate huiusce lectionis vehementer dubito; ratio enim sermonis ita legi postulat, πὴν κεφαλὴν τῷ τροχῷ ὑπέθηκε.

3. πρὸς πῆς. Aut mancum est hoc Epimythion, aut delendum πρὸς.

Μῦθος ρπ'. Δένδρα καὶ Κάλαμοι.

Τὰ δένδρα ἑκατασσομένα ποτε ὑπὸ τῆς ἀνέμων, ὡς ἐώρα τὰς καλάμους ἀβλαβεῖς διαμένοντας, ἐπυνθάνετο αὐτὰ, πῶς αὐτὰ μὲν ἰχυρὰ καὶ ἐμβροχθῆ ὄντα, οὕτως κατακλῶνται, οἱ δὲ λεπτοὶ καὶ ἀδυνεῖς ὄντες πάχουσιν οὐδέν. Κακῆνοι ἔφησαν· ὅτι ἡμεῖς στωιδότες ἑαυτοῖς ἀδύνειαν, ἐίκομεν τῆς τῶν ἀνέμων προσβολῆς, καὶ οὕτως τὰς ὀρμὰς ἐκκλίνομεν· ὑμεῖς δὲ πεποιθότες τῆς ἰδίας δυνάμει, ἀντιτείνετε, καὶ διὰ τῆτο κατεάσσεθε.

Ὅπως δηλοῖ, πρὸς τὰ χαλεπὰ τῶν πραγμάτων τὸ εἶπεν, καὶ ὑποτάσσεσθαι ἀσφαλέστερον.

Μῦθος ρπά. Ταῦρος καὶ Αἴγεις ἄρξαι.

Ταῦρος διωκόμενος ὑπὸ λέοντος, κατέφυγεν εἰς τι σπήλαιον, ἐν ᾧ ἦσαν αἴγεις ἄρξαι. Τυπτόμενος δὲ ὑπ' αὐτῶν, καὶ κερατιζόμενος ἔφη· ἀλλ' εἴχ' ὑμᾶς φοβέμενος ἀνέχομαι, τὸν δὲ πρὸ τῆς σόματος τῆς σπηλαίης ἐσῶτα λέοντα.

Ὅπως πολλοὶ διὰ φόβον τῶν κρείττωνων, τὰς ἐκ τῶν γειτόνων ὕβρεις ὑπομένουσι.

1. κατασσομένα. Ita in Cod. sed scribendum videtur κατεαζόμενα, ut et infra κατάγνουθε pro κατεάσσεθε.

Fab. CLXXX. Arbores et Arundines.

Arbores olim a ventis diffractae, quum illaesas Arundines incolumesque esse vidissent, eas interrogabant, quam de caussa fortes ipsae, ac suomet pondere graves, ita diffringerentur, eae contra, quae tam exiles ac debiles essent, nihil detrimenti reciperent. Hisce itaque Arundines, Nos quidem, dixere, debilitatem nostram probe noscentes, ventorum ictibus facile cedimus, atque ita ab eorum impetu declinamus. Vos contra vestro robori nimium confisae, illis dum obsistitis, disrumpimini.

Fabula declarat, difficillimis rebus cedere, iisque subiacere tutius esse.

Fab. CLXXXI. Taurus et Caprae.

Taurus a Leone agitato, in speluncam quamdam, ubi Caprae silvestres erant, se recepit. Is vero, quum ab illis pedibus ac cornibus impeteretur, Non parco vobis, ait, quod vos metuum, sed quod Leonem timeam qui in limine antri adest.

Ita permulti ob potentiorum metum, vicinorum iniurias perferunt.

2. ὡς ἐώρα. Perperam in Codice scriptum εἰως ἐώρα.

3. αὐτά. Scribendum erat αὐτός, seu potius αὐτῶν.

Μῦθος ρπβ'. Τοῦ Πίθηκος παῖδες.

Τοὺς πίθηκας φασὶ δύο τίπτειν, καὶ τὸ μὲν ἐν τῶν γοννημάτων στέργειν, καὶ μετ' ἐπιμελείας τρέφειν, τὸ δὲ ἕτερον μισεῖν, καὶ ἀμελεῖν. Συμβαίνει δὲ κατὰ τινα θεῖαν τύχην, τὸ μὲν ἐπιμελούμενον ἠδέως καὶ ἀγκαλιζόμενον, παρὰ τῆς μητρὸς ἀποπνίγεσθαι, τὸ δὲ ὀλιγωρούμενον ἐκτελειοῦσθαι.

Ὅλως δηλοῖ, ὅτι πάσης προνοίας ἢ τύχης δυνατώτερα κατέστηκε.

1. Τοὺς πίθηκας. Cave ne Aesopo huiusmodi ineptam fabulam tribuas. Idem fere de Simia narratur in Oroaspoll. Hierogl. Lib. II. 66. unde facile harum fabellarum collector, aut potius consarcinator, ista desumpsit.

2. τὸ δὲ ἕτερον μισεῖν. Oppianus idem fatetur Cyneg. II. v. 609. et seqq. dum ait

Οὐκ ἀμφοῖν ἀτάλαντον εἶν μερίσαντο ποθητὴν.

Ἄλλὰ τὸ μὲν φιλέουσι, τὸ δ' ἐχθιάουσι πόθοισιν,

Ἄυταις δ' ἀγκαλίδουσσιν ἐὼν ἐκτείνε τοκῆων.

Non ambobus aequaliter suum partiuntur amorem:

Sed alterum quidem amant, alterum vero oderunt amoribus nimis,

In ipsisque ulnis suarum interficit (amor) matrum,

Et Plinius Lib. VIII. cap. 54 *Gestant catulos simiae, quos mansuefactae intra domos peperere; omnibus de-*

Fab. CLXXXII. Simiae Catuli.

Ferunt Simias binos foetus parere, eorumque alterum maxime amare, omnique cura nutrire, alterum vero odio prosequi, atque omnino negligere. Fortuna tamen, vel divina potius providentia contingit, ut qui tanto studio alitur, et in matris ulnis teneriore animo fovetur, ab eadem matre demum praefocetur; qui vero negligitur, ipse tandem servetur, et adolescat.

Hoc aperte docet, fortunam esse quavis praevidentia potentiorum.

monstrant, tractarique gaudent, similes gratulationem intelligentis. Itaque magna ex parte amplectendo necant. Iure igitur meritoque factum, ut tam impia animalia cum parricidis in culeum includerentur apud Romanos, ex lege Pompeia de parricidis, ut notum ex Orat. Cic. pro Roscio.

3. ὅτι πάσης προνοίας. Male ex Palatinis Codd. Nevelletus edidit Fab. CCLXXI. πάσης πονηρίας, quum membranae nonnullae, ut ipse fatetur, haberent προνοίας. Hoc est praeponere glandes pinguibus aristis. Quod autem longius adfert Palatinus V. Epimythion, in quo monachorum fit mentio, tanti non est, ut heic referri mereat; apparet enim ab aliquo monacho codicis illius possessore ipsum adiectum fuisse.

Μῦθος ρπγ'. Ταῶς καὶ Κολοίης.

Τῶν ὀρνέων βουλομένων ποιῆσαι βασιλέα, ταῶς ἡξίεσθε ἑαυτὸν χειροτονεῖσθαι βασιλέα διὰ τὸ κάλλος. ¹ Τρεσθέντων δὲ πάντων ἐπὶ τῷ τῶν ὀρνέων, κολοίης αὐτῷ εἶπεν· ἀλλ' ἐάν σου βασιλεύοντος αἰετὸς ἡμᾶς καταδιώξαι ἐπιχειρήσῃ, πῶς ἡμῖν ἐπαρκέσεις;

Ὅπως δηλοῖ, ὅτι αἰετὸς τῆς δυνάσεως ² μὴ κάλλει, ἀλλὰ φρονήσει, καὶ δυνάμει δεῖ κοσμεῖσθαι.

Μῦθος ρπδ'. Ζεὺς καὶ Ὄφεις.

Τοῦ Διὸς γάμους ποιουῦντος, πάντα τὰ ζῶα ἤνεγκαν δῶρα, ἕκαστον κατὰ τὴν οἰκείαν δύναμιν. Ὄφεις δὲ ἔρπων ῥόδον λαβῶν ἐν τῷ στόματι, ἀνέβη. Ἰδὼν δὲ αὐτὸν ὁ Ζεὺς ἔφη· τῶν ἄλλων πάντων τὰ δῶρα λαμβάνω, ἀπὸ δὲ τῆς σὺ στόματος λαμβάνω ἐδόλωσ.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ³ τῶν πονηρῶν αἱ χεῖρες φοβεραὶ εἰσιν.

1. Τρεσθέντων. Legendum Τρεφθέντων.

2. μὴ κάλλει ἀλλὰ φρονήσει. Aurea vere sunt, quae Plato in Menexeno ait, nempe οὔτε σώματος κάλλος καὶ ἰχὺς θαλῶ καὶ κακῶ ξυνοικῶνται πρέποντα φαίνεται, ἀλλ' ἀπρεπῆ, καὶ ἐπιφανέστερον ποιῶ τὸν ἔχοντα, καὶ ἐκφαίνει τὴν θαλίαν. Neque forma corporis atque robur, timido ac pravo quum

Fab. CLXXXIII. Pavo et Graculus.

Regem sibi constituere Aves quum vellent, Pavo omnino se, ob praeclaram sui corporis formam, eligi debere existimabat. Omnibus itaque ad ipsum conversis, Sed quonam modo, Graculus inquit, si nos aquila aggredi coeperit, auxilium feres?

Fabula declarat, Reges non pulcritudine, sed prudentia, atque virtute semper ornatos esse debere.

Fab. CLXXXIV. Iuppiter et Serpens.

Quum Iuppiter nuptias celebraret, animalia cuncta, suis quaeque pro viribus, ei munera obtulerunt. Serpens itaque rosam decerptam ore ferens, ad Iovem accessit, qui simul ac eum vidit, Ceterorum, inquit, omnium dona excipio, sed tuo ab ore nihil prorsus sumo.

Fabula docet, improborum gratias esse timendas.

*insunt, decorem praestant. Eum namque dedecent, notio-
torem efficiunt, ignaviam patefaciunt.*

3. τῶν πονηρῶν αἱ χάριτες. Hinc Medea apud Euripidem Iasonis xenia recusans, ait:

Κακῆ γὰρ ἀνδρὸς δῶρ' ὄνησιν οὐκ ἔχει.

Et Sophocles in Aiace flagellifero:

Μῦθος ῥπέ. Ὑς ἄγχιος καὶ Ἀλώπηξ.

Ὑς ἄγχιος ἐσῶς παρά τι δένδρον, τοὺς ὀδόν-
 τας ἠκόνα. Ἀλώπεκος δὲ αὐτὸν ἐρωτησάσης τὴν
 αἰτίαν, ὅτι μηδεμιᾶς ἀνάγκης ἔσης, μήτε κυνη-
 γοῦ, μήτε κινδύνου ἐφισπῶτος, τοὺς ὀδόντας τί
 θήγεις; ἔφη· ἀλλ' οὐ ματαίως τοῦτο ποιῶ· εἰάν
 γάρ με κίνδυνος καταλάβῃ, οὐ τότε περὶ τὸ ἀ-
 κονᾶν ἀχοληθήσομαι, ἑτοίμοις δὲ ἔσι χθήσομαι.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι δεῖ πρὸ τῶν κινδύνων τὰς
 παρασκευὰς ποιεῖν.

Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, κ' οὐκ ὀνήσιμα.

Priscorum vero superstitio in muneribus accipiendis
 credidit observandum vel maxime esse, a quibus et
 quo animo mitterentur: propterea quod quae darentur
 ab iis, qui nobis mala cuperent, exitio plerumque fuis-
 se constaret, ut fuit vestis illa, quam Deianira Her-
 culi misit. Hostium vero munera, inauspicata semper
 ac noxia habebantur; quemadmodum dona fuere, qui-
 bus Hector et Ajax, Homer. *Iliad.* VII. inita amicitia se
 mutuo ornare; qua de re elegantissimum fertur Epi-
 gramma Graecum huiusmodi: *Anthol.* Lib. III. 14. 12.

Ἐκπῶρ Αἴαντι ξίφος ὄπασεν, Ἐκπῶρι δ' Αἴας

Ζωσῆς· ἀμφοτέρων ἡ χάρις εἰς θάνατος.

Fab. CLXXXV. Aper et Vulpes .

Stabat olim Aper iuxta arborem, dentesque acuebat. Quem quum Vulpes vidisset, Quidnam dentes acuis, inquit, dum nulla necessitas adest, neque venator, neque periculum imminet ullum? Cui Aper, Haud frustra id ago, respondit; nam si periculum aliquando contigerit, non tunc in acuendis dentibus tempus teram, sed utar promptis et bene paratis.

Fabula indicat, oportere ante pericula nos praeparare.

*Aiaci datus ensis ab Hectore, baltheus Aiace
Hectori: utrique suum donum erat exitio.*

1. ὄγριος ἄγριος. Planudes qui hanc fabulam n. LIV. sed aliis verbis retulit, aprum vocat μόνιον, quod nomen, ut Suidas, et Hesychius tradunt, inditum eo est, quod ὄγριος ἄγριος μὴ τοῖς ἄλλοις σωμαγελαζόμενος. Sed μόνιος, ut idem Suidas interpretatur, Lupum quoque solitarium significat, et Cyrillus in *Expositione Hoseae Proph.* (ut notat Hesychius) μόνιον dicit vocari ὄνον, onagrum fortassis intelligens.

2. ἐπίμοις δέ. Facit ad hoc illud etiam Luciani, ἐν εἰρήνῃ μελετέον καὶ πολεμικά: quo admonemur, in tempore necessariis esse prospiciendum.

Μῦθος ρπς'. Ἰς καὶ Κύων.

Ις καὶ κύων περὶ εὐτοκίας ἤριζον. Τῆς δὲ κυνὸς εἰπέσης, ὅτι ¹ πάντων τετραπόδων ² ταχέως ἀποκύει, ἢ ὅς ὑποτυχοῦσα ἔφη· ἀλλ' ὅταν τῆτο λέγῃς, γίνωσκε ὅτι ³ τυφλὰ γεννᾶς.

Ὅλως δηλοῖ, ὅτι ἐκ ἐν τῷ τάχει τὰ φράγματα, ἀλλ' ἐν τῇ τελειότητι κρῖνεται.

Μῦθος ρπζ'. Ἰὸς καὶ Λέων γεγραμμένος.

Ιὸν τις ἔχων ⁴ μονογενῆ ἀνδρείον, εἶδε καθ' ὕπνον ὑπὸ λέοντος θνήσκειν. Ὁ δὲ φοβηθεὶς, μήπως τῆναρ ἀληθείᾳ, οἰκημα τερπνὸν αὐτῷ κατασκευάσας, ἐζωγράφησε τὰς τοίχους πρὸς τὴν τέρψιν, ζωοῖς παντοίοις αὐτὰς ἐγκαλλωπίσας, ἐν οἷς καὶ λέων ἀνεμορφώθη. Ὡς ἐν εἴωρα τὸν λέοντα ὁ νέ-

1. πάντων τετραπόδων. Desperatissima harum vocum lectio est in Codice, adeo vetustate deletae sunt. Nihil tamen aliud erui potest ex vestigiis litterarum et sensu ipsomet fabulae, quam πάντων τετραπόδων, quod Planudes in sua Fab. LXIX. quae eiusdem est argumenti, non feliciter satis expressit his verbis: ἔφη δὲ ἡ κύων, εὐτοκος εἶναι μάλιστα πάντων πῶν πεζῶν.

2. ταχέως ἀποκύει. Hac de re videndus Aristot. Lib. V. Hist. Animal. c. 14. Plinius Hist. Nat. Lib. VII. cap. 40. et Aelianus Lib. XII. Hist. Animal. c. 16.

3. τυφλὰ γεννᾶς. Aristoteles Lib. de Generat. Animalium

Fab. CLXXXVI. Sus et Canis.

Sus et Canis de pariendi facilitate contendebant. Porro quum Canis, se citius animalibus omnibus filios suos in lucem edere affirmaret, Sus ad eam conversa, Heus tu, inquit, dum haec dicis, memento te eos caecos parere.

Fabula declarat, non ex celeritate, sed ex perfectione de rebus esse iudicandum.

Fab. CLXXXVII. Filius et Leo pictus.

Filium quidam habens unicum virilis sexus, hunc olim a leone trucidari in somnis vidit. Timens proinde pater, ne vera aliquando insomnia fierent, aedes amoenissimas, in quibus laetam vitam traducere posset, nato suo condidit, earumque parietes, ad eius animi oblectationem,

IV. ait id praecipue evenire in animantibus, quae multifidis sunt pedibus, ac numerosum foetum alunt, ut Vulpes, Vrsa, Hyaena, Lupa, Canis. Hinc adagium illud ἡ κύων σπύδασσα τυφλά τίκτει, *Canis festinans caecos parit catulos*, a Graecis in eos usurpatum, qui nimio festinandi studio, rem edunt parum absolutam; ut si quis parum elimati operis editionem praecipitet.

4. μονογενῆ ἀνδρῆον. *Natum masculum unicum: ἀνδρῆον enim heic sumi non potest nisi pro ἀρρέονα. Perperam in Codice scriptum μονογεννή.*

ος, μάλλον κατεῖχεν αὐτὸν ἢ λύπη¹ πλέον, ὃς
 ἰστάμενος τῷ λέοντος πλησίον, τούτῳ προσεῖπεν·
 ὦ κάκισον θηρίον· διὰ τὸ ὄναρ τὸ ψευδὲς τῷ πα-
 τρός μου, ὃ αὐτὸς ἐώρακεν ἐν ὕπνοις μάτην,
² προσκατεκλείθην φρεσὶ τῇ γυναικείῃ. Ἄ τί δέ σοι
 ἐγὼ ἄρτι ποιήσω; Ταῦτα αὐτῷ τῷ λέοντι εἰπόν-
 τος, ὑπεξέτεινε τὴν χεῖρα ὑπὸ βάτε τῷ λαβεῖν
 κλάδεις, καὶ τὸν λέοντα³ καῦσαι. Ἐυθύς δὲ σκό-
 λοφ προσκρούσας τῷ δακτύλῳ, ἄλγη μὲν μέγα
 ἐφλέγμανε τὸν νέον, καὶ παραυτίκα ἄλαλος κατε-
 κλίθη. Ὑπανάψας δὲ πυρετὸς ὄξαπίνης, θάττον
 ὁ νέος ὄξέλιπε τὸν βίον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ἂ μέλλει συμβῆναί τινι,
 τέτοις γυναικίως ἐγκαρτερείτω, καὶ μὴ κατασοφι-
 ζέτω·⁴ ἔ ᾧ ἐκφέυξει.

Μῦθος ρπή. Φιλάργυρος.

Φιλάργυρός τις τὴν οὐσίαν ὄξαργυριζόμενος,
 βῶλον χρυσοῦν ἀνήσατο, καὶ τῷτον πρὸ τῷ τοίχῳ

1. πλέον. Expungendum puto πλέον, quod omnino re-
 dundat, praecedente μάλλον, cuius quidem vocis glos-
 sema esse videtur ex margine in textum inductum,
 haud insolenti librariorum vitio.

2. προσκατεκλείθην. Male in Cod. προσκατεκλείθη.

3. καῦσαι. Verbum hoc in Codice adeo vetustate in-
 tercidit, ut vix aliqua satis distincta lectio adstrui
 possit, Incertus haereo an legendum sit κλάσαι, χρου-

omnium animalium formis depingi atque exornari curavit. Inter has vero, leonis etiam imaginem fecit: quam ubi iuvenis vidit, tanto dolore percussus est, ut propius accedens exclamaverit: O animal nequissime! Propter vana mei patris insomnia, quae de te dormiens falso vidit, en ego ut foemina hoc in carcere claudor. Quibusnam ausis te contra abstinebo? Haec fatus, manum supra rubum extendit, eo nimirum consilio, ut inde ramum evelleret, atque in leonis imaginem saeviret; sed spinis digito ictus, acerbissimisque doloribus cruciatus adolescens, repente mutus cecidit, ac febris subsequuta, quam citissime vitam perdidit.

Fabula docet, eventura esse audacter ferenda, nec arte ulla posse averti; est enim inevitabile fatum.

Fab. CLXXXVIII. Avarus.

Avarus quidam suis omnibus bonis divenditis, auri massam emit, eamque iuxta domus parietem *σαι, τύψαι*, vel quid simile, quod sermo quidem postulare videtur. Nec medelam affert Neveleti textus Fab. CCLXIX. quae licet eiusdem sit argumenti, diversa tamen in narratione est.

4. οὐ γὰρ ἐκφέυζαι. Pervulgatum est illud, *Ducunt volentem fata, nolentem trahunt.*

5. Lepidissima haec fabula, quae cum Planudea LIX. convenit; ad avariorum mores carpandos efficta; quos

κατορύξας, διετέλει συνεχῶς ἐρχόμενος καὶ ἐπισκεπτόμενος. Τῶν δὲ περὶ τόπον ἐργατῶν τις παρατηρησάμενος αὐτῷ τὰς ἀφίξεις, ὑπενόησε τὸ ἀληθές. Ἀπαλλαγέντος οὖν αὐτῷ τὸ χρυσίον ἀνέλετο. Ὁ δὲ ὡς ἐπανελθὼν εὔρει τὸν τόπον κενόν, ἔκλαιε, καὶ τὰς τρίχας ἔτιλλεν. Ἰδὼν δὲ τις αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ, καὶ τὴν αἰτίαν μαθὼν, ἔφη πρὸς αὐτόν· μὴ λυπεῖ, ἀλλὰ λαβὼν λίθον τῷ αὐτῷ τόπῳ κατάθεις, καὶ νόμιζε τὸ χρυσίον κεῖσθαι. Οὐδὲ γὰρ, ὅτε ἦν, ἔρχῃ αὐτῷ.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οὐδέν ἐστιν ἢ κτήσις, εἰ μὴ καὶ χρυσά τις ἐπάρη.

Μῦθος ρπθ'. Λεαίνη.

³ Φάσις ἦλθε πᾶσι τοῖς τετραπόδοις, καύχημα κατέχουσα εἰς παίδων πλήθη. Καὶ δὴ ἔφασκον τῇ λεαίνῃ βοῶντες· εἶπε καὶ σὺ τὸ, πόσους παῖ-

et Horatius egregie descripsit Satyr. 1. 70. Lib. 1.

congestis undique saccis

Indormis inhians, et tamquam parcere sacris

Cogeris, et pictis tamquam gaudere tabellis.

1. τὸ χρυσίον ἀνέλετο. Idem et Euclioni, avaro illi seni, a Plauto in Aulularia inducto, contigit, qui quum ollam domi auro plenam invenisset, ei metuens, domo extulit, atque in templo Fidei locavit: sed quum se visum suspicaretur, iterum eam sublatam, in Silvani

profunda in fovea depositam, summa cura servabat, accedensque continuo revisebat. Operarius autem quidam, qui eodem in loco versabatur, quum ipsum eo frequenter ire atque redire animadvertisset, statim quid rei esset intellexit. Olim itaque, postquam inde Avarus discessit, eam auri massam subripuit. Reversus ille, ac locum vacuum conspicatus, flere protinus, atque capillos sibi vellere coepit. Quem ita se discruciantem quum quidam vidisset, ubi rei causam agnovit, Ne doleas, inquit, sed lapidem cape, eodem in loco reconde, et aurum ibidem esse finge tibi: eo enim, nec tum quum aderat, utebaris.

Fabula declarat, opes nihili esse faciendas, nisi quis recte iis sciat uti.

Fab. CLXXXIX. Leaena.

Rumor olim apud quadrupedes est allatus, animalia quaedam se filiorum numero ac copia iactare. Tunc itaque quum etiam Leaena, quot

luco occuluit. Ast Euclio ubi recessit, Strophilus, qui haec viderat, ollam furatus est.

2. ἐξῆν αὐτῶ. Horatius loco cit.

*Quid iuvat immensum te argenti pondus et auri,
Furtim defossa timidum deponere terra?*

3. Verbis tantum discrepat haec fabula a superius allata CVI. sed alio stilo descripta est, et plurimas Babrii iamborum reliquias adhuc servare videtur.

δας τίκτεις; Ἡ δὲ γελῶσα πρὸς αὐτοὺς ταῦτα λέγει· σκύμνον μὲν ἓνα, ἀλλὰ γυναιῖον πάνυ.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι κρείσσων εἰς ῥώμην σώματος, καὶ ἀνδρεία, καὶ φρονήσει, ἢ πολλοὶ¹ δειλοὶ καὶ ἄφρονες.

Μῦθος ρύ. Χελιδῶν ἐν Δικαστηρίῳ.

Χελιδῶν ἐν τινι δικαστηρίῳ νεοτοποισαμένη ἐξέπη. Δράκων δὲ προσερπίσας κατέφαγεν αὐτῆς τὰς νεοττῆς. Ἡ δὲ ἐπανελθῆσα καὶ τὴν καλιὰν κωνὴν εὐρῆσα, περιπαθῶς ἐσέναζεν. Ἐτέρας δὲ χελιδόνος παρηγορεῖν αὐτὴν πειρωμένης, καὶ² λεγέσης, εἰ μόνω τέκνα ὑποβαλεῖν αὐτὴν συμβέβηκεν, ὑπολαβῆσα ἔφη· ἀλλ' ἔγωγε εἰ ποσῶτον ἐπὶ τοῖς τέκνοις κλαίω, ἀλλ' ὅτι ἐν τῷ τῷ τόπῳ ἠδίκημαι, ἐν ᾧ οἱ ἀδικούμενοι βοηθείας τυγχάνουσι.

Ὅλως δηλοῖ, ὅτι χαλεπώτεραι γίνονται τοῖς πάχουσιν αἱ συμφοραὶ, ὅταν ὑφ' ὧν ἤκιστα προσεδόκησαν πάχουσι.

1. δειλοὶ καὶ ἄφρονες. Id recte quoque Horatius edocuit, dum ait Od. IV. lib. III.

filios pareret, esset interrogata, Vnicum tantum, subridens respondit, sed strenuissimum pario.

Fabula declarat, quod melior habendus est unus, qui vi corporis, strenuitate, ac prudentia excellat, quam plures qui viles sint, ac mente omnino careant.

Fab. CXC. Hirundo in tribunali.

In tribunali quodam Hirundo quum peperisset, anguis ubi eam nido absentem vidit, in supremum tecti serpens, omnes eius pullos devoravit. Reversa deinde mater, et vacuo nido reperto, flebiliter lamentabatur. Alia autem hirundo quum flentem solari conaretur, eique narraret, quod illi non solum, sed et ceteris quoque volucris filios amittere saepe contigerat, Ego vero, respondit, non tam de amissis natis queror, quam quod mihi hoc in loco huiusmodi iniuria allata sit, in quo suum, qui iniuriis affecti sunt, patrocinium consequuntur.

Id plane declarat, calamitates tunc vel maxime graves esse, quum nobis inexpectatae contingunt.

Vis consili expers mole ruit sua.

2. λεγούσης. Adde ὅτι, ne manca sit oratio.

Μῦθος ργá. Χῆνες καὶ Γέρανοι.

Χῆνες καὶ γέρανοι τὸν αὐτὸν λειμῶνα ἐνέμοντο. Ἐπιφανέντων δὲ αὐτοῖς θηροῦτων, οἱ μὲν γέρανοι ἑλαφροὶ ὄντες ταχέως ἀπέπτησαν, καὶ διεσώθησαν· αἱ δὲ χῆνες μείνασαι διὰ τὸ βάρος τῶν σωμάτων συνηλύθησαν.

Οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ ἐπαναστάσει πόλεων¹ γίνεται· οἱ μὲν πένητες, διὰ τὸ ἀκτήμονες εἶναι, ῥαδίως μεταβαίνουσιν ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν, οἱ δὲ πλείστοι διὰ τὴν τῶν ὑπαρχόντων ὑπερβολὴν μένοντες, πολλάκις δαλεύουσι.

Μῦθος ργβ'. Χελιδῶν καὶ Κορώνη.

Χελιδῶν καὶ κορώνη περὶ κάλλους ἦριζον. Ὑποτυχοῦσα δὲ ἡ κορώνη, πρὸς αὐτὴν εἶπεν· ἀλλὰ τὸ μὲν σὸν κάλλος τὴν² ἑαρινὴν ὥραν ἀνθεῖ, τὸ δὲ ἐμὸν σῶμα καὶ χειμῶνι ἀντιτάσσεται.

1. γίνεται. In Cod. γίνονται, sed male.

2. ἑαρινὴν ὥραν ἀνθεῖ. Avium quaedam perennes sunt, ut columbae, aliae semestres, ut hirundines, ut ait Plinius; et sane Martio mense cernuntur, et elapso Augusto eas abire observamus. An autem revera tum hirundines, milvi, ceteraeque volucres e nostris regionibus Europaeis transvolantes, Aegyptum omnes in

Fab. CXCI. Anseres et Grues.

Eodem in prato Grues et Anseres pascebantur. Venatores interim quum repente supervenisent, Grues quidem, quod leves essent, inde cito avolarunt, atque incolumes evasere: sed Anseres ob nimium corporis pondus quum ibi manere coacti essent, statim omnes comprehensi sunt.

Ita quoque apud homines fieri solet. Quando urbibus hostes potiuntur, pauperes quidem, quum nihil possideant, facillime se fuga proripiunt, ex urbe in urbem demigrantes; sed divites ob divitiarum copiam manentes, saepenumero in servitutem rediguntur.

Fab. CXCII. Hirundo et Cornix.

Hirundo et Cornix de pulcritudine contendebant. At Cornix iactanti se Hirundini, Tua forma, inquit, verno tantum tempore floret, meum vero corpus hyeme quoque perdurat.

hiberna concedant, haud facile poterit affirmari. Nam etsi veterum quoque Philosophorum ea sententia fuerit, Alberto tamen teste, aliisque, ut Aldrovandus ait, *De Avibus* T. II. pag. 664. visum est, eas in arboribus quibusdam concavis se se abdidisse, in quibus glomeratim invicem adhaerentes, suo se se calore foveant, ac vivunt; quod, inquit, accidit in quadam

Ὁλως δηλοῖ, ὅτι ἡ παράταξις τῆς σώματος, εὐπρεπείας καλλοῦ.

Μῦθος ρυγ'. Χελώνη καὶ Ἀετός.

Χελώνη θρασυμένη αἰτὸν πετόμενον, ἐπεθύμησε καὶ αὐτὴ πετᾶσαι. Προσελθῆσα δὲ τῷτον παρεκάλει, ἐφ' ᾧ βέλεται μισθῷ, διδάξαι αὐτήν. Τῷ λέγοντος, ¹ ἀδύνατον εἶναι, καὶ ἔτι αὐτῆς ἐπικειμένης καὶ ἀξιούσης, ² ἄρας αὐτήν καὶ μετέωρος ἀρθεῖς, ἀφῆκεν ἐπὶ τινος πέτρας, ὅθεν κατενεχθεῖσα διερράγη καὶ ἀπέθανεν.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι πολλοὶ τῶν ἀθρώπων ἐν ταῖς φιλονεικίαις τῶν φρονιμωτέρων αὐτῶν παρακίσαντες, ἑαυτὸς καταβλάπτουσιν.

silva superioris Germaniae, ubi incisa quercus putrida, inventa est plena hirundinibus. Idem hoc sibi testatum esse Pompeium Columbum, virum maximum rerum naturae indagatorem, scribit Augustinus Niphus, idemque observavit alius quispiam, cuius verba recitat Gaspar Heldelinus, citante Ornithologo. Vide etiam quae de hirundinibus in septentrione degentibus, et quomodo ibi hibernare soleant, Olaus Magnus Upsalensis Episcopus scripsit. Ceterum quum plurimi quadrupedum, reptiliumque, omnino hyeme penes nos in cavis terrarum lateant, quid mirum si nonnullis quoque avibus idem contingat? Vide Diss. de Hirundinum et Ciconiarum Hibernatione, Ornithologiae Tom. III. Flor. 1767. fol.

Fabula declarat, corporis firmitatem pulchritudine esse praestantiorē.

Fab. CXCI. Testudo et Aquila.

Testudo volantem Aquilam quum vidisset, ipsa quoque volandi desiderio correpta est. Ad ipsam itaque accedens, enixe rogavit, ut se, quolibet pretio soluto, volare doceret. Quod impossibile quum Aquila diceret, Testudo contra magis magisque instaret, obsecraretque, illa denique captam unguibus in sublime tulit, atque inde in petram demisit; quo ictu diffracta Testudo, protinus extincta est.

Fabula declarat, permultos homines, dum in contentionibus prudentiorum consiliis parere nolunt, ingentia damna sibimetipsis inferre.

1. καλλονή. Vitiosa Cod. lectio est. Sensus enim requirit, καλλίων ἐσί, vel quid simile.

2. ἀδύνατον εἶναι. De re absurda aut impossibili, hanc Latini paroemiam usurpabant, *Testudo volat*; qua utitur Claudianus Lib. 1. adversus Eutropium, qui Eunuchus quum esset, tamen Romae factus fuit Consul, aiens,
Iam testudo volat, profert iam cornua vultur,
Prona petunt retro fluvii vada, Gadibus ortum
Armenii texere diem; iam frugibus aptum
Aequor, et assuetum silvis delphina videbo.

3. ἄρας αὐτήν. Plin. Lib. X. cap. 3. de aquila, quam anatariam vocat, ait: *Ingenium est ei, testudines raptas frangere, e sublimi iaciendo. Quae fors interemit Poetam*

Μῦθος ργδ'. Φύλλα κὴ Ἀθλητής.

Ψύλλα ποτὲ πηδήσασα, ἐκάθισεν ἐπὶ πόδα ἀνδρὸς ἀθλητῆ σοβῆντος, καὶ ἄλλομένη ἐνήκε δῆγμα. Ὁ δὲ ἀκροχολέσας, ἠυτρέπισε τὰς ὀνυχας, ὅπως σωθλάσῃ ταύτῃ. ἢ δὲ ἐφ' ὀρμῆς φυσικῆς πήδημα λαβῆσα, ἀπέδρα, τοῦ θανεῖν ἀπαλλαγεῖσα.² Καὶ ὃς στενάξας εἶπεν.³ ὦ Ἡράκλεις, διὰ τί ἐπὶ κακοῦς ἀνταγωνιστὰς οὐκ εἶ συνεργός;

Ὅλως δηλοῖ, ὅτι οὐ δεῖ ἐπὶ τὰ ἐλάχιστα κὴ ἀκίνδυνα πράγματα ἐπ' εὐθύς τὰς θεὰς ἐπικαλεῖσθαι, ἀλλ' ἐπὶ ταῖς μείζουσιν ἀνάγκαις κὴ συμφοραῖς.

Μῦθος ργέ. Μύρμηξ κὴ Τέττιξ.

Ψύχος, καὶ χειμῶν κατ' ὀλύμπου· μύρμηξ δὲ πολλὰς⁴ συνάξας τροφὰς ἐν ἀμνητοῖς, ἐν ἰδίοις οἰκοῖς ἀπέθηκε· τέττιξ δὲ ἐπὶ τρώγλης ἐνδύνας

Aeschylum. Vide Valer. Max. Lib. IX. cap. 12. ext. 2. Heusing. ad Planud. Fab. LXI. Huius vero Apologi meminuit etiam Suidas voce νῦν σωθάλω.

1. ἄλλομένη. In Codice vitiose ἀλλόμενος.

2. Καὶ ὃς. Sic in Cod. At melius se haberet Ὁ δέ.

3. ὦ Ἡράκλεις. Hercules gladiatorum et athletarum praeses habebatur. Vide Athenaeum Lib. XIII. Lips. *Saturnal.* Lib. II. c. 23. Ridicule ergo Deus heic in au-

Fab. CXCIV. Pulex et Athleta .

Pulex olim de more saltans , in superbe incedentis Athletae pede resedit , eumque acriter suo morsu pupugit . Ille ad iram repente excitatus , eum ut obtunderet , ungues compressit . At Pulex ut mortem fugeret , saltu , quo natura pollet , se inde proripiens , quam citissime evasit . Tum Athleta suspirans , O Hercules , inquit , quid mihi contra adversarios tam iniquos non succurris ?

Haec sane docent , non debere nos in minimis , nulliusque momenti rebus , sed in maximis periculis , atque calamitatibus Deos invocare .

Fab. CXCIV. Formica et Cicada .

Frigus erat , et hyems coelo saeviebat , iamque Formica ingentem tritici acervum , tempore messis collectum , suis in latibulis reposuerat .

xilium vocatur a commissuro cum pulice pugnam . Hinc proverbium illud *in pulicis morsu Deum invocat* , in eos dictum , qui quacumque levi de re , perinde ac de maxima graviter perturbantur . De quo vide Erasmi in *Adag.* Chil. III. Centur. IV. Haud absimilis fabula exstat etiam inter Planudeas n. LXII.

4. συνάξας . Vid. not. 1. pag. 180.

ἔξέπνεε τῇ πείνῃ, λιμῶ κατεχόμενος, καὶ ψύχει
 πολλῶ· ἐδέετο δὲ τῷ μύρμηκος τροφῆς μεταδῆναι,
 ὅπως καὶ αὐτὸς γδοσάμενός τινος σωθῆιη. Ὁ μύρ-
 μηξ δὲ πρὸς αὐτὸν, πᾶ, φησιν, ἦς τῷ θέρει;
 πῶς δ' ἐσωῆξας τροφὰς ἐν ἀμητῶ; Ὁ δὲ τέττιξ,
 ἦδον καὶ ἔτερπον τῆς ὁδοιποροῦντας· ὁ δὲ μύρμηξ
 γέλωτι πολλῶ καταχέας ἔφη· οὐκοῦν χειμῶνος
 ὄρχου.

Ὅπως δηλοῖ, ὅτι οὐδὲν κρεῖττον τῷ φροντίζειν
 τῶν ἀναγκαίων τροφῶν, καὶ μὴ ἀπαχολεῖσθαι εἰς
 τέρψιν, καὶ κωμασίαν.

Μῦθος ρυγ'. Ἄνθρωπος καὶ Ψύλλα.

Ψύλλα δέποτε πολλά τινι ἠνώχλει· καὶ δὴ
 συλλαβῶν, τίς εἶ ἀνεβόα, ὅτι πάντα μου μέλη
 κατεβοσκήσω, εἰκῆ καὶ μάτην ἐμὲ καταναλίσκων;
 Ἡ δὲ ἐβόα· οὕτως ζῶμεν, μὴ κτείνης, μέγα δὲ

I. ἦδον καὶ ἔτερπον τοῦς ὁδοιποροῦντας. Ita quidem sen-
 tiebant veteres, qui musicum maxime hoc animal pu-
 tabant, et quodammodo venerabantur; quasi ideo a
 natura datum, ut agricolarum labores cantu levaret.
 Hinc μουσῶν ὄρνιν dixerunt, eique tum Anacreon Ode
 XLIII. tum Theocritus *Eidyll.* VII. aliique quampluri-
 mi, summas laudes, summamque cantus suavitatem tri-
 buere. Sed mirum, cur nobis plerisque tam hebetes
 sint aures, ut nihil unquam ex hac cicadarum cantus
 suavitate percipiant. Quaesitum est quam de caussa

Cicada contra in profundas terrae rimas ingressa, inedia, fame, ac frigore conficiebatur. Formicam itaque obsecrabat, ut sibi escam praeberet, ut aliquo cibo refecta, vitam et ipsa servare posset. Verum Formica, Vbinam, inquit, aestivis eras diebus? Ecquid messis tempore tibi victum non comparasti? Cui Cicada, Canebam, ait, viatoresque exhilarabam. Quo audito, Formica effuse ridens respondit, Ergo hyeme salta.

Fabula declarat, nihil melius esse, quam de necessariis ad victum curam gerere; docetque insuper, non debere nos deliciis atque conviviis indulgere.

Fab. CXCVI. Homo et Pulex.

Quidam olim a Pulice vehementer infestabatur; quapropter quum eum comprehendisset, Ecquis es, ait exclamans, quod omnia mea membra depasceris, temere atque iniuria me totum

ita de iis Graeci, et Latini eorum sectatores, senserint. Sed quis Poetarum somnia atque fictiones apposite ac dilucide explicare auserit?

2. Ex Palatinis membranis primus hanc fabulam eruit Neveletus, sed vitiis adeo scatentem, atque deturpatam edidit, ut vix novo vulneri locus esset. Is itaque μεταμελήσας, eam suis in notulis emendavit, qua quidem in re, paucis, iisque levissimis, rebus exceptis, egregie se gessit. Nostri autem Codicis lectio, utpote vetustioris, praeferenda est.

κακὸν οὐ δύναμαι ποιῆσαι. Ὁ δὲ γελάσας πρὸς αὐτὴν οὕτως ἔφη· ἄρτι τεθνήξῃ χερσὶ μου ταῖς ἰδίαις· ἅπαν γὰρ κακὸν οὐ μικρὸν οὐδὲ μέγα ἐδ' ὅλως πρέπει καθόλα τῷ φῦναι.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ὁ κακὸς ἐπρέπει ἐλευθῆναι, καὶν μέγας ἢ, καὶν μικρός.

Μῦθος ρηζ'. Φιττακὸς καὶ Γαλιῆ.

Ψιττακὸν τις ἀγοράσας, ἀφῆκεν ἐπὶ τῆς οἰκίας νέμεσθαι· ὁ δὲ τῇ ἡμερότητι χηισάμενος, ἄποπιδήσας ἐπὶ τὴν ἐσίαν ἐκάθισε, κακεῖθεν τερπνὸν ἐκεκράγει. Γαλιῆ δὲ θεασαμένη, ἐπυροθάνετο αὐτὸν τίς ἐσι, καὶ πόθεν ἦλθεν· ὁ δὲ εἶπεν· ὁ δεσπότης με νεωστὶ ἐπρίατο· Ουκοῦν, ἰταμώτατε ζώων ἔφη, πρόσφατος ὦν ταῦτα βοᾷς, ὅτε ἐμοὶ τῇ οἰκογενεῖ ἐκ ἐπιτρέψεσιν οἱ δεσπότες, ἀλλ' ἐάν ποτε τῷτο πράξω, προσαγανακτῶντες ἀπελάουσίν με; Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο λέγων· οἰκοδέσποινα, ἀλλὰ σύ γε βάδιζε μακράν· οὐ γὰρ ὁμοίως δυσχεραίνουσιν οἱ δεσπότες ἐπὶ τῇ ἐμῇ φωνῇ, καὶ ἐπὶ τῇ σῇ.

1. τῷ. Rectius forsan esset πκ. Pro φῦναι in Cod. vitiose φυῆναι.

vorans? Cui ille, Sic vivimus, inquit; verum, ne me perdas, quaeso; haud magna enim mala afferre possum tibi. Is vero subridens, Nunc morieris, ait, mea manu discerptus: quidquid enim malum est, sive leve, sive magnum sit, nullo unquam modo ferendum est.

Fabula declarat, improbum hominem, sive parvus, sive magnus sit, nulla miseratione dignum esse.

Fab. CXCVII. Psittacus et Felis.

Psittacum quum quidam emisset, eum domi ut aleretur dimisit. Is vero, cicur ut erat, supra focum prosiliens ibidem constitit, eoque ex loco suaviter cantare coepit. Felis eum conspicata, quinam esset, et undenam adventasset, interrogabat. Cui ille, Herus, ait, me nuper emit. Tum Felis, Itane, avium impudentissime, novus quum heic adsis, ita vocem tollere audes, dum mihi quae huiusce domi verna sum, id minime domini concedunt, sed contra, si unquam auderem, indignati me expellunt? Ad haec Psittacus, Hinc longe, inquit, o magistra domus abscede; non enim domini de mea aequae ac de tua voce irascuntur.

2. Ψιττακόν. Perperam in Codice Ψιττακόν, ob adfinitatem pronunciationis.

Ὁ μῦθος οὗτος πρὸς ἄνδρα φιλόσογον, ἑτέροις
αἰεὶ αἰτίας προσάπτειν ἐπιχειρῶντα.

Μῦθος ρηή. Μύρμηκες καὶ Τέττιξ.

Ωρας δέποτε χειμῶνος τυγχανούσης, μύρμη-
κες σῖτον ἠλίαζον βραχέντα. Τέττιξ δὲ τούτους
οὔτως ἰδὼν ποιῶντας, αὐτὸς λιμώτων καὶ μέλ-
λων τεθνηκένοι, δραμῶν παρ' αὐτὰς ἔδωδὴν ἐπε-
ζήτει. Τῶν δὲ φησάντων, τῷ θέρει πῶς εἴ ἔχεις,
ἀλλ' ἐρράθυμεις, καὶ προσαιτεῖς ἀρτίως; τέττιξ
ἀντεῖπεν· ἀλλ' ἐτερπόμην τότε, αὐλῶν καὶ τέρπων
ὅλας τοὺς ὁδοιπόρους. Οἱ δὲ αὐτίκα ταῦτα ἀκη-
κοότες, ἐμειδίασαν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐβόων· χει-
μῶνος ὄρχῃ, εἴπερ ἠύλεις ἐν θέρει· ἀλλ' ἐν θέ-
ρει σὺ τὸν σῖτον ὑποτίθει, καὶ μὴ λυεῖζων² ἠδύ-
νεις ὁδοιπόρους.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι εἰ δεῖ τινα ἀμιλεῖν ἢ ὀκνεῖν
ἐπὶ τινος πράγματος, ἀλλὰ τὰ δέοντα ποιεῖν, μή-
πως ὀκνήσας κινδύνῳ περιπέσῃ.

1. Eiusdem argumenti est haec fabula, ac antea re-
lata num. CLXXXIX. licet in verbis aliquantisper di-
versa. Hinc liquet, Aesopicas Fabulas ab uno eodem-
que fonte profectas, deinde pro ingenio eorum qui eas
vel scriberent, vel recitarent, aliquantisper immuta-
tas. Ceterum huiusmodi fabula Aesopicum ingenium

Vituperandi cupidum haec fabula respicit, qui semper ad alios reprehendendos ansam quaerit.

Fab. CXCVIII. Formicae et Cicada.

Hyems quum olim esset, Formicae madefactum triticum soli exponebant. Cicada eas ita huic operi instantes conspicata, fame laborans, ac iam iam moritura, ad illas accessit et cibum petiit. Illae vero, Quidnam, ei dixere, cibi colligendi curam aestatis tempore non gerebas, sed desidiosa eras? Itane audes a nobis nunc quaerere? Ad haec Cicada, Tunc genio indulgebam, respondit, et cantu viatores omnes solabar. His auditis, Formicae in risum effusae, Hyeme ergo salta, dixere, si aestate cantabas. Sed potius aestivis diebus tibi triticum recondas moneo, nec viatores cantando delectes.

Fabula docet, nulla in re quempiam negligentem aut segnem esse debere, sed necessaria gerere, ne, ocio indulgens, in periculum veniat.

parum sapit. Hyemis enim tempore formicae raro, cicadae vero nunquam apparent, sed illae in suis latibulis, hae in terrae rimis abditae delitescunt. Verum haec inquirere, idem esset ac nodum in scirpo quaerere.

2. ἰδύνας. Legendum puto ἰδύνης.

Μῦθος ρηθ'. Ἀνὴρ μεσοπολιὸς καὶ Ἐταῖραι.

Ἄνὴρ μεσοπολιὸς δύο ἐρωμένας εἶχεν, ὧν ἡ μὲν μία νεᾶνις, ἡ δὲ ἄλλη πρεσβύτης. Καὶ ἡ μὲν προβεβηκυῖα, ² αἰδουμένη νεωτέραν αὐτῆς πλησιάζειν διετέλει, καὶ εἶποτε πρὸς αὐτὸν παρεγένετο, τὰς μελαίνας αὐτῆ τρίχας περιηρεῖτο· ἡ δὲ νεωτέρα, ὑποσελλομένη γέροντα ἐρασὴν ἔχειν, τὰς πολιὰς αὐτῆ ἐπέσπασεν. Ὅυτω συνέβη ὑπ' ἀμφοτέρων ἐν μέρει τιλλομένων, ³ φαλακρότερον γενέσθαι.

⁴ Οὕτως πανταχῶς τὸ ἀνώμαλον βλαβερόν ἐστιν.

1. Hanc fabulam ex Neveleti Collectione sub num. CLXV. desumpsimus; quae enim eiusdem argumenti, ut videtur, in Casinensi Codice ultimo loco occurrit, corrupta omnino ac mutila est; ita namque se habet: Ωρτις ὄνομα ἐν ταῖς τρυφαῖς χολάζων, ἐκ ἦν πρεσβύτης, ἀλλ' ἐδὲ νέος πάλιν· λευκάς γὰρ εἶχεν καὶ μελαίνας τὰς τρίχας. Ὅμως μέλισσος καὶ μεσήλιξ τυγχάνων, δύο γυναικας ἔχεν ἐν τῇ οἰκίᾳ, ἡ μὲν μία χαῦς, ἡ δὲ ἑτέρα νέα . . . et heic Fabularum finis.

2. αἰδουμένη νεωτέραν αὐτῆς. Lectionem hanc in versione secutus sum. Levi tamen mutatione malleμ αἰδου-

ΤΕΛΟΣ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΤΜΗΜΑΤΟΣ.

Fab. CXCIX. Homo semicanus et Amasiae eius.

Homo quidam semicanus Amasias habebat duas, quarum altera iunior, altera vero senior erat. Ceterum aetate provector, iuniorem apud illum semper adesse aegre ferebat; quapropter si quando ad illum accederet, nigros eius crines vellebat: contra iunior, senem sibi esse amatorem nolens, crines canos carpebat. Sic ipsi, capillis ab utrisque seorsim evulsis, calvum fieri tandem contigit.

Ita inaequalitas ubique noxia est.

μένη νεωτέρω αὐτῆς πλησιάζειν. Sic enim postea ἡ δὲ νεωτέρα ὑποσελλομένη γέροντα ἐρασὴν ἔχεν. *Neveletus.*

3. φαλακρότερον γενέσθαι. Addit Palat. quintus, καὶ ὄνειδος ἀπάντων. Sic et Babrias Fab. 24.

Ἐξ ὧν ψιλωθεὶς, πᾶσιν ὠράθη γέλως. *Idem.*

4. Οὕτως πανταχῶ πῶ. Dissentiunt ceteri Codices ab antiquiore. Alii, Διδάσκει ἡμᾶς ὁ μῦθος, ὅτι ἀνόητός ἐστιν ἀνὴρ, ὁ γυωαῖξιν ἑαυτὸν ἐκδοῦναι θέλων. Alii, ὅτι ἐλεεινός ἐστιν ὃς εἰς γυωαῖκας ἐμπίπτει· ἡ γὰρ γυνὴ θαλάσση ὁμοιοῦται, ποτε μὲν γαληνιῶσα, καὶ προσμειδιῶσα, ποτε δὲ ἀποπνίγουσα. *Idem.*

FINIS PRIMAE PARTIS.

ΑΙΣΩΠΟΥ ΜΥΘΟΙ



FABVLAE AESOPICAE

ΑΙΣΙΟΤΟ ΤΟΠΟΣΙΑ

ΤΑΒΑΛΛΑΕ ΑΕΣΟΠΙΣΑΕ

ΑΙΣΩΠΟΥ ΜΥΘΟΙ
FABVLÆ AESOPICÆ

QVALES ANTE PLANVDEM FEREBANTVR
EX DIVERSIS AVCTORIBVS PARTIM COLLECTÆ
PARTIM EX MSS. CODD.

NVNC PRIMVM DEPROMPTÆ
LATINA VERSIONE NOTISQVE EXORNATÆ

CVRA AC STVDIO

FRANCISCI DE FVRIA

BIBLIOTH. LAURENTIANÆ AC MARVCELLIANÆ PRAEFECTI
ET GRAECARVM LITTERARVM PVBL. PROF.

PARS II.




FLORENTIÆ

TYPIS CARLIANIS

M. DCCC. IX.

LECTORI BENEVOLO

ΕΥΠΡΑΤΤΕΙΝ.



Graecarum Fabularum, quotquot ad nos usque pervenere, absolutam qua fieri potuit Collectionem editurus, operae pretium facturum putavi, si post expletam earum impressionem, quae in Florentino Casinensi Codice servantur, ceterarum quoque, quae in aliis Collectionibus iam vulgatis, nec non in Graecis Scriptoribus sparsim reperiuntur, delectum illis adiungerem. Quum vero in hisce Collectionibus permultae Fabulae occurrant, quae licet verbis aliquantisper inter se differant, eiusdem tamen sunt argumenti, eademque semper enarrant, proinde, ne toties repetita fastidium legenti ferant, heic eas tantum adiectas esse volui, quarum narrationes cum antecedentibus iam excusis minime convenirent. Huiusmodi autem delectum, ut aliqua temporum ratio haberetur, ab Aphthonio primum exorsus sum, quod Planudem XII. fere saeculis antecesserit. Is enim post Aristidis et Hermogenis aetatem floruit, cuius Progymnasmata, sive Rhetoricas Praeexercitationes, in duos libros distributas, duobus additis auxit, sive potius duo in quatuor dispescendo, distin-

etius proposuit, et exemplis illustravit. Ex quadraginta igitur Fabulis, quas ille nimirum in tyronum usum et utilitatem, Aesopo materiam praebente, concinnavit, tres et viginti tantum selegi, quod hae solum cum editis ex Casinensi Codice non convenirent; ceterarum enim argumenta cum hisce non modo, sed cum iis etiam quae in Planudea, aliisque Collectionibus leguntur, omnino concordant.

Post Aphthonii Fabulas nonnullae ex iis excerptae sequuntur, quas Planudes Monachus Constantinopolitanus, XIV. Aerae Christianae saeculo in unum collegisse narratur, ac deinde quamplurimae, ex Neveletana Collectione depromptae, eae siquidem quarum argumenta nostro in Codice, nec non in Aphthonio, atque Planude desiderantur. His annectuntur Fabulae quaedam ex iis, quas primum Chr. Fr. Matthei Lipsiae edidit anno 1781. ex MSS. Codd. Mosquensibus erutas, in quibus Syntipae, Persae Philosopho, tribuuntur, et a Michaele Andreopulo Grammatico in Graecum sermonem versae perhibentur. Eas tamen Syntipae opus non esse affirmarim, sed potius ab inepto et inerudito librario ei adscriptas fuisse crediderim, quod nimirum in vetustiori aliquo Codice, post Graecam versionem ab eodem Grammatico concinnatam celebris illius Syntipae Fabulae de Cyro Persarum rege, eiusque filio, pellice, et septem philosophis aulicis, huiusmodi Fabulae invenirentur. Librarii enim solebant, ut maiori precio libros suos ignaris et imperitis venderent, complura in illis congerere, eaque veterum auctorum nomine exornare. Et certe ad Aesopum potius, vel Grae

eum aliquem eius imitatore[m], has Fabulas esse referendas nullus dubito, tum quia permultae cum Aesopicis iam editis quoad argumenta conveniunt, ut ex. gr. 17. de Vulpe et Leone, quae est imitatio Aesopicae de Hoedo et Lupo n. LXXV. tum quia nonnullae ex Graecis Scriptoribus omnino excerptae videntur, ut ex. gr. Fabula de Borea et Vento n. 55. quae in Plutarchi Libro de Coniugal. Praecept. legitur, et Fab. XXXII. de Homine et Olitore, quae etiam in apocrypha Graeca Aesopi Vita narratur.

Vberrimam autem et nunquam editam Fabularum seriem Bibliothecae Vaticanae Codd. suppeditarunt, quarum exemplar Vir doctiss. Caietanus Marinius, illius Bibliothecae Custos Primus, et Hieronymus Amatus, amicissime trans miserunt. Dolendum tamen horum Codd. scriptorem adeo imperitum atque rudem fuisse, ut fere nulla in iis verba mendis careant, ut ex fidelissimo Amati apographo apparet. Codd. itaque Vaticanorum lectionem sarcire saepissime necesse fuit; opus mehercule plenum aleae periculosae: in quo, licet omnis cura atque diligentia adhibita fuerit, non tamen ad unguem perfectum, et castigatum dici potest. Et re quidem vera, nonnulla prius licet emendata quum iterum acriori studio recognovissem, ea melius emendari posse animadverti, ut ex. gr. illa Fabulae CCCLXXX. verba . . . ἔχουσι φροντίδα· οὐκέτι ἐγὼ κ. τ. λ. ita interpungenda et vertenda esse intellexi . . . ἔχουσι φροντίδα οὐκέτι· ἐγὼ κ. τ. λ. idest nil ventos, aut immensam mole[m] aquarum curantes: *Se contra* etc. et quae in Fab. CCCLX. versa sunt, *verum omni mente carens hac laude con-*

tentus non fuit; suis enim etc. melius reddi possent, At demens ille nullam ob hoc laudem reportavit; quapropter etc. Adeo depravatos libros bene interpretari difficile est.

Postremo autem loco eas Fabulas ponendas duxi, quae sparsim apud veteres Graecos Scriptores reperiuntur, eo vel maxime fretus, quod earum nonnullae ab iisdem Aesopo adscribuntur, ceterae vero quum nec inficetae nec absurdae viderentur, inter Aesopicas quasi quodam suo iure collocari posse merebant. Hoc, ne nescius esses, monitum te, Lector, volebam. Vale.

ΛΙΣΩΠΟΤ ΜΥΘΟΙ

ΕΚ ΤΩΝ ΤΟΥ ΑΦΘΟΝΙΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ.

Μῦθος σ'. Χῆν καὶ Κύκνος.

Ανὴρ εὐπορῶν χῆνά τε ἅμα καὶ κύκνον ἄμφω τρέφειν ἐβούλετο· ἔτρεφε δὲ οὐκ ἐφ' ὁμοίοις βουλόμασι· τὸν μὲν γὰρ ᾠδῆς, τὸν δὲ τραπέζης ἐκπέτο χάριν· Ὡς δὲ ἔδει τὸν χῆνα ἀποθανεῖν ἐφ' οἷς ἐτρέφετο, νύξ μὲν ἦν, καὶ διαγνώσκειν ὁ καιρὸς ἐκ ἀφῆκον ἐκάτερον· Ὁ κύκνος δὲ ἀντὶ τῆς χινοῦς ἀπαχθεῖς, ᾠδῆν σημαίνει τὴν φύσιν, καὶ τὴν τελειότητα διαφεύγει τῷ μέλει.

Οὕτως ἡ μεσικὴ τὴν ἀναβολὴν ἀπεργάζεται.

Μῦθος σα'. Ἰκτῖνοι καὶ Κύκνοι.

Οσὼ τοῖς κύκνοις ἡ φύσις ᾠδῆν, τοσαύτην ἰκτῖνοις παρέχετο πρότερον· Ἰππων δὲ χεμετιζόντων ἀκούσαντες, εἰς ἔρωτα ἤκον τῆς ἐκείνων φωνῆς.

1. ἀναβολὴν. Intercidisse videtur τῆς τελευτῆς, quae verba leguntur in Planudea LXXIV. quae cum hac omnino concordat. Ceterum huiusce rei permulta exstant exempla. Boethius enim *De Musica* Lib. I. cap. 1. narrat, Terpandrum atque Arionem, Lesbios et Iones gravissimis morbis cantus praesidio eripuisse; qua de

FABVLAE AESOPICAE

EX APHTHONIO SOPHISTA.

* Fab. CC. 2. Anser et Cycnus,

Vir dives Anserem simul alebat et Olorem : alebat autem non eodem fine ; siquidem hunc canendi gratia , illum mensae . Vt vero mori oportuit Anserem , ad quam rem altus erat , quum quidem nox esset , nec tempus alterum altero dignosci pateretur , Cycnus pro Ansere sublatus , cantu significat naturam , et ita mortem effugit suavitate canendi .

Sic musica mortis dilationem parit .

Fab. CCI. 3. Milvi et Cycni.

Qualem Cycnis natura cantum , talem antea quoque Milvis dederat . Sed quum equos hinnientes audirent , et hinnitus amore capti , conaren-

re plura videri possunt in *Historia Musices* a Martinio conscripta Vol. II. pag. 284. Bonon. 1770. 4.

* Prior numerus , ordinem Fabularum cum superioribus huiusce Collectionis congruentem notat , secundus vero , earumdem ordinem exhibet , quo apud ipsum Aphthonium ceterosque , quos deinceps afferemus , digestae sunt .

Καὶ μιμῆσθαι πειρώμενοι, σωμαποβάλλουσιν ἃ εἶχον, οἷς μαθεῖν ἐπέπιδόλον· χεμετίζειν μὲν ᾧ ἐκ ἔμαθον, ἄδειν δὲ ἐπελάθοντο.

Φέρει τῷ προσόντων τὴν σέρησιν ἢ τῷ μὴ προσήκοντος μίμησις.

Μῦθος σβ'. Ἰξευτὴς καὶ Τέττιξ.

Ιξευτὴς τέττιγος ἀκούσας, μέγα τι θηράσειν ἐδόκει· μετρεῖ τὴν θήραν ἐκ τῆς ᾧδῆς παρερχόμενος. Ὡς δὲ τὴν τέχνῳ κινήσας εἶχε τὸ θήραμα, ᾧδῆς μὲν πλέον οὐδὲν ἐκομίσατο. Κατητιᾶτο δὲ τὴν δόξαν, ὡς ψυδῆ τοῖς πολλοῖς κείσιν ἐπάγουσαν.

“Οὕτως φαῦλοι δοκεῖσι μᾶλλον ἢ περ γεγόνασι.

Μῦθος σγ'. Αἶξ καὶ Αἰπόλος.

Αἶγα ἀποσᾶσαν ἀγέλης, ἐπανάγειν αἰπόλος ἐπειᾶτο πρὸς τὰς λοιπὰς. Ὡς δὲ, φωναῖς καὶ συριγμοῖς χρώμενος, οὐδὲν μᾶλλον ἤνυσεν, λίθον ἀφείς, καὶ τῷ κέρας τυχῶν, ἐδεῖτο τῷ δεσπότῃ μὴ κατειπεῖν. Ἡ δὲ, ἀνούτατε, εἶπεν, αἰπόλων, τὸ κέρας κεκράζεται, κἂν ἐγὼ σιωπήσωμαι.

Οὕτως λίαν εὐήθεις, οἱ τὰ πρόδηλα κρύπτειν ἐθέλοντες.

tur imitari, et quae habebant cum iis amisere, quae studebant discere. Ita nec hinnire didicerunt, et canere sunt obliti.

Praesentium est privatio, eorum, quae non decent, imitatio.

Fab. CCII. 4. Auceps et Cicada.

Auceps audita Cicada, magnam aliquam praedam capturum se speravit, quam, quum forte praeteriret, aestimabat ex cantu. Sed quum arte adhibita cepisset, nihil quidem praeter Cicadae cantum reportavit. Tunc itaque opinionem incusavit, quod mendax multis in rebus ferret iudicium.

Sic improbi, peiores esse videntur, quam vera sint.

Fab. CCIII. 5. Capra et Caprarius.

Capram aberrantem a grege longius, congregare rursus volebat Caprarius. Ut vero, vocibus et fistulae sonitu usus, nihil profecit, misso lapide, et cornu forte percusso, rogabat, ne apud dominum se deferret. At illa, Amentissime, inquit, Caprarie; cornu sonabit, etiam si ego taceam.

Sic stulti nimis sunt, qui manifesta occulta volunt.

Μῦθος σδ'. Αἰθίοψ.

Αἰθίοπά τις ὠνήσατο, τοιοῦτον εἶναι τὸ χρῶμα δοκῶν ἀμελεία τοῦ πρότερον ἔχοντος. Καὶ παραλαβὼν ὄικαδε, πάντα μὲν αὐτῷ προσῆγε τὰ ρύματα, πᾶσι δὲ λουτροῖς ἐπειρᾶτο φαιδρύνειν. ¹ καὶ τὸ μὲν χρῶμα μεταβάλλειν ἐκ ἔχε, νοσεῖν δὲ ² τῷ πονεῖν παρεσκεύασεν.

Μένυσιν αἱ φύσεις, ὡς προῆλθον τὸ πρότερον.

Μῦθος σέ. Καρκῖνος καὶ Μήτηρ.

Η μήτηρ πρὸς τὸν καρκῖνον. ³ τί δὲ λοξή, ἦν, ὦ παῖ, βαδίζεις ὁδὸν, ὀρθὴν εἶναι προσῆκον; Ὁ δὲ πρὸς αὐτήν. ἡγοῦ τῆς ὁδοῦ, ὦ μήτερ, καὶ πρὸς αὐτὴν βαδίζειν πειράσομαι. Τῆς δὲ βαδίζειν ἀπορέσης ὀρθῶς, κατήγορος ὁ παῖς τῆς παρανοίας ἐγένετο.

Ῥᾶον ⁴ παραβαίνειν ἢ πονεῖν ὑπῆρξεν ἀδύνατον.

1. καὶ τὸ μὲν χρῶμα. Hinc adagium illud *Aethiopem dealbas*, quod ita elegantissime Lucianus reddidit *Epigramm. XIX.*

Εἰς τί μάτην νίπτεις δέμας Ἰνδικόν; ἔχεο τέχνης.

Οὐ δύνασαι δνοφερὴν νύκτα καθηλιάσαι.

Fab. CCIV. 6. Aethiops.

Aethiopem emit aliquis, persuasus eum ex negligentia eius qui prius habuerat, contractum esse colorem. Quum vero domum duxisset, omnia quidem ei adhibuit purgamenta, omnimodisque lotionibus conatus est ad pristinum, ut putabat, nitorem reducere. Sed quum colorem transmutare non posset, morbum novo labore attulit.

Manet semper natura primigenia.

Fab. CCV. 11. Cancer et Mater.

Mater ad Cancrum, Quid vero obliqua est, inquit, fili, qua incedis, via, quum debeat esse recta? Respondet ille, Praei, Mater, viam, et eam ut sequar, annitar. Sed quum recta Mater progredi non posset, dementiam eius elusit filius.

Facilius est monere, quae factu non sunt possibilia.

2. τῷ πονῆν. Planudea LXXV. quae eiusdem est argumenti, habet τὸ πονῆν.

3. τί δέ. Hanc Fabulam ob oculos habuisse videtur Basilius in Epist. ad Calligraphum, dum ait: μηδὲ βιάζε τὸν κάλαμον λόξα βαδίζειν, ὡς περ τὸν παρ' Ἀισώπῳ καρκίνον.

4. παραβοῖνεν. Lego potius παραινῆν.

Μῦθος σς'. Ἴππος καὶ Μυλωρός.

Ιππον ἐλύπει τὸ γῆρας, καὶ μύλον ἀντὶ μάχης ἐλάμβανεν. Ὡς δὲ ἀλήθειαν ἀντὶ τοῦ πολέμου ἠναγκάζετο, τὴν παρεῖσαν ἐδάκρυε τύχῳ, τῆς δὲ πρώτης ἐμέμνητο, ἐμοὶ, λέγων, ὦ μυλωρέ, στρατεύεσθαι μὲν ὑπῆρχε πρότερον, κόσμος δὲ παντὶ περιέκειτο σώματι, καὶ θεραπεύων παρηκολούθει τοῖς ἀνθρώποις· νῦν δὲ οὐκ οἶδ' ὅ, τι παθῶν, ἀντιλαμβάνω τὸν μύλονα τῆς μάχης. Ὁ μυλωρός πρὸς αὐτόν· ἐπίσχεες, ἔφη, τὰ παλαιὰ θρυλλῶν.

Ἡ τύχη γὰρ θνητοῖς τὴν ἐφ' ἐκάτερα φέρειν οἶδε μεταβολήν.

Μῦθος σζ'. Ταῦροι καὶ Λέων.

Ταῦροι τρεῖς τὴν αὐτὴν δίαιταν ἐπεποίωτο. Λέων δὲ τις αὐτοῖς παρηκολούθει θηρᾶσαι βουλόμενος, καὶ συνόντας μὲν, ἐλεῖν οὐκ ἐδύνατο,

1. Ὡς δὲ ἀλήθειαν. Ex Aesopica Fabula derivatum proverbium Ἴππου γῆρας, equi senecta, quod videre est apud Erasmum *Chil.* II. *Cent.* 1. de iis nempe, qui praeclaris rebus in iuventa gestis, senes ad curas sordidissimas se se abiiciunt; allegoria sumpta a generosis equis, qui licet Olympia saepe vicissent, demum in pistrinum aut currum detrudebantur. Qua de re elegantissimum est Epigramma Leontei *Anth.* Lib. 1. 33. 25.

Fab. CCVI. 13. Equus et Pistrinarius.

Equus senectute depressus, molam pro bello elegit. Vbi quum molere belligerandi loco cogeretur, praesentem lugens fortunam, prioris non immemor, Mei quidem, inquit, o Pistrinarie, ante in bello erat usus, ornatusque circum circa, opera mea hominibus locata, eos sequebar. At nunc, nescio quid passus, pistrinum capesso pro pugna. Cui Pistrinarius, Cessa, inquit, memorare pristina.

Fortuna utramque in partem hominum res mutare novit.

Fab. CCVII. 16. Tauri et Leo.

Tres Tauri vivebant simul. Leo vero semper eos insequabatur ut caperet, et concordem quidem nunquam potuit, discordes vero constituit:

Ὁ πρὶν ἐπ' Ἀλφειῷ σεφανηφόρος, ὃ ἄνερ, ὃ πρὶν

Δισσάκι κρηυχθεὶς κασαλίνης παρ' ὕδαρ,

Ὁ πρὶν ἐγὼ Νεμίῃ βεβοημένος, ὃ πρὶν ἐπ' Ἰωμῷ

Πῶλος, ὃ πρὶν πτηνοῖς ἴσα δραμῶν ἀνέμοις.

Νῦν ὅτε γηραιός, γυροδρόμον, ἤνιδε πέξον

Δινέω, σεφάνων ὕβριν ἐλαυνόμενος.

2. παρηκολέθει. Legendum videtur παρηκολέθειν.

3. μυλωρός. Mallem ubique cum Etym. et Suid. μυλωθρός.

διασάντας δὲ προηρεῖτο χειρώσαθαι. Καὶ συγκρέ-
σας ἀλλήλοις, ἐν μέρει διαστήσας, ἀπέκρινε,
κὴ καθ' ἕκασον προχειρότερον ἔφθειρον, εἰς κοινῇ
σωθύντας ἠπόρει χειρώσαθαι.

Οὕτως ὁμόνοια τοῖς χρωμένοις σωθήειον.

Μῦθος σή. Ἐλαφος κὴ Μήτηρ.

Ελαφον ἢ μήτηρ ἐνουθέτει, ταῦτα λέγουσα· κέ-
ρας, ὧ παῖ, παρὰ τῆς φύσεως εἴληφας, μεγέθει
δὲ διενήνοχας σώματος, καὶ οὐκ οἶδ' ὅ, τι πα-
θῶν ἀποδιδράσκεις ἐπιόντας τοὺς κύνας. Ταῦτα
ἦν, καὶ κυῶν δρόμος ἠκούετο πόρρωθεν. Ἡ δὲ
μένειν τῷ παιδί παραινέσασα, αὐτὴ τῆς φυγῆς
προκατήρξατο.

Παραινεῖν ἔτοιμον, ἂ ποιεῖν ἀπορώτερον.

Μῦθος σθ'. Ἐλαφος ἐπὶ νάματος.

Ελαφον τὸ θέρος ἐπὶ ναμάτων ἐκόμιζε χρεία.
Ἀφικόμενος δὲ, παρασὰς ἑαυτὸν ἐθεῖτο τοῖς νά-
μασι, καὶ τὸ μὲν κέρας τῆς πλοκῆς ἀπεθαύμα-
ζε, κατηγιᾶτο δὲ ἰσθ' ποδῶν τὴν ἀδένειαν. Καὶ τὴν
φύσιν κατ' ἄμφω τιμῶντος ὁμοῦ, κὴ κακίζοντος, οἱ
θηρῶντες προσήεσαν. Ὁ δὲ τοῖς μὲν κατηγορημέ-

i. Non absimilis est Fabula, quam superius attuli-
mus num. CXX.

subigere: ac ita quum ad mutuam omnes pugnam instigasset, dissidentes, et separatim singulos facillime occidit, quos, quum concordessent, in suam potestatem redigere non poterat.

Sic concordia, iis, qui eam exercent, salutaris est.

Fab. CCVIII. 17. Cervus et Mater.

Cervum his admonuit Mater. Cornu, fili, a natura habes, corpus vero magnum; et nescio quam de causa evitas adhuc ad orientes canes. Haec ait; quum procul canum auditur strepitus, et ipsa, quae filium stare iusserat, se prima coniicit in fugam.

Monere in promptu est, quae difficillima sunt factu.

Fab. CCIX. 18. Cervus ad fontem.

Propter aestum ad aquam ibat Cervus: ubi quum venisset, dum adstaret aquae, in ea se vidit, et cornuum quidem nexum miratus, accusavit pedum infirmitatem. Dumque simul utrinque naturam partim laudaret, partim vituperaret, venatores supervenere. At ille accusatis quidem

νοῖς διαφύγει ποσί, τοῖς δὲ ἐπαινουμένοις ἀλί-
σκειται κέρασιν.

Μῦθος σί. Ἀλώπηξ καὶ Λέων.

Αλώπηξ λέοντι συῶν ἐν ὑπερέτῃ ποροχήμα-
τι· καὶ ἡ μὲν ἄρχας ἐμήνυσεν, ὁ δὲ ἐμπίπτων
ἐλάμβανε. Ἐκατέρω τίνυν πρὸς τὴν ἀξίαν διηρεῖ-
το μερίς. Ζηλοτυπήσασα δὲ ἡ ἀλώπηξ τῶν πλε-
όνων τὸν λέοντα, θηρᾶν ἀντὶ τῆ μινύειν ἤρεῖτο·
καὶ πειρωμένη ποίμνης τι λαβεῖν, κατέστη πρῶ-
τη τοῖς θηρῶσιν εἰς θήραμα.

Ἄρχεσθαι μᾶλλον ἀσφαλῶς ἄμεινον, ἢ κρα-
τεῖν σφαλερῶς.

Μῦθος σιά. Λύκοι καὶ Πρόβατα.

Οι λύκοι πρὸς τὰ πρόβατα· τί δὲ ἡμῖν ἄ-
σπονδος αἰεὶ καὶ ἀκήρυκτος πόλεμος; αἴτιοι δὲ οἱ
κάκις ἀπολέμενοι κύνες, οἱ προσιόντας δὲ ἡμᾶς
ύλακτῶσιν, οὐδὲν δὲ ἠδίκηκότας συγκρούουσιν·
ἀλλ' εἰ τέρας ἐκ ποδῶν καταστήσετε, ἀπονδαὶ ἐν-
θένδε καὶ διαλλαγαὶ καταστήσονται, εἶπον εἰς ἀπά-

1. Demosthenes, summus ille apud Graecos Orator, Philippo Macedone Oratores sibi ab Atheniensibus dedi-
postulante, quod negaret aliter quam his remotis se
cum ipsis foedus facturum, dissuasit deditioem, utens

aufugit cruribus, laudatis vero capitur cornibus.

Fab. CCX. 20. Vulpes et Leo.

Vulpecula adparitoris instar operam suam locabat Leoni, ita ut haec praedam indicaret, ille aggressus caperet. Quare et utrique, pro dignitate qua erat, pars obtingebat. Sed Vulpes quum Leoni partem invideret maiorem, venari potius ipsa voluit, quam indicare: et aliquid e grege ovium conata rapere, primum ipsa praeda facta est venantibus.

Servire tuto melius est, quam cum periculo dominari.

Fab. CCXI. 21. Lupi et Oves.

Lupi ad Oves: Quid vero tam durum et implacabile semper cum nobis bellum geritur? In causa equidem sunt pessime feriati isti canes, qui nos quum supervenimus, allatrant, et quum nihil intulerimus mali, invadunt: sed si illos removeatis, foedus inde nobis et induciae sancien-

ad id consilium huiusmodi Aesopio Apologo. Ita veteres Fabulae ad graves deliberationes saepe accommodantur.

τιω. Τὰ δὲ ραδίως ὑπήγετο· καὶ οἱ μὲν κύνες ἐλή-
λαντο· αὐτὰ δὲ ἔρημα φυλακῆς διεψθείρετο.

Ἐχθροῖς πειθαρχῶν, ὑποθήσῃ τὸν κίνδυνον.

Μῦθος σιβ'. Ἐλαία καὶ Συκῆ.

Ελαία κατεγέλα συκῆς, ὡς αὐτὴ μὲν ἀνθῆσα
πρὸς ἅπασαν ὥραν, συκῆς δὲ τὸ ἄνθος συμμε-
ταβαλλούσης ταῖς ὥραις· αἷς καταρρύεισα χιῶν,
τὴν μὲν ἐλαίαν κομῶσαν εὐρῆσα, τοῖς θαλοῖς
ἐνιζάνουσα, σὺν τῷ κάλλει καθάπαξ ταύτην δι-
έψθειρον· τὴν δὲ φύλλων εὐρῆσα γυμνὴν οὐδὲν
ἠδίκηει πρὸς γῆν ὑπορρέουσα.

Κάλλος μὴ σωφρονῆν τοῖς κεκτημένοις, καθέ-
σηκεν ὄνειδος.

Μῦθος σιγ'. Βάτραχος καὶ Ἀλώπηξ.

Ο βάτραχος τῆς πῶν ἰατρῶν κατηλαζονδέετο
τέχνης, πάντα μὲν εἰδέναι φάρμακα γῆς ὑπιχνέ-
μενος, πᾶσι δὲ μόνος εἰς υἰγείαν ἀρκέσειν. Καὶ
παρεσῶσα τοῖς λόγοις ἀλώπηξ, τὸ ψεῦδος ἀπὸ
τῆ χρώματος ἤλεγχεν· τί δῆτα, λέγουσα, νόσου
μὲν τὰς ἄλλους ἐλύθεροῖς, νόσου δὲ φέρεις ἐπὶ
τῆς ὄψεως σύμβολον;

Ἀλαζονεία τὸν ἔλεγχον οἴκοθεν ἔυρατο.

tur, dixerunt ut fallerent: at illae, obediētes statim, et canes pepulere, et ipsae, quum custodia orbatae forent, sunt occisae.

Auscultans hostibus, periculum subibis.

Fab. CCXII. 22. Oliva et Ficus.

Ficum irridebat Oliva, quasi ipsa quidem omni tempore florida, Ficus vero cum tempore mutaret florem. Quo quum aliquando nix caderet, comantem deprehendens Olivam, ramisque insidens, una cum pulcritudine et ipsam simul corrumpit: at huic, quum nudam destitutamque foliis inveniret, in terram defluens non obfuit.

Pulcritudo nescia sibi temperare, habentibus est vituperio.

Fab. CCXIII. 24. Rana et Vulpes.

Rana quaedam superbe valde medicam iactabat artem, omnia se quidem quae in terra sunt remedia nosse professa, se solam omnibus, ut revalescant, opitulaturam. Quae quum diceret, adstans forte Vulpes, falsitatem e colore vultus arguit; Quid igitur alios, inquiens, a morbo quidem liberas, tu vero ipsa in facie praefers morbi indicia?

Iactantia refutat seipsam.

Μῦθος σιδ'. Μέλισσαι κὴ Ποιμήν.

Εν κοίλῃ δρυὶ μέλι κατειργάζοντο μέλισσαι. Ποιμήν δέ τις αὐταῖς ἐργαζομέναις περτυχῶν, ἀφελέσθαι προηρεῖτο τῷ μέλιτος· αἱ δὲ ἄλλ' ὃ ἦν ἄλλως περιϊπτάμεναι, αὐτὸν ὄψεν τοῖς κέντροις. Καὶ τελευταῖον ὁ ποιμήν· ἄπειμι, ἔφη, μηδὲν δεόμενος μέλιτος, εἰ δεῖ μελίσσαις περτυχεῖν.

Τὰ καλὰ κέρδη, τοῖς διώκεσι κίνδυνος.

Μῦθος σιέ. Δράκων, Ἀετὸς, κὴ Ποιμήν.

Δράκων κὴ αἰετὸς συμπλακέντες ἀλλήλοις ἐμάχοντο· καὶ ὁ μὲν δράκων εἶχε τὸν αἰετὸν συλλαβών. Γεωργὸς δὲ ἰδὼν, λύσας τὴν πλοκὴν τοῦ δράκοντος, αὐτόνομον ἀφῆκε τὸν αἰετὸν. Χαλεπήνας δὲ ἐπὶ τέτοις ὁ δράκων, ἰὸν ἀφῆκε τῷ τῷ σώσαντος πόματι. Πιεῖν δὲ τῷ γεωργῷ πρὸς ἄγνοιαν μέλλοντος, ὁ αἰετὸς καταπτάς, ἦν τῷ γεωργῷ χειρῶν ἔξαιρεῖται τὴν κύλικα.

Τοὺς εὖ ποιῶντας μένεις χάρειτες.

1. ἄλλ' ὃ ἦν ἄλλως. Sic in Editionibus. Rectius tamen esset ἄλλοθεν ἄλλως.

Fab. CCXIV. 27. Apes et Pastor.

In cava quercu mel faciebant Apes. Pastor vero quidam in eas, tum quum facerent, forte incidens, mel furari voluit. Eae vero hinc et illic circumvolantes, illum aculeis pupugere. Tandem Pastor, Abeo, inquit, mellis non opus habens, si oporteat in apes incidere.

Turpe lucrum periculosum est illis, qui id sequuntur.

Fab. CCXV. 28. Draco, Aquila, et Pastor.

Draco et Aquila convoluti inter se pugnant. Et quidem Draco, quum ligatam detineret Aquilam, videns id Rusticus, soluta Draconis spira, liberam dimisit Aquilam. Quare iratus Draco, venenum immisit in servantis potum. Hausturo vero, quod ignoraret, Rustico, advolans Aquila, ex eius manibus calicem decussit.

Eos qui bene alicui faciunt, manent gratiae.

2. Eamdem hanc Fab., sed prolixius narratam, habet etiam Ael: *De propr. an.* Lib. 17. c. 37. et Tzetzes in *Chil.* IV.

Μῦθος σισ'. Κόραξ καὶ Ἀλώπηξ.

Τῷ κόρακι τὸ θήραμα τυρὸς ἦν, καὶ ἐν μετεώρῳ φέρων ἐκάθητο. Ἰδοῦσα δὲ ἀλώπηξ, ἀπάτη περιουσίῃ τὸν κόρακα· τί ταῦτα, λέγῃσα, μετριότητι μὲν ὁ κόραξ διονήνοχον σώματος, χοιανὴν δὲ φέρεις, τῇ τῶν ὀρνίθων ἡγεμονίᾳ προῦχσασαν; εἰ δὲ φωνὴ παρῆν, ἅπασαν εἶχες τὴν τῶν ὀρνίθων ἀρχήν· ταῦτα δὲ εἶπεν πρὸς ἀπάτην. Ὁ δὲ ὑπαχθεὶς, τὸν τυρὸν ἐκβαλῶν, ἀνέκραγε μέγιστον, φωνῆς ἐπίδειξιν τὴν ἀφαίρεσιν ποιῶν τοῦ θηράματος. Ἡ δὲ λαβῆσα, φωνὴ μὲν, ὧ κόραξ, εἶπεν, προσῆν, ὁ δὲ νοῦς ἐπιλέλοιπεν.

³ Ἐχθροῖς πειθαρχῶν, ὑποσῆση τὴν βλάβην.

Μῦθος σιζ'. Κολοιοὺς καὶ Γλαύξ.

Κάλλους ἦν ἀγῶν, καὶ παρά τῷ Διὶ κειθισόμενοι πάντες οἱ ὄρνεις ἐφοίτων. Ἐρμου τὴν κυρίαν ὀρίζοντες, ποταμούς τε καὶ λίμνας ἅπαντες κατελάμβανον, τὰ μὲν φαῦλα τῶν πτερῶν ἀποβάλλοντες, τὰ δὲ κρείττω φαιδρύνοντες. Κολοιοὺς δὲ οὐδὲν ὑπρεπὲς ἔχων ἀπὸ τῆς φύσεως, ἢ τῶν ἄλλων

1. φέρεις. Legit Kimedoncius ἔχε καὶ φέρει, quod mihi nequaquam displicet. Tum enim illa efferret Vulpes non velut alloquens Corvum, sed apud se veluti mirabunda, artificio plane vulpino. Neveletus.

2. ἡγεμονία προῦχσασαν. Mallem τῇ τῶν ὀρνίθων ἡγεμονίᾳ

Fab. CCXVI. 29. Corvus et Vulpes .

Corvus praedam habebat caseum, et in altum deferens residebat; quod videns Vulpecula, hac fraude Corvum circumvenit. Quam pulcro, inquit, Corvus et decoro corpore est! Colore vero inter aves praestantissimo: quod si vox adesset, omnem inter aves teneret principatum. Ea vero ut falleret loquuta est. At ille persuasus, abiecto caseo, clamorem quam maximum edidit, ita ut dum ostendit vocem amitteret caseum; quem ea praeripiens, Vocem quidem, inquit, Corve, habes, sed mentem non habes.

Hostibus credens damnum accipies.

Fab. CCXVII. 31. Graculus et Noctua .

Pulcritudinis erat inter aves certamen, et ad Iovem ut disceptaretur haec controversia, omnes iverunt. Mercurio itaque diem praefiniente, fluviosque et lacus omnes petiere, deformibusque pennis abiectis, elegantiores nitidabant. At quum a natura decoris nihil haberet Graculus, quae

προσηχῆσαν, ut diceret Vulpes, *Colore vero es avium imperio conveniente*. *Idem*. Est et in *Tzetze Chil. X. 352.*

3. *Ἐχθροῖς παθαρχῶν*. *Idem* prorsus *Epimythion* superius effert *Fab. 21.*

4. Huiusmodi fabellam refert et *Tzetzes Chil. VIII. 205.*

λων ὄξεπιπτε, ταῦτα οἰκείον σωέθηκε κόσμον.
 Γλαυξ δὲ μόνη ἐπιγνούσα, τὸ ἑαυτῆς ἀφηρεῖτο
 τὸν κολοῖον, καὶ τὰ ἄλλα πράττειν ἀνέπειθεν.
 Ἀφαιρεθεῖς δὲ τὰ παρὰ πάντων, ὁ κολοῖος γυμνὸς
 εἰς τὴν Διὸς ἀφίκετο κλισίαν.

Νόμος ἐπέισακτος, αἰχῦνη τοῖς ἔχεσι.

Μῦθος σιή. Τοξότης καὶ Ἄετός.

Τοξότης αἰετῶ κατεσοχάζετο, καὶ βέλος ἀφείς,
 εἶλε τὸν αἰετὸν. Ἐπισραφεῖς δὲ ὁ αἰετός, καὶ τὸ
 βέλος ἰδὼν ἐπτερωμένον τοῖς οἰκείοις πτεροῖς,
 ἔφη· τὰ παρ' αὐτῶ, τοῖς πολλοῖς πραγμάτων οἰ-
 κείων ἐπιβελή.

Μῦθος σιδ'. Κύων καὶ εἶδωλον αὐτῶ.

Κρέας ἀρπάσας τις κυῶν, παρ' αὐτὴν διήει
 τὴν ὄχθω τινὸς ποταμοῦ, καὶ θεωρῶν τὴν σκιάν

i. Confer hanc Fabulam cum Planudea CXXXIII.
 Mentio huius Apologi fit apud Suidam.

Ὅθ' ἐσι μύθων ἦδ' Λιβυσικῶν λόγος.

Πληγέντ' ἀτράκτω τοξικῶ τὸν αἰετὸν

Ἐπειν, ἰδόντα μηχανὴν πτερώματος,

Τάδ' ἔχ' ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς αὐτῶν πτεροῖς

Ἀλισκόμεθα.

Quemadmodum et apud Tzetzem *Chiliad. Hist. IX. 260.*

Ὁ μυθογράφος Ἀισωπος τοῖς μύθοις αὐτῶ πλάττει,

Ὡς αἰετὸς πεπόμενος ἐφ' ὕψους ἐπέξευθε.

Ἰδὼν πὲ βέλους δέ πτερά πῶν αἰετείων ἔντα,

reliquis exciderant, inde se illis exornavit. Sola tamen Noctua, quum nosset id quod suum erat, a Graculo auferebat, ac ut reliquae idem facerent persuasit. His autem ab omnibus ita exutus Graculus, nudus omnino venit ad iudicium Iovis. Lex adscititia, pudori tandem est habentibus.

Fab. CCXVIII. 32. Sagittarius et Aquila.

Sagittarius in Aquilam collimabat, et missa sagitta, confixit Aquilam. Quumque conversa ad sagittam Aquila, eam quoque pennatam suis videret esse pennis, Multis, inquit, suae propriae facultates et res, insidias et periculum creant.

Fab. CCXIX. 35. Canis et eius imago.

Quum carnem rapuisset Canis, in ripa ibat forte fluminis; quumque videret umbram in aquis

¹ Ἐμοῖς πτεροῖς, ἐβόησεν, ἐγὼ νῦν κατεβλήθην.

2. οἰκείοις πτεροῖς. Aquilarum pennis revera ut plurimum utebantur ad sagittas conficiendas. Testis Hesiod. in *Scut. Herculis* v. 133.

αὐτὰρ ὀπισθεν

Μορφοῖο φλεγύαο καλυπτόμενοι πτεροῦγεσσιν

² Ἦσαν.

3. πῆν σκιὰν διπλασίαν. Id sane natura contigit; quisquis enim se spectat in undis, imaginem sui maiorem videt; cuius rei causam apud Optices scriptores vide.

διπλασίαν τοῖς νόμασιν, ὃ μὲν εἶχεν ἀφῆκε·
πειρώμενος δὲ λαβεῖν τὸ μείζον, σιωδιαμαρτάνει
μετὰ τῷ μέτρῳ τῷ πλείονος.

Μῦθος σκ'. Ἀμπελος καὶ Τράγος.

Αμπελος ἐκόμα βότρυσι, παραπλήσιον δὲ ἦν
τοῖς καρποῖς καὶ τὸ βλάσημα. Τράγος δὲ τις
ὑβρεὶ χρώμενος, ² πλείονι τῆς ἀμπέλης παρέτρω-
γε, καὶ διελυμαίνετο προσιών τοῖς βλασήμασιν.
Ἡ δὲ πρὸς αὐτὸν ἔφη· μένει σοι τῆς ὑβρεως δί-
κη· σὺ μὲν γὰρ οὐ μικρὸν ὑσέρον ³ ἱερεῖον τοῖς θύ-
μασιν· ἐγὼ δὲ παρ' ἐμαυτῆς ἀντιπαείσω τὸν οἶνον.

⁴ Ἄ δρᾶ τις, καὶ πείσεται.

Μῦθος σκά. Γεωργὸς καὶ Ἀλώπηξ.

Γεωργῷ πονηρῷ φθόρον ἐμποίει τὸ τῷ γείτονος
αὐξανόμενον λήϊον, καὶ διαφθείρειν τοὺς ἐκείνου

1. Ex hoc Apologo facile duo illa Epigrammata pro-
cesserunt, quae in *Antholog.* Lib. 1. c. 6. occurrunt,
quorum primum ita se habet,

Κῆν με φάγης ἐπὶ ρίζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω,
Ὅτσον ἐπισπᾶσά σοι, τράγε, θυομένω.

2. πλείονι. Legit Kimedoncius πλείονα. Neveletus.

3. ἱερεῖον. Bene interserit Kimedoncius ἔση. Idem.

4. Haud affirmare ausim, an haec Fabula ab Aesopi
ingenio profecta sit. Ceterum quod in ea narratur val-
de cum iis concordat, quae de Ludorum *Equiriorum*

maiolem duplo, quod quidem habebat, reliquit; maius vero attentans apprehendere, nec maioris istius fructum cepit.

Fab. CCXX. 37. Vitis et Caper.

Vitis uvis onusta stabat, et iam florebat prope fructus, quum Caper ecce quidam iniuriosus, plurimum ambedit vitem, et corruptit florem. Ad quem tum illa, Manet, inquit, te illatae iniuriae poena. Non enim multo post tu sacrificaberis inter victimas: ego vero contra ad eam rem libabo de vino meo.

Qualia quis facit, etiam patietur.

Fab. CCXXI. 38. Agricola et Vulpes.

Agricola improbus quum invideret proximo foeturam segetis, quaereretque quo pacto corrup-

origine Ovidius memorat Lib. IV. *Fastorum*. Olim enim Romae XVIII. Kal. Maias, in Circo Maximo *Equiria* celebrabantur, eademque die Vulpium fugientium combustio fiebat. Huius Vulpium combustionis originem ait Ovidius a Carseolano territorio dimanasse, quod frumenti feracissimum, maturis messibus olim a Vulpe adustum fuit. Nam quidam adolescens, ut Vulpis cuiusdam iniuriam ulcisceretur, quae propriis gallinis insidiabatur, illam apprehensam paleis et arido foeno involvit. Sed illa, admoto igne, tenentis pueri manus

πόνους ἐζήτει. Καὶ Θηράσας ἀλώπεκα, προσάψας
δαλόν, πρὸς τὸ τῷ γείτονος ἀφίησι λήϊον. Ἡ δὲ
καθ' ἧς ἀφείτο μὴ παρῆσα, βελομένη τῷ δαί-
μονος, τὸ τῷ πέμφαντος ἐνέπρησεν λήϊον.

Πονηροὶ γείτονες, πρῶτοι τῆς ἐτέρων μετέχουσι
βλάβης.

Μῦθος σκβ'. Κόραξ καὶ Κύκνος.

Εωρακῶς τὸν κύκνον ὁ κόραξ, ἐζήλθε τῷ χώ-
ματος. Οἰηθεὶς δὲ εἶναι τοικίτον οἷς ἀπελάετο, τὰς
βωμὰς ἐκλιπῶν, ὅθεν ἐτρέφετο, λίμναις καὶ πο-
ταμοῖς ἐνδιέτριβε· καὶ τὸ μὲν σῶμα φαιδρύνων, ἐκ
ἡμειβε, τροφῆς δὲ ἀπορῶν διεφθείρετο.

Φύσιν ἐκ οἷδε μεταβάλλειν ἢ δίαιτα.

effugit, lateque per agros messibus vestitos currens,
omnes fruges penitus combussit. Hinc lege Carseolana
statutum, ut Vulpis tali tempore combureretur. No-
tissima vero sunt, quae in Sacris Bibliis de Samsonis

~~~~~



pere posset eius labores, captam Vulpem, alligata face, in vicini segetem dimittit. At illa, non qua missa erat excurrens, volente sic Deo, eius qui dimiserat, combussit segetem.


Mali vicini, primi vicinorum malum sentiunt.

Fab. CCXXII. 40. Corvus et Cycnus.

Quum Cycnum vidisset Corvus, aemulari colorem voluit. Sed arbitratus e lavacris eum provenire, relictis aris, unde nutriebatur, ad lacus et flumina vitam egit, et quum lavaret quidem corpus, non mutavit, pastu vero destitutus mortuus est.

Naturam non potest transmutare vivendi genus.

trecentis Vulpibus leguntur, quibus ille, facibus earum caudis alligatis, Philistaeorum segetes combussit. De quo Interpretes adi.





## ΕΚ ΤΩΝ ΜΑΞΙΜΟΥ ΤΟΥ ΠΛΑΝΟΥΔΟΥ.

Μῦθος σκῆ'. Ἄετὸς καὶ Κάνθαρος.

Ἰ. Λαγῶς ὑπ' αἰετῆ διωκόμενος, πρὸς κοίτην κανθάρου κατέφυγε, δεόμενος ὑπ' αὐτῆ σωθῆναι. Ὁ δὲ κάνθαρος ἠξίει τὸν αἰετὸν μὴ ἀνελεῖν τὸν ἰκέτην, ὀρκίζων αὐτὸν κατὰ τῆ<sup>2</sup> μεγίστου Διὸς, ἢ μὴν μὴ καταφρονῆσαι τῆς μικρότητος αὐτῆ. Ὁ δὲ μετ' ὀργῆς τῇ πτέρυγι ραπίσας τὸν κάνθαρον, τὸν λαγῶν ἀρπάσας κατέφαγεν. Ὁ δὲ κάνθαρος τῷ τε αἰετῷ συλλαπέπτη, ὡς τὴν καλιὰν τέττε καταμαθεῖν, καὶ δὴ προσελθὼν, τὰ ὡὰ τέττε κατακυλίσας διέφθειρε. Τοῦ δὲ δεινὸν ποιησαμένου, εἴ τις τῆτο πολμήσειε, καὶ πὶ μετεωροτέρου τόπου τὸ δεύτερον νεοτοποησαμένου, καὶ κεῖ πάλιν ὁ κάνθαρος τὰ ἴσα τῆτον διέθηκεν. Ὁ δ' αἰετὸς ἀμηχανήσας τοῖς ὄλοις, ἀναβὰς ἐπὶ τὸν Δία,<sup>3</sup> τῆτε γὰρ ἱερός εἶναι λέγεται, τοῖς αὐτοῦ γόνασι τὴν τρίτην γονὴν πῶν

1. Aristophanes in ἀρήνη v. 126.

Παι. Τίς δ' ἢ ἴπινοια σου ἴστιν, ὡσε κανθάρου  
Ζευξαντ' ἐλαύνειν εἰς θεούς, ὡ παππία;

Τρ. Ἐν πῶσιν Αἰσώπου λόγοις ἴξηνυρέθη,  
Μόνος πετεινῶν εἰς θεούς ἀφιγμένος.

Poetam hanc fabulam innuere, indicat Scholiastes hisce verbis. Φέρεται γὰρ ἐν πῶσι αὐτῆ (Αἰσώπου) μῦθοις, ἐχθρεῦσαι αἰετὸν καὶ κανθάρου, ἐκάτερον αὐτῶν πατέρου τὰ ὡὰ διασπᾶν κ. τ. λ. Huc faciunt et ista Luciani in Icaromenippe: Καὶ ὁ λογοποιὸς Αἰσώπος αἰετῶσι καὶ κανθάρου, ἐνίοτε καὶ κα-



## E MAXIMO PLANUDE.

Fab. CCXXIII. 2. Aquila et Scarabeus .

**L**epus , Aquila insectante , in lustrum Scarabei profugit , rogans ut ab eo servaretur . Scarabeus autem rogabat Aquilam , ne occideret supplicem , ipsam per maximum Iovem obtestans , ne eius contemneret parvitatem . Illa vero irata , Scarabeum ala percussit , et Leporem arreptum devoravit . At Scarabeus cum Aquila et ipse volavit , ut nidum eius disceret , in quem ingressus , ova eius devoluta dirupit . Illa autem quum grave existimasset , si quis hoc iterum ausus fuisset , et proinde in altiore loco secundo nidificasset , et illic rursus Scarabeus eodem damno ipsam affecit . Sed Aquila penitus consilii inops , ascendit ad Iovem , in eius enim tutela esse dicitur , et in ipsius genibus tertiam

μήλοισι , βάσιμον ἀποφαίνει τὸν ἕρανόν . *Huds.*

2. μεγίστη Διός . Iuppiter enim hospitibus praesesse credebatur : Cic. pro *Deiot.* c. 6. II. ad Q. *Frat.* ep. II ; unde φίλιος , ἐπειρώης , ξένιος dicitur , post Homerum et alios , a Luciano *Timon.* pr. Virgil. I. *Aen.* 735.

*Iuppiter , hospitibus nam te dare iura loquuntur .*  
Vide ad eum locum , praeter alios interpretes , Cerdam , et Stuckii *Antiq. conviv.* lib. I. c. 27. *Heusing.*

3. τούτε γὰρ ἱερός . Haec parenthesis Christiani fortasse est scriptoris . *Idem.*



ὠῶν ἔθηκε, τῷ θεῷ ταῦτα παραθέμενος, καὶ ἰκε-  
 τύσας φυλάττειν. Ὁ κύνθαρος δὲ<sup>1</sup> κόπρε σφαῖ-  
 ραν ποιήσας, καὶ ἀναβάς, ἐπὶ τοῦ κόλπου Διὸς  
 ταύτῃ καθῆκεν. Ὁ δὲ Ζεὺς ἀναστὰς ἐφ' ᾧ τὸν  
 ὄνθον ἄποτινάξασθαι, καὶ τὰ ὠὰ διέρριψεν ἐκλα-  
 θόμενος, ἀ καὶ συνετόβη πεισόντα. Μαθὼν δὲ  
 πρὸς τὴν κύνθαρν, ὅτι ταῦτ' ἔδρασε τὸν αἰτὸν ἀ-  
 μυνόμενος,<sup>2</sup> οὐ γὰρ δὴ τὸν κύνθαρον ἐκεῖνος μόνον  
 ἠδίκησεν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν Δία αὐτὸν<sup>3</sup> ἠσέβησε,  
 πρὸς τὸν αἰτὸν εἶπεν ἐλθόντα, κύνθαρον εἶναι τὸν  
 λυπεῖντα, καὶ δὴ καὶ δικαίως λυπεῖν. Μὴ βου-  
 λόμενος ἔν τὸ γένος τὸ τῶν αἰτῶν σπανισθῆναι,  
 συνεβούλευε τῷ κύνθαρῳ διαλλαγὰς πρὸς τὸν  
 αἰτὸν θέσθαι. Τοῦ δὲ μὴ πειθομένου, ἐκεῖνος<sup>4</sup> εἰς  
 καιρὸν ἕτερον τὸν τῶν αἰτῶν μετέθηκε τοκετὸν, ἡ-  
 νίκα ἂν μὴ φαίνωνται κύνθαροι.

<sup>5</sup> Ὁ μῦθος δηλοῖ, μηδενὸς καταφρονεῖν, λογιζο-  
 μένου ἑαυτὸν ἄριστον.

1. κόπρε σφαῖραν. Plin. lib. XI. cap. 28. *Aliud rursus  
 Scarabeorum genus, qui e fimo iugentes pilas aversi pe-  
 dibus volutant, parvosque in iis contra rigorem hiemis  
 vermiculos fetus sui nidulantur.* Heusing.

2. οὐ γὰρ δὴ. Restitui veram lectionem e vita Aesopi,  
 quam Planudes scripsit, qua extrema totidem verbis  
 haec fabula legitur. Male vulgati omnes, οὐ γὰρ μὴ,  
 etiam Hudsonus: qui tamen hanc emendationem pro-  
 basset videtur in emendandis ad calcem libri. *Idem.*

3. ἠσέβησε. Iovis enim numen violaverat, supplices  
 iniuria afficiens. *Idem.*

4. εἰς καιρὸν ἕτερον. Alio, atque hodie, tempore olim



foeturam ovorum posuit, Deo ipsa commendans, et supplicans ut custodiret. Scarabeus autem, e stercore pilula facta, illuc ascendit, eamque in sinum Iovis demisit. Iuppiter vero quum surrexisset ut fimum excuteret, ova quoque proiecit oblitus, quae et contrita sunt deiecta. Edoctus autem a Scarabeo, quod is haec fecisset, ut Aquilam ulcisceretur, ipsa enim non modo Scarabeum iniuria affecit, sed et in Iovem ipsum impia fuit; reversae Aquilae ait Iuppiter, Scarabeum esse, qui moestitiae causa fuerit, et certe iure fuisse. Nolens igitur genus Aquilarum rarescere, consuluit Scarabeo, ut Aquilae conciliaretur. Sed quum ille parere nequaquam vellet, Iuppiter in aliud tempus Aquilarum transtulit partum, quo nimirum Scarabei non apparent.

Fabula significat, nullum contemnendum,

peperisse fingitur aquila. Parit autem incubatque primo vere, cum in pilulis suis adhuc latent scarabei isti pilularii, in singulos nasci annos soliti, nec prius lucem visuri, quam satis iam ver tepuerit. Tacent heic, qui avium historiam ex instituto scripserunt, veteres et recentiores, Gesnerus, Aldrovandus, aliique: et tamen Aldrovandus huius fabulae in vasto illo opere suo bis meminit. Vid. R. Bentley ad Horat. Lib. IV. *Od.* 4. pr. *Idem*.

Fabula innuit, quod nonnulli, dum parva pericula effugere conantur, in maiora persaepe incidunt.

Fab. CCLV. 103. Mercurius.

**I**uppiter Mercurio imperavit, ut artificibus omnibus mendacii potionem conficeret. Ipse singulis quae ad id opus erant pistillo contusis, atque mensura pro ratione miscendi confecta, universis

3. Ἐπιμύθιον in Goth. hoc est: ἔγω τινές, ὅτε (fort. ἔσθ' ὅτε) μετρίων κινδύνων ἑαυτὲς βεβλόμενοι ῥύσασθαι, εἰς μείζονας περιπίπτει. *Idem.*



μακρον, ἕλκω λαβὼν τὴν θυεῖαν ἐνέχευ αὐτῷ·  
καὶ τέττα συνέβη, τὲς τεχνίτας ἅπαντας ψύδεσθαι,  
μάλισα δὲ πάντων τὲς σκυτέας.

Ὁ μῦθος πρὸς ψυδολόγους τεχνίτας.

Μῦθος σνς'. Ζεὺς καὶ Αἰσχύνη.

**Ζ**εὺς, πλάσας τὲς ἀνθρώπους, τὰς μὲν ἄλλας  
διαθέσεις αὐτοῖς ἐνέθηκε, μόνω δ' ἐνθεῖναι τὴν  
αἰσχύνω ἐπελάθετο. Διὸ καὶ μὴ ἔχων πόθον ἀν  
αὐτὴν εἰσαγάγη, διὰ τῷ ὄχλου αὐτὴν εἰσελθεῖν  
ἐκέλευσεν. Ἡ δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἀντέλεγεν ἀναξιο-  
παθεῖσα. Ἐπεὶ δὲ σφόδρα αὐτῇ ἐνέκειτο, ἔφη·  
ἀλλ' ἔγωγε ἐπὶ ταύταις εἰσέρχομαι ταῖς ὁμολο-  
γίαις, ὡς ἀν ἔρωσ μὴ εἰσέλθῃ· ἀν δ' εἰσέλθῃ,  
αὐτὴ ὄξελεύσομαι παραυτίκα. Ἀπὸ δὴ τέττα συνέ-  
βη, πάντας τὲς πόρνες ἀναιχύντας εἶναι.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι τὲς ὑπ' ἔρωτος κατεχομέ-  
νες, ἀναιχύντες εἶναι συμβαίνει.

Μῦθος σνζ'. Λύκος καὶ Πρόβατον.

**Λ**ύκος ὑπὸ κυνῶν δηχθεὶς, καὶ<sup>2</sup> κακῶς πάχων,  
ἐβέβλητο. Τροφῆς δὲ ἄπορῶν, διασάμενος πρό-

1. αὐτῇ ἐνέκειτο. Subintellige, Ζεὺς. Idem.

2. κακῶς πάχων ἐβέβλητο. Videtur loqui cum Matthaeo,



aequalem potum praebuit. Quum vero sutore solo relicto, multum adhuc ex potione superesset, Mercurius, mortario arrepto, totum illi bibendum dedit; atque contigit inde, ut artifices omnes mendaces sint, maxime vero omnium sutores.

Mendaces artifices haec fabula carpit.

Fab. CCLVI. 104. Iuppiter et Pudor.

**I**uppiter, creatis ex luto hominibus, quum omnes illis affectus indidisset, Pudorem tamen indere oblitus est. Quapropter undenam ipsum introduceret non habens, per popularem turbam ingredi imperavit. Pudor autem, indigna se passurum sentiens, primo quidem Iovis iussa peragere recusabat; sed quum ille eum vehementius urgeret, His sane, Pudor inquit, pactis ingredior, ut procul hinc amor absistat; ceteroquin, si ille ingreditur, ipse statim exhibo. Hinc itaque contigit, ut scorta omnia verecundia prorsus careant.

Fabula significat, quod amantes inverecundi esse solent.

Fab. CCLVII. 106. Lupus et Ovis.

**L**upus quidam a canibus morsus, quum aegre se haberet, humi proiectus iacebat. Quum vero

qui c. VIII. 6. ὁ πᾶς με βέβληται δεινῶς βασανιζόμενος: et  
c. XVII. 15. σεληνιάζεται, καὶ κακῶς πάσχει. Idem.



βατον, ἔδειτο ποτὸν ἐκ τῆ παραρρέοντος αὐτῷ ποταμοῦ κομίσει. Εἰ γὰρ σύ μοί, φησι, δώσεις ποτὸν, ἐγὼ τροφήν ἐμαυτῷ δύρησω. Τὸ δὲ ὑποτυχὸν, ἔφη· ἀλλ' ἐὰν ἐγὼ ποτὸν ἐπιδῶ σοι, σύ καὶ τροφῆ μοι χήση.

Ὁ μῦθος πρὸς ἄνδρα κακοῦργον, δι' ὑποκρίσεως ἐνεδρόντα.

Μῦθος σνή. Ὀδοιπόροι.

**Ο**δοιπόροι, κατέ τινα αἰγιαλὸν ὁδεύοντες, ἤλθον ἐπὶ τινα σκιοπιάν. Κακεῖθεν θεασάμενοι φρύγανα πόρρωθεν ἐπιπλέοντα, ναῦν εἶναι μέγαλλω ᾤθησαν. Διὸ δὴ προσέμενον, ὡς μελλέσης αὐτῆς προσορμίζεσθαι. Ἐπεὶ δὲ ὑπὸ ἀνέμῳ φερόμενα τὰ φρύγανα ἐγγυτέρω ἐγένετο, ἐκέτι ναῦν, ἀλλὰ πλοῖον ἐδόκειω βλέπειν. Ἐξονεχθέντα δὲ αὐτὰ, φρύγανα ὄντα ἰδόντες, πρὸς ἀλλήλους ἔφασαν· ὡς ἄρα μάτῳ ἡμεῖς τὸ μηδὲν ὄν προσεδεχόμεθα.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι ἴσθ' ἀνθρώπων ἔνιοι, ὅξ ἀπρόοπτε δοκῶντες φοβεροὶ εἶναι, ὅταν εἰς πείραν ἔλθωσιν, ἐδουὸς δέξονται ἄξιοι.

Μῦθος σνθ'. Κώνωψ καὶ Λέων.

**Κ**ώνωψ πρὸς λέοντα ἐλθὼν εἶπεν· οὐδὲ φοβῆμαί σε, ἐδὲ δυνατώτερός με εἶ. <sup>1</sup> εἰ δὲ μὴ, τί

1. Κώνωψ. Hanc Fabulam innuit Nicetas Choniates in *Annalibus* pag. 317. ubi dicit. Ἄε γὰρ τῷ προβαίνεν παρῶμενος, καὶ μηδένα τῷ δοξοθηρῶν εἰδὼς κόρον, ἔλαθεν ὡς ὁ



cibo indigeret, visa Ove, eam, ut potum sibi ex amne praeterfluente afferret, rogabat: Si enim, aiebat, tu mihi dederis potum, cibum ego mihi ipsi comparabo. Tum illa respondens, At si ego, inquit, potum praebuero tibi, tu me in cibum sumes.

Fabula maleficum respicit, qui per simulationem insidias parat.

Fab. CCLVIII. 110. Viatores.

**V**iatores quidam iuxta maris litus iter agentes, quum in editum quemdam locum pervenis-  
sent, ex eoque sarmenta procul natantia vidis-  
sent, navem magnam esse arbitrati, restiterunt,  
ut tandem appelleret expectantes. At sarmenta a  
vento acta quum propius accederent, haud na-  
vem amplius, sed scapham aspicere existimabant.  
Illa vero ad litus denique delata, ubi sarmenta  
esse cognovere, Oh quam frustra, alter alteri a-  
iebat, quod nihil erat expectabamus!

Fabula declarat, nonnullos homines, qui im-  
provise terribiles esse videntur, quum periculum  
feceris, nullius esse pretii.

Fab. CCLIX. 149. Culex et Leo.

**C**ulex ad Leonem accedens, nec timeo te, in-  
quit, nec fortior me es: sin minus, quale nam,

*μυθικὸς κώνωψ, ὃς λέοντι συμπλακῆς, ἀραχνίῳ λεπτῷ συλ-  
ληφθῆς, καὶ πᾶσαν ἀπαναλύσας δόξαν δι' ἀτιμίας. Hudson.*

2. εἰ δὲ μή. Attica formula, quae post negationem







dic, quaeso, tuum robur est? An quod laceres unguibus, et dentibus mordeas? Hoc facit et foemina cum viro depugnans. Ast ego longe meis te viribus antecello. Quinimmo, si lubet, in pugnam descendamus. Nec mora, Culex sua tuba signum canit, eiusque malas pilis carentes invadit, ac haerens iuxta nares aculeo acriter ferit. Tum Leo propriis se unguibus ad rabiem usque dilaceravit. Ita Culex Leone devicto, quum tuba sonuisset, et victoriae carmen cantasset, inde volatu se substulit. Sed quum casu in araneae telam deinde incidisset, ab eaque devoraretur, valde Culex querebatur, quod quae maximas feras pugnando devicerit, a tam vili animante occideretur.

Fabula in eos quadrat, qui magnos profligantes, a parvis postea profligantur.

Θεσμοφόρ. vers. 505. ἡμῖν τί πᾶρ' ἔστιν; quid hoc ad nos? Vid. Lamb. Bos *De ellipsis Graec.* pag. 263. Similis fere loquendi ratio est τί ἐμοί καὶ σοί, de qua Erasm. Schmidius ad Matth. VIII. 29. et Io. Henr. Maius *Observat. Sacr.* lib. I. pag. 23. *Heusing.*

3. σαλπίσσας. *Classicum canens*, si parvis licet magna componere. Repetit deinde hoc σαλπίσσας, ubi finitae pugnae signum est. *Idem.*



## ΕΚ ΤΩΝ ΑΠΟ ΝΕΒΕΛΗΤΟΥ ΕΚΔΟΘΕΝΤΩΝ.

Μῦθος σξ'. Ἀηδῶν κὶ Χελιδῶν.

**Ἀ**ηδόνι σιωβέλωσε χελιδῶν τοῖς ἀνθρώποις εἶναι ὁμόροφον, <sup>2</sup> καὶ σύνοικον, ὡς αὐτή. Ἡ δὲ εἶπεν· εἰ θέλω τὴν λύπην τῶν παλαιῶν μου συμφορῶν μεμνηῆσθαι, καὶ διὰ τὸτο τὰς ἐρήμους οἰκῶ. Ἡ μὲν χελιδῶν ἴσθ' ἐν τῷ κόσμῳ ἀνθρώπων παρεικάζεται, ἡ δὲ ἀηδῶν τοῖς φιλερήμοις κατὰ τὸν θεὸν <sup>3</sup> μοναχοῖς, <sup>4</sup> οἳ τινες τὲς ἐν τῷ κόσμῳ ἔφυγον.

Ὅτι τὸν λυπηθέντα ἔκ τινος τύχης, <sup>5</sup> καὶ τὸν τόπον φεύγειν θέλει, ἔνθα ἡ λύπη σιωέβη.

1. Ἀηδόνι. Haud absimilis, immo forsan ab Aesopico derivatus est ille de Hirundinibus et Oloribus Apologus, quo Gregor. Nazianz. utitur in Epistola ad Celeusium Praesidem, quae incipit: Ἐπειδὴ μοι τὴν σιωπὴν ἐγκαλεῖς, κ. τ. λ.

2. καὶ σύνοικον ὡς αὐτή. In omni regione Hirundinum copia est. Si tamen Plinio habenda fides, non ubivis locorum hirundo σύνοικος est hominibus. *Thebanorum*, enim, *tecta subire negantur*, ut ille ait, *quoniam urbs illa saepe capta sit. Nec Biziae in Thracia propter scelera Terei.* Lib. X. c. 24. Sed hoc ut ad fabulam Prognés ac Philomelae alludit, ita quoque prorsus fabulosum existit.

3. μοναχοῖς. Haud haec tanti sunt, ut argumento esse possint, harum fabellarum nonnullas ab antiquis mo-



## EX EDITIS A NEVELETO.

Fab. CCLX. 152. Luscinia et Hirundo.

**L**usciniae consiliabatur Hirundo, ut hominibus fieret contubernalis, cumque iis ut ipsa habitaret. At illa, Nolo, inquit, veterum calamitatum memoriam refricare; ideo deserta colo. Hirundo hominibus, qui in mundo sunt, assimilatur; Luscinia vero, solitudinem amantibus monachis secundum Deum, qui mundum effugere.

Qui tristi aliquo casu laesus est, locum etiam ipsum fugere studet, ubi accidit.

nachis esse conscriptas, ut Neveletus putavit. Fabula quidem desinit in verbis πῆς ἐρήμης οἰκῶ. Cetera quae sequuntur monachus aliquis in vetustioris Codicis margine posuit, atque postea Librarius indoctus in textum induxit.

4. Οἴτινες. Erat in Palatinis membranis, ut Neveletus edidit, ἧς ἐν τῷ κόσμῳ. Ipse tamen πῆς ἐν τῷ κόσμῳ restituendum docuit.

5. καὶ τὸν τόπον. Huiusmodi sententiam expressit etiam Amphides Comicus his versibus.

Ἐν οἷς ἂν ἀτυχήσῃ τις ἄνθρωπος τόποις

Ἐκίσα τοῖς πλησιάζων ἦδεσαι.

Cui non absimile est illud Phaedri fab. 18. Lib. I.

*Nemo libenter recolit, qui laesit locum.*



## Μῦθος σξά. Αἰγοβοσκὸς καὶ Αἴγες.

**Ε**ν σπηλαίῳ ἀοικήτῳ αἰγοβοσκὸς ἐν χειμῶνι αἴγας ἤγαγεν. Εὖρον δὲ ἐκεῖ ἀγρίας αἴγας καὶ τράγες, πλείονας ὧν εἶχεν αὐτὸς, καὶ μείζους. Τὰς ἰδίας δὲ ἀφείς ἐπὶ ταῖς ἀγρίαις, ταύτας ἔτρεφε πῆς φύλλοις. Ὅτε δὲ εὐδία γέγονε, τὰς μὲν ἰδίας εὖρε τεθνεώσας ἐκ πῦ λιμοῦ· αἱ δὲ ἄγραι πρὸς τὸ ὄρος ἔφυγον. Ὁ δὲ αἰπόλος γελάσας, εἰς τὸν οἶκον ἦλθε κερὸς.

Ἵνα δὲ ἰδῶμεν ἡμᾶς πρέπει ἀμελεῖν τῶν οἰκείων, ἐπ' ἐλπίδι κέρδους ὅξ ἀλλοτριῶν<sup>2</sup> γυνομένων.

## Μῦθος σξβ'. Αἶξ καὶ Ὄνος.

**Αἶ**γα καὶ ὄνον ἔτρεφέ τις. Ἡ δὲ αἶξ φθονήσασα τῷ ὄνῳ διὰ τὸ περισσὸν τῆς τροφῆς, ἔλεγεν<sup>1</sup> ὡς ἀπειρα κολάζη, ποτὲ μὲν ἀλήθων, ποτὲ δὲ ἀχθοφορῶν· καὶ συβεβέλλεν ἐπίληπτον ἑαυτὸν ποιῆσαι, καταπισεῖν ἐν τινι βότρῳ, καὶ ἀναπαύσειως τυχεῖν. Ὁ δὲ πισθύσας καὶ πεσῶν συνετίβη. Ὁ δὲ διαπότης, τὸν ἰατρὸν καλέσας,

1. Ὁ δὲ αἰπόλος γελάσας. Vix mihi persuadeam rusticum hunc stoicae doctrinae adeo tenacem fuisse, ut ad damnum illud suum rideret. Videtur itaque legendum κλαύσας. Nev.

2. γυνομένου. Nihil moror quin γενησομένου restituatur,



Fab. CCLXI. 153. Caprarius et Caprae.

**I**n desertam speluncam Caprarius hyeme deductis Capris, silvestres inibi Capras reperit, hircosque, longe plures et grandiores illis quos habebat. Propriis ergo propter silvestres Capris dimissis, illas frondibus educavit. Vbi vero serenitas advenit, proprias quidem demortuas fame reperit, silvestres vero in montem effugere. At Caprarius ridens, domum vacuus reversus est.

Non decet ullo modo nos propria negligere, spe lucri ex alienis rebus futuri.

Fab. CCLXII. 156. Asinus et Capra.

**A**sinum una et Capram nutriebat quidam. Capra vero escam Asino invidens abundantem, suggessit ei, ut graviter a domino, modo molens, modo onera ferens plecteretur, ac simul consuluit, ut comitiali simulato morbo, in foveam aliquam decidens, dulci otio et requie fruere-  
retur. Caprae dictis Asinus parens in foveam

ut Neveletus animadvertit.

3. ὡς ἀπειρα κολάζη. Non apposite satis nec dilucide a Neveleto haec versa sunt. Ita rectius esset: *Capra vero asino escam abundantem invidens, ei quot ac quantis laboribus premeretur, enarravit, modo etc.*



ἤπει βοθηῖν. Ὁ δὲ αἰγὸς πνεύμονα ἐγχυματίσαι  
ἔλεγον αὐτῶ, καὶ τῆς υἰγείας τυχεῖν. Τὴν δὲ αἶγα  
θύσαντες, τὸν ὄνον ἰάτρῳον.

Ὅτι ὅσις καθ' ἑτέρε δόλια μηχανᾶται, ἑαυτῆ  
γίνεται τῶν κακῶν ἀρχηγός.

Μῦθος σξγ'. Ἀλιεύς.

**Α**λιεύς, τὸ πρὸς ἄγρῳ δίκτυον ἐκ τῆς θαλάσ-  
σης ἐκβαλὼν, τῶν μὲν μεγάλων ἰχθύων ἐγκρα-  
τῆς γέγονε, καὶ τέρας ἐν τῇ γῆ ἤπλωσεν. Οἱ δὲ  
βραχύτεροι τῶν ἰχθύων, διὰ τῶν τρυμαλιῶν διέ-  
δρασαν ἐν τῇ θαλάσση.

Ὅτι εὐκολον εἰς σωτηρίαν τοῖς μὴ μεγάλων ἐν-  
τυχῆσιν, τοὺς δὲ μέγα ὄντας τῇ δόξῃ, σπανίως  
ἴδης ἐκφέυγειν τὴν δίκλῳ.

1. αἰγὸς πνεύμονα. *Iis qui comitiali morbo laborabant, caprinae carnes olim a medicis dabantur, in rogo hominis tostae, ut inquit Plinius Lib. XXVIII. c. 16. Sextus Platon. cap. 5. de capro et capra tit. 3. ad caducos, et Theod. Priscianus Lib. IV. Contra quoque multos alios morbos caprarum carnes valere patet ex eodem Plinii Lib. cap. 10. ait enim: Millia praeterea remediorum ex eo animali (capra) demonstrantur, sicut apparebit: quod equidem miror, quum feбри negetur carere . . . . Fimo quoque caprarum in aceto decocto illini ictus serpentium placet, et recentis cinere in vino: atque in totum difficilius se recolligentes a serpentium ictu, in capribus optime convalescunt. Qui efficacius volunt me-*



se deiecit, eoque lapsu contritus est. Tunc herus vocatum medicum, ut Asino opitularetur, rogavit. Ille Caprae pulmonem infundere iussit, eoque pacto sanatum iri Asinum. Nec mora Capra mactata Asinum sanavere.

Qui aliis insidias struit, sibi ipsi est malorum auctor.

Fab. CCLXIII. 157. Piscator.

**P**iscator, piscatorium rete e mari extrahens, maiores quidem pisces retinuit, eosque in litore extraxit; minores vero pisciculi, per retis foramina in mare effugere.

Facile servantur ii, qui multa non possident; qui vero praestantes aestimantur, raro videas effugere poenam.

*deri, occisae caprae alvum dissectam cum fimo intus reperto statim illigant.* Nihil itaque in hac fabula tum tempori, tum Aesopi ingenio absonum.

2. μή μεγάλων ἔτυχῶσιν. Eamdem sententiam elegantissime expressit et Phaedrus in *Fab. VI. Lib. IV.* aiens.

*Quemcumque populum tristis eventus premit,  
Periclitatur magnitudo principum,  
Minuta plebes facili praesidio latet.*

Et Seneca in *Hippol. Act. IV. v. 1120.*

*Minus in parvis fortuna furit,  
Leviusque ferit levioru Deus,  
Servat placidus obscura quies,  
Praebet somnos casa securos,*



## Μῦθος σξδ'. Ἀλώπεκες.

**Π**οτὲ ἀλώπεκες ἑπὶ τὸν Μαίανδρον ποταμὸν συν-  
 ηθροΐσθησαν, πιεῖν ἐξ αὐτῆ θέλωσαι. Διὰ δὲ  
 τὸ ροιζηδὸν φέρεσθαι τὸ ὕδωρ, ἀλλήλας προτρε-  
 πόμεναι, ἐκ ἐτόλμων εἰσελθεῖν. Μιᾶς δὲ αὐτῶν  
 διεξιούσης, ἐπὶ τῷ εὐτελίξειν τὰς λοιπὰς, καὶ  
 δειλίαν καταγελώσης, ἑαυτὴν ὡς γενναιοτέραν προ-  
 κείνασα, θαρσαλέως εἰς τὸ ὕδωρ ἐπήδησεν. Τῆ  
 δὲ ρεύματος ταύτην εἰς μέσον κατασύραντος, καὶ  
 τῶν λοιπῶν, παρὰ τὴν ἄχθιν τῆ ποταμῆ ἐση-  
 κυῶν, πρὸς αὐτὴν εἶπον· μὴ εἰσῆς ἡμᾶς, ἀλλὰ  
 σραφεῖσα ὑπόδειξον τὴν εἰσοδον, δι' ἧς ἀκινδύ-  
 νως δωησώμεθα πιεῖν. Ἐκείνη ἀπαγομένη ἔλε-  
 γον, ἀπόκεισιν ἔχω εἰς Μίλητον, καὶ ταύτην ἐκεί-  
 σε ἀποκομίσει βούλομαι· ἐν δὲ τῷ ἐπανίεναι με,  
 ὑποδείξω ὑμῖν.

Πρὸς τὰς κατὰ ἀλαζόνειαν ἑαυτοῖς κίνδυνον ἐ-  
 πιφέροντας.

## Μῦθος σξέ. Ἄνθρωπος καὶ Ἀλώπηξ.

**Α**λώπεκά τις ἐχθρὰν ἔχων, ὡς βλάπτουσαν  
 αὐτῷ κρατήσας, καὶ θέλων ἐπὶ πολὺ τιμαρῆ-

1. ἐπὶ τὸν Μαίανδρον. Fluvius est Lydiam flexuosis re-  
 cursibus perfundens, de quo Plinius Lib. V. c. 29. Mae-  
 ander ortus e lacu in monte Aulocrene, plurimisque ad-  
 fusus oppidis, et repletus fluminibus crebris, ita sinuosis  
 flexibus, ut saepe credatur reverti. Apamenam primum



Fab. CCLXIV. 158. Vulpes.

**V**ulpes ad Maeandrum fluvium aliquando, ut ex eo potarent, convenere. Sed quum magno impetu flueret aqua, mutuo se se compellentes, ingredi non audebant. Quo viso illarum una in medium prodiens, ut ceteras simul contemneret, earumque timorem irrideret, et se prae cunctis animosam ostenderet, audacter in undas desilivit. Aquarum vero impetu eam in medium propiciente, ceterae in ripa stantes, sic eam sunt alloquutae: Ne nos derelinquas, sed reversa demonstra, qua ingressis tuto liceat bibere. At illa dum ab undis raperetur, Responsum, ait, mihi est Miletum deferendum; id eo ferre volo; quum revertar, introitum vobis demonstrabo.

In eos, qui per iactantiam sibi ipsis creant pericula, est haec Fabula.

Fab. CCLXV. 166. Homo et Vulpes.

**I**nfensam Vulpem sibi quum haberet quidam, ut olim segetem vastantem laqueo cepit, cupiens

*pervagatur regionem; mox Eumeneticam, ac dein Bargileticos campos; postremo Cariam placidus, omnesque eos agros fertilissimo rigans limo, ad decimum a Mileto stadium lenis illabitur mari.*



σασθαι, στυππεΐα ἐλαίῳ βεβρεγμένα<sup>1</sup> τῇ οὐρᾷ προσδήσας ὑφῆψε. Ταύτην δὲ δαίμων εἰς τὰς ἀρτέρας τῆ βαλόντος ᾠδήγει· ἦν δὲ καιρὸς ἀμητῆ. Ὁ δὲ ἠκολέθει θρηνηῶν μηδὲν θερίσας.

Ἔστι πρᾶον εἶναι χρῆ, καὶ μὴ ἀμέτρως θυμῆσθαι· ἔξ ὀργῆς γὰρ πολλάκις τυγχάνει βλάβη γίνεσθαι μεγάλῃ τοῖς δυσοργήτοις.

Μῦθος σξς'. Γεωργὸς καὶ Φυτόν.

**Φ**υτόν ἦν εἰς γεωργοῦ χώραν, καρπὸν μὴ φέρον, ἀλλὰ μόνον σρεθῶν καὶ τεττίγων κελαδέντων ἦν καταφυγή. Ὁ δὲ γεωργὸς, ὡς ἄκαρπον ἐκτέμνειν ἤμελλε. Καὶ δὴ τὸν πέλεκυ λαβὼν, ἐπέφερε τὴν πληγὴν. Οἱ δὲ τέττιγες καὶ οἱ σρεθοὶ ἰκέτερον τὴν καταφυγὴν αὐτῶν μὴ ἐκκόψαι, ἀλλ' ἐᾶσαι, ὥστε ἄδειν ἐν αὐτῷ, καὶ αὐτὸν γεωργὸν τέρπειν. Ὁ δὲ, μηδὲν αὐτῶν φροντίσας, καὶ δευτέρῃ πληγὴν καὶ τρίτῃ ἐπέφερε. Ὡς δὲ ἐκοίλωνε τὸ δένδρον,<sup>2</sup> σμῆνος μελισσῶν καὶ μέλι εὔρε. Γόσάμνος δὲ, τὸν πέλεκυ ἔρριψε, καὶ τὸ φυτόν<sup>3</sup> ἐτίμα ὡς ἱερόν, καὶ ἐπεμελεῖτο.

Ἔστι τὸ πρῶτον οἱ ἄνθρωποι φύσει δίκαιον ἀγαπῶσι καὶ τιμῶσιν, ὅσον τὸ κερδαλέον ἐπιδιώκωσι.

1. Τῇ οὐρᾷ προσδήσας ὑφῆψε. Vide quae adnotavimus ad Fab. Aphthonianam 38. pag. 23. et confer.

2. σμῆνος μελισσῶν. Non in alvearibus tantum, sed in petris etiam, et in cavis arborum apes mel sponte ponunt. Hinc de re vera, quod non obvia sit tamen,



severe admodum ipsam punire, stupas oleo madidas caudae alligavit. Sed eam in eiusdem agros, quum iam matura messis esset, malus genius deduxit. Is itaque nihil messurus lugens ibat.

Clementem esse oportet, neque immoderate irascendum est; iracundis enim saepe ab ira damnum maximum exortum est.

Fab. CCLXVI. 176. Rusticus et Planta.

**P**lanta erat in Rustici agro fructum non ferens, sed passerulis solum et cicadis refugium praebebat. Rusticus itaque ut infructiferam caedere voluit; quapropter sumpta securi ictum intulit. Tum cicadae et passeruli, refugium ne excideret suum, orabant, Et abstine, quaeso, aiebant, ut in hac arbore canere, et te, Rustice, delectare possimus. At ille nihil curans, secundum ac tertium intulit vulnus. Vt vero arborem cavavit, apum examen una cum melle reperit; quo gustato securim abiecit, plantamque ut sacram coluit, et curavit.

Non tantum homines iustum natura amant et honorant, quantum lucrosum sequuntur.

Virgilius cecinit *Ecl.* IV. v. 30.

*Et durae quercus sudabunt roscida mella.*

3. ἐτίμα ὡς ἱερόν. Tanta erat apud veteres mellis aestimatio, ut ipsismet a Divis hominibus singulari dono concessum putarent, cuius rei testis esse potest Plinius,



Μῦθος σξζ'. Δειλὸς Κυνηγός,  
ἢ Δρυοτόμος.

**Λ**έοντός τινος ἴχνη ἐζήτει κυνηγός· δρυοτόμον δὲ ἐρωτήσας εἰ εἶδεν ἴχνη λέοντος, καὶ πᾶ κοιτάζει, ἔφη· καὶ αὐτὸν τὸν λέοντα ἤδη σοι δείξω. Ὁ δὲ ἀχρημάσας ἐκ τῆ φόβου, καὶ τὰς ὀδόντας συγκρέων εἶπεν· ἴχνη μόνα ζητῶ, ἔχι αὐτὸν τὸν λέοντα.

Ὅτι τὰς φρασεῖς ἢ δειλὸς ὁ λόγος ἐλέγχει, τὰς πολμηρούς ἐν τοῖς λόγοις μόνοις, καὶ ἐκ ἐν τοῖς ἔργοις.

Μῦθος σξή'. Ἐλάτη καὶ Βάτος.

**Ε**λάτη καυχωμένη τῇ βάτῳ ἔλεγεν· ἐν ἔδρῳ ἔδρῳ χρησιμέυεις, ὅτε ἐγὼ ἐν σέγισί που χρησιμέυω καὶ οἴκοις. Ἡ δὲ βάτος ἔφη· ὦ ἐλεεινὲ, εἰ μνηθεῖσα τῶν πελέκειων καὶ πριόνων τῶν κοπτόντων σε, βάτος ἂν εἶχες θελήσειν γενέσθαι, οὐκ ἐλάτη.

qui illud *divinum nectar* vocavit, et Virgilius, qui de eo ait, *Georg. Lib. IV. v. 1.*

*Protinus aerii mellis coelestia dona  
Exequar.*

1. ἴχνη μόνα ζητῶ. Ex hoc Apologo *dicterium* derivatum πᾶ λέοντος ἴχνη ζητεῖς, *Leonis vestigia quaeris*, in eum scilicet usurpatum, qui ferocem se verbis iactat, re vero



Fab. CCLXVII. 178. Venator meticulosus  
et Lignator.

**L**eonis indagans vestigia Venator, Lignatorem rogavit, an leonis vestigia et latibula nosset. Respondit ille, et ipsum quoque leonem, si lubet, indicabo. Sed Venator metu pallescens, dentibus crepitans, Vestigia tantum, ait, non Leonem quaero.

Audaces una et timidos carpit haec Fabula, audaces nempe verbis, sed non factis.

Fab. CCLXVIII. 183. Abies et Rubus.

**A**bies iactabunda Rubum sic est alloquuta. Tu quidem nulla in re prodes, at ego in tectis et aedibus aedificandis utilis sum. Cui Rubus, Omisella, respondit, securis et serrae si meminisses, quae te excindunt, deberes velle Rubum potius quam Abietem esse.

timidissimus est. Quod sane cum eo convenit quod ibidem ab Erasmo in *Adag. Chil. I. Centur. X.* refertur.

\**Ἀρχὴ παρούσης πρὶ ἵχνη ζῆπτις, Ursi praesentis vestigia quaeris.*

2. οὐδὲν χησιμίους. Vitiosissima erat in Palat. Cod. haec fabula: quapropter eam, ipso Neveleto monente, ita ut nunc est emendavimus.



<sup>1</sup> Κρείσσων πονία ἄφοβος, ἢ πλουσία μετὰ ἀναγκῶν καὶ ἐπιχειρῶν.

Μῦθος σξθ'. Ἑρμῆς καὶ Γῆ.

**Ζ**εὺς πλάσας ἄνδρα καὶ γυναῖκα, ἐκέλευσεν Ἑρμῆ ἀγαγεῖν αὐτὰς ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ δεῖξαι ὅθεν ὀρύσσοντες πλέον οἴσωσιν. Τῆ δὲ τὸ προσταχθὲν ποιήσαντος, ἡ γῆ τὸ πρῶτον ἐκώλυεν. Ὡς δὲ ὁ Ἑρμῆς ἠνάγκαζε, λέγων τὸν Δία προσεταιχένας· ἀλλ' <sup>2</sup> ὀρυσσέτωσαν, ὅστω βέλονται, σέροντες γὰρ αὐτὴν καὶ κλαίοντες ἀποδώσασσι.

Πρὸς τὰς ῥαδίως μὲν δανειζομένους, μετὰ λυπῆς δὲ ἀποδιδόντας, ὁ λόγος ἔυκαιρος.

Μῦθος σό. Ἐχίς καὶ Ἀλώπηξ.

**Ε**χίς ἐπὶ δεσμῆ ἀκάνθων εἰς τινα ποταμὸν ἐφέρετο· ἀλώπηξ δὲ, τῆτον θεασαμένη, ἄξιος, ἔφη, τῆς νηὸς ὁ ναύκληρος.

Πρὸς ἄνδρα πονηρὸν μοχθηροῖς πράγμασιν ἐπιχειροῦσαντα.

1. Κρείσσων πονία. Plurimas quidem a summis viris laudes paupertas tulit, summi enim viri pauperrimi extitere, qualis veterum memoria Aristides, Phocion, Epaminondas, Pelopidas, Lamachus, Socrates, Ephialtes. Iure itaque ac merito Tibullus *Eleg. 1. Lib. 1.*

*Me mea paupertas vitae traducat inertī,  
Dum meus assiduo luceat igne focus.*



Praestantior paupertas sine metu, quam opes cum necessitate et contumelia.

Fab. CCLXIX. 185. Mercurius et Terra.

**I**uppiter hominem et feminam quum finxisset, Mercurio praecepit ut eos in terram deduceret, locumque indicaret, ubi effodientes opes plurimas reportarent. Mandata exsequente Mercurio, Terra primo quidem impediit. Vt vero Mercurius, Iovem hoc aiens mandasse, ad id coegit, Fodiant licet, Terra ait, quantum libuerit; cum fletu enim et eiulatu cuncta reddent.

In eos qui facile quidem mutuum accipiunt, aegre vero reddunt, sermo accommodus.

Fab. CCLXX. 186. Vipera et Vulpes.

**V**ipera supra carduorum fascem vi fluminis ferebatur. Vulpes eam videns, O quam dignus, inquit, tali nave nauclerus!

In hominem improbum res malas aggredientem quadrat Fabula.

2. ὄρουσέτωσαν ὅσω βούλονται. Ita Neveleti editio an. 1660. se habet. De veritate tamen huius lectionis dubito, quae quidem sive librarii, sive typhotetae erratum sit, ita profecto est corrigenda. Ἀλλ' ὄρουσέτωσαν, ἢ γῆ ἄπειν, ὅσον βέλονται· σένοντες γὰρ αὐτὸ καὶ κλαίοντες ἀποδώσσει.



## Μῦθος σοά. "Εχίς καὶ Ῥίνη.

**Ε**χίς εἰσελθὼν εἰς χαλκουργεῖον ἐργαστήριον, ἐκ τῶν σκευῶν τῶν ὄντων <sup>1</sup> ἐζήτει φαγεῖν. Ἦκον δὲ <sup>2</sup> πρὸς τὴν ρίνην, καὶ αὐτὴν παρεκάλεε δεῖναι αὐτῷ τι. Ἡ δὲ ὑποτυχθεῖσα εἶπεν· ἀλλ' εὐήθης εἶ, παρ' ἐμὲ τι ἀποίσεισαι οἰόμενος, ἢ τις εἰ δίδόναι, ἀλλὰ λαμβάνειν παρὰ πάντων εἴωθα.

Ὁ λόγος δηλοῖ ὅτι μάταιοί εἰσιν, οἱ παρὰ φιλαργύρων τι κερδαίνειν προσδοκῶντες.

## Μῦθος σοβ'. "Εχίς καὶ Ὑδρος.

**Ε**χίς φοιτῶν ἐπὶ τινὰ κρήνῳ, ἐπινεν. Ὁ δὲ ἐνταῦθα οἰκῶν ὕδρος ἐκάλυεν αὐτὸν, ἀγωνακτῶν, εἴγε μὴ ἀρκεῖται τῇ ἰδίᾳ νομῇ, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τὴν αὐτῆς δίαιταν ἀφικνεῖται. Αἰεὶ δὲ τῆς φιλονεικίας ἀυξανομένης, σιμῶντο ὅπως εἰς μάχῳ ἀλλήλοις καταστῶσιν, καὶ τοῦ νικῶντος ἢ τε γῆς καὶ τῆ ὕδατος νομὴ γένηται. Ταξάντων δὲ αὐτῶν ποροφισμίαν, οἱ <sup>3</sup> βάτραχοι διὰ μίσος τῆ ὕδρε, πα-

1. ἐζήτει φαγεῖν. Nonnulli vertunt, aliquod ex fabrilibus, quae ibi aderant, instrumentis, comedere tentabat. Mallet Nev. ἐν τῶν σκευῶν..... ἐζήτη.

2. πρὸς τὴν ρίνην. Haud absimilis Aesopi fabula est, quam de Mustela et Lima Planudes n. LXXXI. edidit. Nostra tamen magis convenit cum Phaedri Fab. VII. Lib. IV. quam si cum hac conferas, eius originem profecto cognosces. Ῥίνα vero apud Graecos piscis quoque



## Fab. CCLXXI. 187. Vipera et Lima.

Vipera in fabri officinam ingressa, a fabrilibus instrumentis aliquid cibi petebat. Quumque in Limam forte incidisset, eam, ut sibi escam porrigeret, rogabat. Cui respondens Lima, Adeone, inquit, demens es, ut a me aliquid percipere putes, quae non dare, sed accipere ab omnibus soleo?

Fabula innuit, stultos eos esse, qui ab avaris aliquid se lucrari existimant.

## Fab. CCLXXII. 188. Vipera et Hydrus.

Vipera ad fontem accedens, ex eo potare solebat. Id Hydrus, loci illius incola, vetabat, increpans, quod propriis pascuis non contenta, ad suam quoque mansionem accederet. Quae contentio quum magis magisque in dies cresceret, in praelium tandem venire decernunt, ea lege, ut victori et telluris et aquae ius cederet. Statuto igitur praelii tempore, ranae Hydri odio ad

nomen est, squamis minimis sed durissimis pellem refertam habens, quae limae vice fungi potest. Hinc facile ei nomen huiusmodi derivatum.

3. Βάτραχοι διὰ μίσος πρὸς ὕδρου. Inimicum ranis hoc animal. Hinc missum hydram, quum regem peterent, fingit Aesopus. Aelianus id aperte testatur de *animal. propr.* Lib. XII. c. 15. aiens, Βάτραχος ὕδρου μισῶ, καὶ δέδοικεν ἰχθυῶς. Nev. Ceterum hanc fabulam Aesopo tribuit quo-



ραγνόμενοι πρὸς τὸν ἔχιν, παρεθάρσυνον αὐτὸν, ἐπαγγελλόμενοι καὶ αὐτοὶ συμμαχήσειν αὐτῷ. Ἐνστάσης δὲ τῆς μάχης, ὁ μὲν ἔχισ πρὸς τὸν ὕδρον ἐπολέμει, οἱ δὲ βάτραχοι μηδὲν περαιτέρω δρᾶν δυνάμενοι, μεγάλα ἐκεκράγησαν. Καὶ ὁ ἔχισ νικήσας, ἠτιᾶτο, εἴ γε συμμαχήσειν αὐτῷ ὑποσχόμενοι παρά τὴν μάχην εἰ παρεγένοντο. Οἱ δὲ ἔφασαν πρὸς αὐτόν· ἀλλ' εὖ ἴδι, ὦ ἔτος, ὅτι ἡ ἡμετέρα συμμαχία εἰ χειρῶν δεῖ, διὰ δὲ φωνῆς σωθήσκειν.

Ὁ λόγος δηλοῖ, ὅτι ἔνθα χειρῶν χρεία ἐστίν, ἡ διὰ λόγων βοήθεια εἰδὲν λυσιτελεῖ.

Μῦθος σογ'. Ζεὺς καὶ Ἀλώπηξ.

**Ζ**εὺς ἀγασάμενος ἀλώπεκος τὸ σωετὸν τῶν φρενῶν καὶ τὸ ποικίλον, τὸ βασίλειον αὐτῇ τῶν ἀλόγων ζώων ἐνεχείρισεν. Βελόμενος δὲ γινῶναι, εἰ τὴν τύχην μεταλλάξασα, καὶ τὴν γλισχρότητα μετεβάλλετο, <sup>1</sup> φερομένης αὐτῆς ἐν φορείῳ, <sup>2</sup> κάρνθαρον

que Phaedrus Lib. I. Fab. 2. eamque ab eo narratam tradit, quando Pisistratus Athenas occupavit.

1. τὴν τύχην μεταλλάξασα. Ita, admonente quoque Neveleto, legendum, non εἰ τὴν ψυχὴν μεταλλάξασα.

2. φερομένης αὐτῆς ἐν φορείῳ. Suus et brutorum regibus honor est. Haud mirum itaque si Vulpes etiam eorum regina, gestatoria in sella, ut par erat, ferebatur. Vide mythographi festivum ingenium!

3. κάρνθαρον. Vulpes, carnivorum animal, teste Aldrovando de Quadrup. Digit. Vivip. Lib. II. esu quoque ve-



Viperam veniunt, animumque ei, pollicitae se socias adfore praelii, addunt. Commisso itaque praelio, Vipera cum Hydro congregitur; sed ranae nihil ultra praestare quum possent, ingentem e stagno clamorem ediderunt. Victrix autem Vipera, ranas, quod se socias pollicitae, pugnae non interfuissent, graviter obiurgavit; at illae, Heus tu, dixere, scito societatem nostram non manibus, sed voce constitisse.

Indicat haec fabula, quod verborum auxilia nihil prosunt ubi manibus opus est.

Fab. CCLXXIII. 189. Iuppiter et Vulpes.

**V**ersutiam et prudentiam Vulpis admiratus Iuppiter, imperium ei in ceteras feras tradidit. Scire autem cupiens, an mutata fortuna, commutasset etiam tenacitatem, in lectica dum Vulpes vehitur, crabronem ante eius oculos demisit. Il-

sparum delectatur. Ideo vespetis appropinquans, et timorem simulans, se abscondit, cauda exstante, circa quam vespae ob densum villum certatim implicantur. Deinde Vulpes surgens, secus arborem, vel saxum, perfricando eas atterit, quibus extinctis, et vespis, et vespetis pascitur. Quod autem heic de scarabeo dicitur, haud absonum est: tot enim eorum species a naturae curiosis referuntur, ut nonnulli volantes revera vespae formam prae se ferre vulpinis oculis possint.



παρὰ τὴν ὄψιν ἀφῆκεν. Ἡ δὲ ἀντίχειν μὴ δυναμένη, ἐπειδὴ περίπτατο, τῷ φορεῖε ἀναπηδήσασα, ἀκόσμως συλλαβεῖν αὐτὸν ἐπειρᾶτο. Καὶ ὁ Ζεὺς ἀγανακτήσας κατ' αὐτῆς, πάλιν αὐτὴν εἰς τὴν ἀρχαίαν τάξιν ἀπεκατέστησεν.

Οἱ φαῦλοι τῆδ' ἀνθρώπων, κἄν τὰ ποροχήματα λαμπρότερα ἀναλάβωσιν, ἐμετατίθενται τὴν φύσιν.

Μῦθος σοδ'. Ζεὺς καὶ Ἀπόλλων.

**Ζ**εὺς καὶ Ἀπόλλων περὶ τοξείας ἠρίζοντο. Τῷ δὲ Ἀπόλλωνος ἐκτείνωντος τὸ τόξον, καὶ τοῦ βέλους ἀφέντος, ὁ Ζεὺς τοσοῦτον διέβη, ὅσον Ἀπόλλων ἐτόξωσεν.

Οὕτως οἱ τοῖς κρείττοσι ἀμιλλώμενοι, πρὸς τῶν ἐκείνων μὴ ἐφικνεῖσθαι, καὶ γέλωτος ὄφλισκάρουσι.

Μῦθος σοέ. Ζεὺς, Προμηθεὺς, Ἀθηνᾶ,  
καὶ Μῶμος.

**Ζ**εὺς, καὶ Προμηθεὺς, καὶ Ἀθηνᾶ κατασκευάσαντες, Ζεὺς μὲν ταῦρον, Προμηθεὺς ἄνθρωπον,

1. ὁ Ζεὺς τοσοῦτον διέβη. Neveletus vertit: *Iuppiter tantum aberravit*. Deinde notulam addidit huiusmodi. *Ambiguus hic locus: nova significatione usurpatum verbum ἀβαίνειν explicuimus*. Poterat commodius verti, „*tantumdem insuper praetergressus est Iuppiter iaculando, quantum Apollo iaculatus est*„. Sed Cl. viri pace dicam, nec locus ambiguus est, nec nova significatione verbum



la continere se se non potens, e lectica confestim desiliens, eum praetervolantem turpiter comprehendere conata est. Iuppiter vero ei succensens, ordini priori rursus reddidit.

Improbi homines etiamsi ad dignitates maximas evecti sint, naturam non tamen mutant .

Fab. CCLXXIV. 190. Iuppiter et Apollo.

**I**uppiter et Apollo de iaculandi arte contendebant. Phoebus itaque quum arcum intendisset, sagittamque emisisset, Iuppiter tantum spatii uno gressu confecit, quantum Apollinis emissa sagitta.

Sic qui cum praestantioribus contendunt, non modo eos non assequuntur, sed et risum pariunt sibi .

Fab. CCLXXV. 193. Iuppiter, Prometheus, Minerva, et Momus .

**T**aurum Iuppiter, Prometheus hominem, et Minerva domum quum efformassent, Momum iu-

*διαβαίνειν* est usurpatum; sensus enim Fabulae hic esse videtur; Iovem tantundem spatii *uno gressu* emensum fuisse, quantum Apollinis telum confecerat, quo mythographus summam Iovis praestantiam significare voluit.

2. Ζεύς, καὶ Προμηθεύς. Huc alludere Aristoteles videtur, dum de Momo scripsit, de *Part. animal.* Lib III. eum naturam incusasse, quod bobus cornua in capite,



Ἄθηνᾶ δὲ οἶκον, κρητὴν εἶλοντο τὸν Μῶμον. Ὁ δὲ φθονήσας τοῖς δημιουργήμασιν, ἀρξάμενος ἔλεγε τὸν Δία ἡμαρτηκέναι, τῷ ταύρῳ τῆς ὀφθαλμοῦς ἐπὶ τοῖς κέρασι μὴ θέντα, ἵνα βλέπῃ πετύπτει· τὸν δὲ Προμηθεῖα, διότι τοῦ ἀνθρώπου τὰς φρένας ἔξωθεν οὐ κατεκρέμασεν, ἵνα μὴ λανθάνωσιν οἱ πονηροί, φανερόν δὲ εἶτι ἕκαστον οὐ χρεῖαν εἶχον. Τρίτον δὲ ἔλεγε, ὡς εἶδει τὴν Ἄθηνᾶν ἐν τῷ οἴκῳ τροχοῦς ἀποθεῖναι, ἵνα εἰάν πονηρῶ τις παροικισθῆ γείτονι, ῥαδίως καταβαίῃ. Καὶ ὁ Ζεὺς ἀγανακτήσας κατ' αὐτοῦ ἐπὶ τῇ βασκανίᾳ, τῷ Ὀλύμπῳ αὐτὸν ἐξέβαλε.

Ὁ λόγος δηλοῖ ὅτι εἶδεν ἔπως ἐνάρετόν ἐστι, ὃ μὴ λόγον ἐπιδέχεται.

Μῦθος σος'. Ἡρακλῆς καὶ Πλῆτος.

**Η**ρακλῆς ὁ θεῶφεις, καὶ παρὰ τῷ Διὶ ἐστιώμενος, ἕνα ἕκαστον τῶν θεῶν μετὰ πολλῆς φιλοφροσύνης ἠσπάζετο. Καὶ δὴ τελευταῖς εἰσελθόντος τῷ Πλούτῳ, κατὰ τῷ ἐδάφους κύψας ἀπεσρέψατο ἑαυτόν. Ὁ δὲ Ζεὺς, θαυμάσας τὸ γεγονός, ἐπιωθάνετο αὐτῷ τὴν αἰτίαν, δι' ἧς πάντας τοὺς δαί-

non in armis potius addiderit, quod vehementius possent ferire. Lucianus quoque huius fabulae mentionem fecit in *Verae Hist.* Lib. II. c. 3. et in *Hermotimo* §. 20. sed ille Vulcano tribuit, quaecumque heic de Prometheo mythographus ait: cuius quidem narratio magis quadrat. Constat enim ex Mythol. non Vulcanum, sed Prometheum, advocata Minerva, hominem finxisse.



dicem delegere, qui eorum operibus invidens, Iovem primum errasse dixit, quod tauri oculos in summis cornibus non collocasset, ut videre posset ubi feriret: Prometheus vero, quod hominis praecordia foras non appendisset, ut mali minime occultarentur, manifestaue fierent singula, quae in illis recessus habent et latibula. Tertio vero dixit, oportuisse Minervam rotas aedibus supposuisse, ut si quis forte prope malum vicinum habitaret, facile discedere posset. At Iuppiter ob huiusmodi reprehensionem offensus, eum ex Olympo deiecit.

Nihil adeo perfectum est, quod reprehensionem non admittat.

Fab. CCLXXVI. 194. Hercules et Plutus.

**H**ercules inter Deos receptus, et apud Iovem epulatus, Deorum unumquemque multa comitate amplexus est. Sed Plutum, qui post ceteros ei se se obtulit, humi defixis oculis omnino est aver- satus. Qua de re obstupefactus Iuppiter, causam percontatus est, cur omnibus Diis officiose

1. φανερόν δ' ἄ τι. Suspecta prorsus huiusmodi lectio esse videtur. Nec latuit id Neveletum, qui reponendum monuit, vel φανερόν δ' ἔν ἕκασον, οὗ χρείαν εἶχον, vel sane φανερός δ' ἔν ἕκασος, ὃς καλίαν εἶχε. Priorem tamen coniecturam sequutus est in versione. Equidem iudicare non ausim.

2. ἀποθῆναι. Mallem ὑποθῆναι.



μονας ἀσμένως προσαγορεύσας, μόνον τὸν Πλάτωνα ὑποβλέπεται. Ὁ δὲ εἶπεν· ἀλλ' ἐγωγε διὰ τὸ αὐτὸν ὑποβλέπομαι, ὅτι παρ' ὃν καιρὸν ἐν ἀνθρώποις ἡμεῖν, ἐώρων αὐτὸν, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον,<sup>1</sup> τοῖς πονηροῖς συλόιτα.

<sup>2</sup> Οὕτω πολλοὶ διὰ τὴν ἑαυτῶν ἀβελίαν δυσυχῆντες, τὴν αἰτίαν ἐπὶ τὸ θεῖον ἀναφέρουσιν.

Μῦθος σοζ'. Ἰατρὸς ἄτεχνος.

**Ι**ατρὸς ἦν ἄτεχνος. Οὗτος ἀρρώστῳ παρακολυθῶν, πάντων ἰατρῶν λεγόντων αὐτῷ μὴ κινδυνεύειν, ἀλλὰ χρονίσειν ἐν τῇ νόσῳ, ἔτος μόνος ἔφη αὐτῷ, πάντα τὰ αὐτῷ ἐτοιμάσαι, τὴν αὐριον δὲ εἶχ' ὑπερβήσειν. Ταῦτα εἰπὼν ὑπεχώρησε. Μετὰ χρόνον δὲ τινα ἀναστὰς ὁ νοσῶν προῆλθεν, ὠχρὸς<sup>3</sup> καὶ μόλις ζῶν. Ὁ δὲ ἰατρὸς ἐκεῖνος συναντήσας αὐτῷ, χαῖρε, ἔφη· πῶς ἔχουσιν οἱ κάτω;<sup>4</sup> καὶ κεῖνοι, εἶπεν, ἡρεμῆσι, πιόντες τὸ τῆς λίθης ὕδωρ. Πρὸ ὀλίγου δὲ, ὁ θάνατος καὶ ὁ Ἄδης, δεινὸν ἠπέιλεν τὰς ἰατρὰς πάντας, ὅτι τὰς νοσῆντας ἐκ ἐῶσιν ἀποθνήσκουσιν, καὶ κατεγράφοντο πάντας. Ἐμελλον δὲ καὶ σὲ γράψαι, ἀλλ' ἐγὼ προ-

1. τοῖς πονηροῖς συλόιτα. Idem et ille sentiebat, qui Syllae se se iactanti dixisse legitur: Καὶ πῶς ἀν ἡμῶν σὺ χησός, ὃς τῷ παθός σοι μηδὲν ἐγκαπελιπόντως, πσαῦτα κέκτισται; Plutarch. in Vita. Nec aliam sententiam habuit S. Hieronymus, qui ad Hedibiam scribens, ait: Illa vulgata



salutatis, solum despiceret Plutum. Cui ille, Ideo ipsum aversor, ait, quod quamdiu inter homines fui, eum ut plurimum cum improbis esse animadverti.

Sic multi propria infelices imprudentia, causam in Numen referunt.

Fab. CCLXXVII. 195. Medicus imperitus.

**M**edicus imperitus aegrotum visitans, ceteris nihil periculi esse affirmantibus, sed tantum diuturniorem fore morbum, eum solus sua ordinaret omnia monebat, crastinam enim non supervicturum; quae quum dixisset abiit. Paulo post e morbo surrexit aeger, sed plane pallidus, et vix vivens. Medicus obviam factus, Salve, inquit: quomodo se mortui habent? Quiescunt, respondit ille, Lethes aquam epoti: sed nuper Mors et Pluto grave quid medicis minitati sunt, eo quod aegrotos mori non sinant; iamque singulis conscriptis in eo erant ut te quoque conscriberent, sed ego iis advolutus, exoransque, verum te

*sententia mihi videtur esse verissima: Dives, aut iniquus, aut iniqui heres. Sed tamen Est modus in rebus.*

2. οὐπω. Alienum hoc plane a fab. Ἐπιμύθιον est. Nev.

3. καὶ μόλις ζῶν. Legitur et μόλις ὄν.

4. καὶ καίνοι. Mallem καὶ καίνοσ εἶπεν?



πρωτων αυτοις, κη δυσωπησας, εξωμοσαμω αυ-  
τοις μη αληθη ιατρον ειναι σε, αλλα' ματω δια-  
βληθηται.

<sup>2</sup> "Οτι τες απαιδευτους, και αμαθεις, και κομ-  
πολογους ιατρους ο παρων μυθος ελεγχει, κη  
<sup>3</sup> σηλιτευει.

Μυθος σοη. "Ιππος, Βε̃ς, Κυων,  
κη "Ανθρωπος.

**Ι**ππος και βοϋς και κυων, υπο φυχους σενου-  
μενοι, ηλθον εις ανθρωπου τινος οικιαν. Ο δε  
δεξαμενος αυτες, κη πυρ αναφας, εθαλψε. Και  
τω̃ μεν ιππω κριθας παριτιθει, τω̃ δε ταυρω  
αχυρα, τω̃ δε κυωι τα επι της τραπεζης εδιδε.  
Δια δε την τοιαυτω φιλοξονιαν αντιμειψαντο αυ-  
τω̃ χαριτας, μερισαντες και χαρισαμενοι αυτω̃ ιψ̃  
ετων εφ' ων εζων. Και ο μεν ιππος ευθυς τους  
πρωτες χρονες· δια τω̃το εκασος θερμος, κη γαι-  
ρος εσι τη γνωμη. Ο δε βοϋς μετ' αυτον τους  
μεσες χρονες· δια του̃το μοχθηρος, και φιλεργος  
εσι πλε̃τον αθροιζων. Τρειτον δε ο κυων τες τε-  
λυταιες χρονους· δια τω̃το πας γηρασκων, δυ-  
σκολος εσι τη γνωμη, κη τον διδοντα μονον τροφην

1. ματω διαβληθηται. Erat in Palatinis membranis cor-  
ruptissima lectio διεβληθης, quam ita Neveletus emen-  
davit.

2. οτι. Redundat omnino τω̃ οτι, ut in insequentibus.

3. σηλιτευει. Infames homines hanc poenam apud Grae-



medicum non esse iuravi, sed falso habitum fuisse.

Medicos imperitos, ignaros et loquaciores, haec fabula notat et arguit.

Fab. CCLXXVIII. 197. Equus, Bos, Canis,  
et Homo.

**E**quus, Bos, et Canis frigore pressi, in Hominis cuiusdam aedes convenere, qui eos excipiens, accenso foco fovit; ac deinde Equo hordeum, Bovi paleas obtulit, Cani vero ex iis, quae in mensa aderant, dedit. Quam ob hospitalitatem ipsi gratias reddidere, singuli vitae suae tempus partiti, eique gratificati. Equus itaque primos annos largitus est; ideo praecipiti mente et superba unusquisque hominum prima aetate est. Medios vero post hunc annos Taurus dedit; ideo tunc laboriosus et sedulus est quisque, studetque divitias cumulare. Ultimos tandem annos Canis praebuit; et propterea senex quilibet morosus est, sibi victum dantem tantummodo amat, blan-

cos obtinebant, ut eorum nomina atque facinora, ad perpetuam cuiusvis memoriam, ἐν σήλαις, in cippis atque columnis aeneis inscriberentur. Vide Demosth. in Philippica III. Hinc σηλιπέυειν de quolibet dedecore postea dictum est.



ἀγαπᾷ, καὶ σείει, καὶ ἐπιχαίρει, τοῖς δὲ μὴ  
διδᾶσι καθυλακτεῖ, καὶ καθάπτεται.

Ὅτι τινὲς τῶν ἀνθρώπων φαῦλοι ὄντες καὶ κα-  
κοὶ, ἐκεῖνοι εἰώθασι φιλεῖν τοὺς διατρέφοντας  
αὐτούς.

Μῦθος σοθ'. Ἴππος καὶ Ἴπποκόμος.

**Κ**ριθὴν τὴν τῷ ἵππου ὁ Ἴπποκόμος κλέπτων καὶ  
πωλῶν, τὸν ἵππον ἔτριβε καὶ ἑκτένιζε πάσας ἡ-  
μέρας. Ἐφη δὲ ὁ ἵππος· εἰ θέλεις ἀληθῶς κα-  
λὸν εἶναί με, τὴν κριθὴν τὴν τρέφουσαν μὴ πώλει.

Ὅτι οἱ πλεονέκται τοῖς πιθανοῖς λόγοις καὶ ταῖς  
κολακείαις, τὰς πένητας δειλεάζονται, καὶ ἀποσειρᾶ-  
σιν αὐτὰς καὶ τῆς ἀναγκαίας χρείας.

Μῦθος σπ'. Κάμηλος, Ἐλέφας, καὶ Πίθηκος.

**Τ**ῶν ἀλόγων ζώων βελομένων βασιλέα ἑαυτῶν  
ἐλέσθαι τινὰ, κάμηλος καὶ ἐλέφας κατασάντες ἐφι-  
λονεῖκουν, καὶ διὰ τὸ μέγεθος τοῦ σώματος, καὶ  
διὰ τὴν ἰχὺν ἐλπίζοντες πάντων προκρίνεσθαι. Πί-  
θηκος δὲ ἔφη ἀμφοτέρους ἀνεπιτηδείους εἶναι, τὴν  
μὲν κάμηλον ὁτιοῦντι χολὸν ἐκ ἔχει κατὰ τῶν ἀδι-

1. ἐκτένιζε. Forte erit ἐσόλιζε. Nev. Non video quam  
de caussa ἐκτένιζε sit reiiciendum. Comuntur quidem et  
equi, et a veteribus comebantur, ut multis docet Xe-  
nophon in Libro *De re equestri*, in quo fuse etiam de  
*hippocomi* officio, et de equo destringendo pertractat.



ditur, assentiturque, non dantibus vero allatrat et insultat.

Sic homines viles et mali nutrientes amare solent.

Fab. CCLXXIX. 198. Equus et Equiso.

**H**ordeum Equi surreptum divendens Equiso, eum quotidie et comere et perfricare solebat. At Equus, Heus tu, inquit, si vere me pulcrum esse cupis, hordeum, quo nutrior, quaeso ne vendas.

Ita avari, verba dando et adulando, inopes inescant, eosque iis etiam spoliant, quae sunt ad vivendum necessaria.

Fab. CCLXXX. 199. Camelus, Elephas, et Simia.

**Q**uum de rege e suis eligendo agerent bruta, Camelus, et Elephas progressi, inter se contendebant, ambo ceteris, ob corporis molem et robur, praelatos iri sperantes. At Simia utrosque imperio ineptos esse affirmavit, Camelum quidem quod bilem ad iniustos puniendos non haberet, Ele-

aiens, ἐπειδὴν δὲ ψήχη, ἀρχεσθαι μὲν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καὶ τῆς χεῖρας· μὴ γὰρ καθαρῶν τῶν ἄνω ὄντων, μάταιον εἶ κατὰ καθάρειν. κ. τ. λ.

2. διότι χολὸν ἐκ ἔχει. Iracundus minime est camelus,



κέντων, τὸν δὲ ἑλέφαντα, ὅτι δέος ἐστὶ μὴ αὐτοῦ  
 βασιλεύοντος ἰ χοιρίδια ἡμῖν ἐπιτίθενται.

Ὅτι τὰ μέγιστα τῶν πραγμάτων διὰ μικρὰν αἰ-  
 τίαν τῷ προσδοκῆμένῃ κωλύονται.

Μῦθος σπά. Κάμηλος καὶ Ζεὺς.

**Κ**άμηλος θεασαμένη ταῦρον ἐπὶ κέρασιν ἀ-  
 γαλλόμενον, φθονήσασα αὐτῷ, ἐβελήθη καὶ αὐ-  
 τῇ τῶν ἴσων ἐφικέσθαι. Διὸ περ παραγνομένη πρὸς  
 τὸν Δία, τέτου ἐδεήθη, ὅπως αὐτῇ κέρατα προσ-  
 νείμῃ. Καὶ ὁ Ζεὺς ἀγανακτήσας κατ' αὐτῆς, εἶγε  
 μὴ ἀρκεῖται τῷ μεγέθει τῷ σώματος καὶ τῇ ἰχύϊ,  
 ἀλλὰ περισσότερον ἐπιθυμεῖ, ἢ μόνον αὐτῇ κέ-  
 ρατα οὐ προσέθηκεν, ἀλλὰ καὶ μέρος τι τῶν ὤ-  
 των ἀφείλετο.

quia felle caret. Plin. Lib. II. c. 37. Aristoteles autem  
 non omnino felle carere ait, sed χολώδη φλέβια tan-  
 tum habere. Nev. Et sane rabiosissimum quandoque  
 animal est, ut exemplis Aldrovandus *De Quadrup. di-*  
*git.* pag. 228. probavit, habetque singularem vindictae  
 et belluinae ultionis reminiscenciam, quae in nullo  
 animali maior apparet.

1. χοιρίδια ἡμῖν ἐπιτίθενται. Timet Elephas κεράσιν κριόν,  
 καὶ χοίρου βοήν, ut testis prae ceteris Aelianus est *De*  
*anim. propr.* Lib. I. cap. 38. qui ibidem narrat, a Roma-  
 nis Pyrrhi Epirotarum regis elephantos in fugam ver-  
 sos, immissis in eos grunnientibus suis. De hac ele-  
 phantis in sues antipathia videndi sunt *Orus Apollo,*  
*Strabo, Seneca, Aldrovandus,* et alii. Ceterum Gisber-



phantem vero, quod si regnaret, a porcellorum insidiis summopere esset metuendum.

Res maximae vel levissimam ob causam exitu frustrantur.

Fab. CCLXXXI. 200. Camelus et Iuppiter.

**T**aurum cornibus superbientem Camelus quum vidisset, invidia motus idem obtinere expetivit. Ad Iovem igitur supplex profectus, ut et ipsi cornua largiretur oravit: cui iratus Iuppiter, quod corporis magnitudine et vi non contentus, superflua quoque concupisceret, non solum cornua non addidit, sed et aurium partem ei dempsit.

tus Cuperus in Exercitat. I. *de Elephantis* (Sallengre *Nov. Thes. Antiquit. Ven.* 1735. Vol. III. pag. 24.) elephantos Aesopi tempore visos in Graecia fuisse negat; ut et in Persia ac Lydia. Hinc liquet fabulam hanc diu postea ab aliis esse confictam.

2. Κάμηλος. Ex hac fabula derivatum proverbium: *Camelus dum affectat cornua, et aures perdidit*, de quo vide Erasm. *Chil.* III. *Cent.* V. 8. Haud absimilis argumenti exstat Apologus in Iuliani Imp. *Misopogone*, ubi ait: λέγεται καὶ τὸν ἰκτῖνα φωνὴν ἔχοντα παραπλησίαν τοῖς ἄλλοις ὄρνεσιν, ἐπιθέσθαι τῷ χρεμετίζειν, ὥσπερ οἱ γυνᾶοι τῶν ἵππων· εἶτα τὸ μὲν ἐπιλαθόμενον, τὸ δὲ μὴ δυνηθέντα, κ. τ. λ. Haud absimilis est Fab. superius allata CLII.



Πολλοὶ διὰ πλεονεξίαν τοῖς ἄλλοις φθονοῦντες, λανθάνουσι καὶ τῶν ἰδίων σερβέμενοι.

Μῦθος σπβ'. Κάνθαροι δύο.

**Ε**ν τινι νησιδίῳ παῦρος ἐνέμετο. Ἰ Τῆ δὲ τούτου κόπρῳ κάνθαροι ἐτρέφοντο δύο. Καὶ δὴ τῷ χειμῶνος ἐφισαμένου, ὁ εἷς ἔλεγε πρὸς τὸν ἄλλον, ὡς ἄρα βούλοιο εἰς τὴν ἠπειρον διίπτασθαι, ἵνα ἐκείνῳ μόνῳ ὄντι ἰκωὴ ἢ τροφή γίνηται. Ἐλεγε δὲ, ὅτι εἰάν πολλὴν εὖρη τὴν νομὴν, καὶ αὐτῷ οἴσων. Παραγασνόμενος δὲ εἰς τὴν χέρσον, καὶ καταλαβὼν μὲν πολλὴν κόπρον, ὑγραν δὲ μένων ἐνπαῦθα ἐτρέφετο. Τοῦ δὲ χειμῶνος διελθόντος, πάλιν εἰς τὴν νῆσον διέπτη. Ὁ δὲ ἕτερος θεασάμενος αὐτὸν λιπαρὸν, ἠτιᾶτο αὐτὸν, διότι ὑποχόμενος αὐτῷ εἶδεν ἐκόμισεν. Ὁ δὲ εἶπεν, μὴ ἐμὲ μέμφε, τὴν δὲ φύσιν τῷ τόπῳ· ἐκεῖθεν γὰρ τρέφεσθαι μὲν οἴόν τε, φέρεσθαι δὲ εἶδεν.

Ὁ λόγος εὐκαιρος πρὸς τὰς διὰ φθόνου κρείττοσι ἀμιλλωμένους, εἶτα ἐκ τῆς σφαλλομένους.

1. Τῆ δὲ τῆς κόπρῳ. Vivunt canthari, ut omnes sciunt, excrementis iumentorum. Hinc Plutarchus in Commentario, in quo Stoicorum dogmata cum poetarum dictis componit, λέγονται, αἱτ, οἱ κάνθαροι τὸ μύρον ἀπολείπουν, καὶ δὲ δυσώδη διώκουν: αἰμπε Scarabeos unguentum fugere,



Ita multi prae nimia habendi cupidine aliis invidentes, plerumque propriis quoque bonis nescii privantur.

Fab. CCLXXXII. 201. Scarabei duo.

**P**arva quadam in insula taurus pascebat, cuius stercore Scarabei duo nutriebantur. Hyeme adventante, eorum alter alteri dixit, velle se in continentem proximam transvolare, ut illi soli sufficiens esset ea in insula cibus; addiditque et illud, se, si copiosam illic escam reperiret, ei quoque partem aliquam allaturum. Vbi vero in continentem venit, multo quidem inibi, madidoque fimo reperto, ibidem commoratus, laute in dies nutriebatur, ac tandem hyeme exacta in insulam revolavit. Tum alter eum pinguem nitidumque quum vidisset, acriter obiurgavit, quod multa pollicitus nihil attulisset. At ille, Ne me, inquit, sed naturam loci potius accuses, in quo quidem abunde nutriri licet, sed nihil inde exportari potest.

Accommodus sermo in eos, qui per invidiam cum maioribus certantes, postremo decipiuntur.

*graveolentia vero sectari.* Videndus est Aristophanes, in *Pace*, ipso fere sub initio, qui facetissime duos servos introducit, scarabeo excrementum humanum pro cibo dantes, et postea mulorum.



Μῦθος σπγ'. Καρύα .

**Κ**αρύα τις ἐν ὁδῷ ἰσταμένη, καρπὸν ἔφερε πολύν. Οἱ δὲ παροδίται, λίθοις καὶ βάλκλοις κατέκλων διὰ τὰ κάρυα. Ἡ δὲ οἰκτρὸν ἔφη· <sup>1</sup> ὦ ἀθλία ἐγώ, ὅτι ἐς τῷ καρπῷ με δ'φραίνω, ὑπὸ τούτων δεινὰς ἀντιλαμβάνω χεῖρας.

<sup>2</sup> Ὅτι τὰς ἀχαρίστους καὶ κακουργούς, τὰς ἀντὶ ἀγαθῶν κακὰ ἀντιδόντας, ὁ μῦθος ἐλέγχει.

Μῦθος σπδ'. Κολοιοὺς καὶ Ἀλώπηξ .

**Κ**ολοιοὺς λιμώτων ἐπὶ τινος συκῆς ἐκάθιδεν. Ἐυρῶν δὲ τὰς ὀλύνθους μὴδέπω πεπείρες, <sup>3</sup> προσέμωεν ἕως σῦκα γίνονται. Ἀλώπηξ δὲ θεασαμένη αὐτὸν ἐγχερονίζοντα, καὶ τὴν αἰτίαν μαθεῖσα, ἔφη πρὸς αὐτόν· ἀλλὰ πεπλάνησαι, ὦ ἔτος, ἐλπίδι προσέχων, ἥτις βουκολεῖν μὲν οἶδεν, τρέφειν δὲ οὐδαμῶς.

Πρὸς ἄνδρα ἐν φιλονεικίαις φρεναπατούμενον, ὁ λόγος εὐκαιρος.

1. ὦ ἀθλία ἐγώ. Querela Nucis eadem apud Ovidium :  
*Certe ego si nunquam peperissem, tutior essem,*  
*Ista Clytemnestrae digna querela fuit. Nev.*

Hinc tritum illud :

*Nux, asinus, mulier, eadem sunt lege ligati,*  
*Hæc tria nil recte faciunt, si vulnera cessent.*

2. Redundat ὅτι hoc in Epimythio, quod et in aliis



## Fab. CCLXXXIII. 202. Nux.

**N**ux viae insita fructus ferebat plurimum. Viatores itaque eam saxis et baculis, ut iuglandes excuterent, impetebant. Illa vero cum gemitu dixit: Heu me miseram, quia quos meo fructu delecto, ab iis graves recipio gratias!

Ingratos et maleficos homines, qui pro bonis mala reddunt, haec fabula notat.

## Fab. CCLXXXIV. 204. Monedula et Vulpes.

**M**onedula esuriens in ficu dormitabat; in qua grossos nondum maturos quum reperisset, ibi dum maturescerent expectabat. Sed Vulpes eam illic immorantem conspicata, reique causa intellecta, Amica falleris, ait, spei tantum inhaerens, quae pascere scit quidem, sed non nutrire.

In hominem sua pertinacia deceptum haec opportuna est fabulá.

observatum.

3. προσέμενεν. Similis rustico illi, qui quum ad amnem pervenisset, ad aliam ripam transire cupiens, ut aqua omnis efflueret expectabat, ut Horat. *Epist.* II. Lib. I.

*Rusticus expectat dum defluat amnis; at ille  
Labitur, et labetur, in omne volubilis aevum.*



## Μῦθος σπέ. Κολοιός κὴ Κόρακες.

**Κ**ολοιός μεγέθει πῶν ἄλλων διαφέρων, ὑπερφρονήσας τοὺς ὁμοφύλους, παρεγένετο πρὸς τοὺς κόρακας, καὶ τέτοις ἠξίου συωδιατᾶσθαι. <sup>1</sup> Οἱ δὲ ἀγνοῶντες αὐτῶ τὸ εἶδος καὶ τὴν φωνήν, παίοντες αὐτὸν ὀξέβαλον. Καὶ ὅς ἀπελαθεῖς ἀπ' αὐτῶν, ἦκε πάλιν πρὸς τὰς κολοιάς. Οἱ δὲ ἀγανακτῶντες ἐπὶ τῇ ὕβρει, ἔ προσεδέξαντο αὐτόν· οὕτω τε συνέβη αὐτὸν τῆς ὀξ ἀμφοτέρων διαίτης σερηθῆναι.

Οὕτω καὶ τῶν ἀνθρώπων ἔνιοι τὰς πατρίδας ἀπολιπόντες, κὴ τὰς ἀλλοδαπὰς προκρίνοντες, διὰ τὸ ὡς ξένους μὴ συμπολιτεύεσθαι, ἔτε ἐς μίαν διδοκιμῶσιν.

## Μῦθος σπς'. Κοιλία κὴ Πόδες.

**Κ**οιλία καὶ πόδες περὶ δυνάμειος ἤριζον. Παρ' ἑκάστα δὲ τῶν ποδῶν λεγόντων, ὅτι τασῶτον προέχουσι τῇ ἰχθύϊ, ὡς κὴ αὐτὴν τὴν γαστέρα βασάζειν, ἐκείνη ἀπεκρίνατο· ἀλλ' ὡ ἔπει, ἐὰν μὴ τροφήν ἐγὼ ὑμῖν παράσχοιμι, <sup>2</sup> οὐδὲ ὑμᾶς βασάζειν δυνήσεσθε.

Οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν στρατευμάτων, μηδὲν εἶναι τὸ πλῆθος, ἐὰν μὴ οἱ στρατηγοὶ ἄριστα φρονῶσιν.

1. Οἱ δὲ ἀγνοῶντες. Sensus est: Illi vero quum nullam in ea neque formam, neque vocem, quales corvis esse



Fab. CCLXXXV. 205. Monedula et Corvi.

**M**onedula quaedam corporis magnitudine ceteris praestantior, suarum consortium despiciens, ad Corvos secessit, rogavitque, ut eorum societate frui permitterent. Illi formam et vocem corvi ei deesse noscentes, inter verbera eicere. Ita ab illis expulsa, ad monedulas revertitur; sed illae ob iniuriam illatam iratae non suscipere, ac ita factum est, ut utrorumque consortio privaretur.

Sic et hominum nonnulli patriam deserentes, exterasque regiones praeferentes, quum semper peregrini in omni civitate esse soleant, ne in una quidem bene excipiuntur.

Fab. CCLXXXVI. 207. Venter et Pedes.

**V**enter et Pedes, uter plus viribus posset, olim litigabant. Pedes itaque quum subinde opponerent, tantum se Ventre praecellere viribus, ut et ipsum quoque portarent, Heus vos, Venter respondit, nisi vobis ego cibum praeberem, ne vos quidem ipsos gestare possetis.

Sic et in exercitibus nil multitudo valet, nisi duces optime sapiant.

*solent, cognovissent, etc.*

2. οὐδὲ ὑμᾶς. Male in Codd. ὑμᾶς. Nev.



## Μῦθος σπζ'. Κόραξ καὶ Ἑρμῆς.

**Κ**όραξ ὑπὸ παγίδος κρατηθεὶς, ἠύξατο τῷ Ἀπόλλωνι, λιβανωτὸν ἐπιθύσειν ὑπισχνῶν. Σωθεὶς δ' ἐκ τῆς κινδύνης, τῆς ὑποχέσεως ἐπελάθετο. Πάλιν δὲ ὑφ' ἐτέρας κρατηθεὶς παγίδος, ἀφείς τὸν Ἀπόλλωνα, τῷ Ἑρμῆϊ ὑπέχετο θυῖσαι. Ὁ δὲ πρὸς αὐτὸν ἔφη· ὦ κάκιστε, πῶς σοι πισεύσω, ὅς τὸν πρότερον δεσπότην ἤρνησας καὶ ἠδίκησας;

Ὅτι οἱ πρὸς τὰς εὐεργετήντας ἀγνώμονες γινόμενοι, ἐν περιστάσει ἐμπεσόντες, οὐχ ἔξουσι βοήθειαν.

## Μῦθος σπή'. Κύκνος.

**Τ**ὲς κύκνος φασὶ παρά τὸν θάνατον ᾄδειν. Καὶ δὴ τις περιτυχὼν κύκνω πωλουμένῳ, καὶ ἀκούσας ὅτι εὐμνέσατον ζῶον, ἠγόρασε, καὶ ἔχων ποτὲ σῦνδειπνον, προσελθὼν παρεκάλει αὐτὸν ᾄσαι τὸν πότον. Τῷ δὲ τότε μὲν ἠσυχήσωντος, ὕσερον

1. πρότερον δεσπότην. Videnda est huius vocis significatio, an eum significet, cui votum aliquod fecimus. Alioquin suspecta mihi valde est haec lectio.

2. παρά τὸν θάνατον ᾄδειν. Cynos instante morte, suavissimos quosdam cantus edere, tam omnium litteris est celebratum, quam nulli vel compertum vel creditum. Neque desunt Philosophi, qui huius rei causam etiam addere conantur, affirmantque id accidere propter spiritus, per collum procerum et angustum e-



Fab. CCLXXXVII. 209. Corvus et Mercurius.

**C**orvus laqueo captus, Apollinem ut opem ferret precabatur, se ei thus oblatum pollicitus. Sed a periculo liberatus, promissi oblitus est. Rursum autem quum in laqueum incidisset, Apolline omisso, sacrificaturum se Mercurio vovit. At ille, O pessime, ait, quomodo credam tibi, qui priorem, a quo servatus es, illusisti atque laesisti?

Qui in beneficos ingrati sunt, in calamitates ubi inciderint, nullum auxilium nanciscuntur.

Fab. CCLXXXVIII. 210. Cycnus.

**C**ycnos aiunt circa mortis tempus canere solere. Quidam igitur quum in Cycnum venalem incidisset, eumque simul mansuetum ac mite animal esse audivisset, illico emit. Is deinde quum convivium aliquando ageret, Cycnum ut caneret

rumpere laborantes. Sed pudet dicere, ita Philosophos sensisse. Ex antiquioribus certe Plinius, Aelianus, Athenaeus; ex recentioribus Scaliger, Vossius, aliique plures, inter poeticas fabulas retulerunt. Ausus tamen est Bartholinus, edita disputatione *de Cycno*, ut ait Heusing., novos quosdam testes, nescio cuius fidei, producere, qui quod nemini alii contigit, se audivisse confirmarent.



δέ ποτε, ὡς ἐνόησον ὅτι λυποθνήσκειν ἔμελλε, θρηνηντος, αὐτὸν ὁ δεσπότης ἀκέσας ἔφη· ἀλλ' εἰ σὺ οὐκ ἄλλως ἄδεις, ἐὰν μὴ λυποθνήσκεις, ἐγὼ μάταιος ἤμην τότε, ὅτε σε παρεκάλουν, ἀλλ' οὐκ ἔθυον.

Οὕτω τινὲς πῶν ἀνθρώπων, ἂ μὴ βέλονται ἐκείως ποιεῖν, ἄκοντες ταῦτα ἐπιτελεῖσιν.

Μῦθος σπθ'. Κύνες λιμώττεισαι.

**Κ**ύνες λιμώττεισαι, ὡς ἐθεάσαντο ἐν τινὶ ποταμῷ βύρσας βρεχομένας, μὴ δυνάμεναι αὐτῶν ἐφικέσθαι, συζέταντο ἀλλήλαις, ὅπως πρῶτον τὸ ὕδωρ ἐκπίωσιν, καὶ εἶθ' οὕτως ἐπὶ τὰς βύρσας παραγένωνται. Συζέβη δὲ αὐταῖς πιέσαις πρότερον διαρράγῃναι, ἢ τῶν βυρσῶν ἐφικέσθαι.

Πολλοὶ δι' ἐλπίδα κέρδους ἐπισφαλῆς μόχθους ὑφιστάμενοι, φθάνουσι πρῶτον καταναλισκόμενοι.

Μῦθος σδ'. Κύων.

**Ω**ά τις κύων καταπίνειν ἠθισμένος, ἰδὼν τινα κόχλον, χάνας τὸ σῶμα αὐτῆ, μεγίστην συροληνὴν καταπέπωκε τῆτον, οἰηθεὶς ὦν εἶναι. Βαρέμενος δὲ τὰ σπλάγχχνα καὶ ὀδυρόμενος, ἔλεγε· δίκαια ἔ-

1. βύρσας βρεχομένας. Non forte fortuna repertas, sed de industria ibi positas. Solent enim Coriarii detractas pelles in fluminibus deponere, ut macerentur, atque concinnentur. Hinc Phaedrus Lib I. Fab. XX. quam hinc



accivit. At ille tunc omnino siluit. Postea vero quum moriendum sibi esse intelligeret, ac flebiliter caneret, Mehercle, ei herus ait, si tu non cantas nisi quum sis moriturus, plane stultus ego fui, quod te ad canendum antea impuli, non occidi.

Sic plerique, quae sponte praestare nolunt, inviti faciunt.

Fab. CCLXXXIX. 211. Canes famelici.

**C**anes quidam fame capti, quum in imo fluminis positas quasdam pelles vidissent, neque eas inde arripere possent, consilio facto, omnem fluminis aquam prius bibere, ut ita ad eas pateret aditus, statuere. Sed demum potando prius dirupti sunt, quam pelles attingere possent.

Multi incerta spe lucri decepti, post multos exantlatos labores denique conficiuntur.

Fab. CCXC. 212. Canis.

**O**va vorare solitus quidam Canis, quum concham forte vidisset, ovum esse ratus, hianti ore eam dicto citius deglutivit. Deinde vero quum ingentes dolores corporis ei supervenissent,

desumpsit, ait,

*Corium depressum in fluvio viderunt canes;*

*Id ut comesse extractum possent facilius,*

*Aquam coepere bibere: etc.*



γαγε πέπονθα, εἶγε πάντα περιφερῆ, <sup>1</sup> ὡὰ πεπί-  
σδκα.

Διδάσκει ἡμᾶς ὁ λόγος, ὅτι <sup>2</sup> ἀδεκάσως πράγμα  
προσιόντες, λανθάνουσιν <sup>3</sup> ἑαυτοὺς περιπέροντες  
ἰσπίστους.

Μῦθος σγὰ. Κύων.

Λάθρα κύων ἔδακνε. Τούτῳ δὲ ὁ δεσπότης <sup>4</sup> κώ-  
δωνα κρεμάσας, ὥσε πρόδηλον εἶναι τοῖς πᾶσιν.  
Οὗτος δὲ τὸν κώδωνα σείων, ἐν τῇ ἀγορᾷ ἠλα-  
ζοκδέτο. Γραῦς δὲ εἶπεν αὐτῷ· κύων, τί φαντάζη;  
οὐ δι' ἀρετὴν τῶτον φορεῖς, ἀλλὰ δι' ἔλεγχον τῆς  
κεκρυμμένης σε κακίας.

Ἔστι οἱ τῶν ἀλαζονομένων κενόδοξοι τρόποι,  
πρόδηλοί εἰσι, δηλῶντες τὴν <sup>5</sup> ἀφανῆ κακίαν.

1. ὡὰ. Haec vox necessario interserenda, ne manca sit oratio, ut Nevel. quoque animadvertenterat.

2. Supplendum videtur οὐκ.

3. ἑαυτοὺς περιπέροντες. Ita legendum monet Nev. non ἑαυτοῖς περιπέροντες ἀπίστοις.

4. κώδωνα κρεμάσας. Mancus est hic locus, aut saltem legendum, κώδωνα ἐκρέμασεν, ὥσε πρόδηλον etc. Κώδων vero est tintinnabulum proprie phaleris equorum appensum, ita dictum ut vult Suidas παρὰ τὸ ἐν τῷ κινεῖν ἄδειν, vel a forma et similitudine capitum plantae papaveris, quae κώδωνες a Graecis appellantur. Vetustissimum autem tintinnabulorum usum esse, multis



Merita patior, ait, suspiria ducens, qui omnia rotunda, ova esse credidi.

Fabula docet, quod qui inconsulto rem aggrediuntur, in pericula inopinata incidunt.

Fab. CCXCI. 214. Canis.

Canis erat quidam, qui transeuntes omnes, ex insidiis prosiliens, mordere solebat. Herus itaque ei tintinnabulum appendit, ut omnes illum cavere possent. At ille tintinnabulum quatiens, in foro admodum superbiebat; quapropter vetula, Quid reris, ait, o Canis? non virtutis praemium hoc gestas, sed occultae tuae pravitatis indicium.

Ita vani superborum mores, occultam nequitiam manifesti declarant.

iisque gravissimis probat argumentis Hieronymus Magius, qui Anglariam, nobile Etruriae oppidum, non Mediolanensis ditionis, ut falso putavit Sweerthius, patriam habuit, in mirabili illo *De Tintinnabulis* Commentario, quem Turcarum captivus, ferreisque catenis gravatus, sola memoria duce conscripsit. Vide praeterea quae ad Luciani *De Mercede conductis* §.24. Moses Solanus annotavit, ad ea verba ἔωθεν δὲ ὑπὸ κώδωνι ἐξαναστῆς: nec non Euripidem in *Rheso* ver. 308. ubi de eius equis loquens, ait:

Πολλοῖσι σὺν κώδωσιν ἐκτύπει φόβον.

§. πὴν ἀφ᾽ αὐτῆ. Neveletus perperam ediderat ἐμφρα.



Μῦθος συβ'. Κύων κὴ Ἀλώπηξ.

**Κ**ύων θηρόδικος λέοντα ἰδὼν, τῷτον ἐδίωκεν. Ὡς δὲ ἐπιστραφεὶς ἐκεῖνος ἐβρυχήσατο, ὁ κύων φοβηθεὶς, εἰς τὰ ὀπίσω ἔφυγεν. Ἀλώπηξ δὲ θαυσαμένη αὐτὸν, ἔφη· ὦ κακὴ κεφαλή· σὺ λέοντα ἐδίωκες, οὗ τινος οὐδὲ τὸν βρυχηθμὸν ὑπήνεγκας;

Ὁ λόγος κατὰ ἀνδρῶν ἀυθαδῶν, οἱ κατὰ δύραυτέρων συκοφαντεῖν ἐπιχείρουντες, εἰς ὄψιν γερόμενοι, ἀναχαιτίζονται.

Μῦθος συγ'. Κύων κὴ Δεσπότης.

**Ε**χων τις<sup>1</sup> κύνα μελιταῖον καὶ ὄνον, διετέλει τῷ κυνὶ προσαΐζων, καὶ εἴ ποτε ἔξω δεῖπνον εἶχεν, ἐκόμιζέν τι αὐτῷ, καὶ προσιόντι παρέβαλεν. Ὁ δὲ ὄνος ζηλώσας, προέδραμεν αὐτὸς, κὴ σκιρτῶν ἐλάκτισε τὸν δεσπότῳ. Καὶ οὗτος ἀγανακτήσας, ἐκέλευσε παίοντα αὐτὸν ἀναγαγεῖν πρὸς τὸν μολῶνα,<sup>2</sup> κὴ τῷτον δῆσαι.

1. κύνα μελιταῖον. Catellos ex Melita petitos in deliciis olim habitos, docet Aristot. Sect. X. quaest. 14. Strabo pag. 277. Diogen. apud Laert. pag. 151. Plin. Lib. III. c. 26. aliique. Sed ridiculum est maxime, quod Lucianus de doctis iis, qui mercede conducti penes magnates vivunt, enarrat, *De merc. cond.* §. 34. dum Thesmopolim, delicatissimam quandam matronam, cum philosopho



Fab. CCXCII. 215. Canis et Vulpes.

**C**anis venaticus leonem casu oblatum insequebatur. Quum vero conversus ille rugisset, expavescens Canis retro fugit. Quem uti Vulpes conspexit, O improbum caput, ait; tunc Leonem insequutus es, cuius ne rugitum quidem ferre sustinuisti?

Fabula audaces carpit, qui potentiores calumniari conati, ubi in conspectum eorum venire, statim reprimuntur.

Fab. CCXCIII. 216. Canis et Dominus.

**H**abens quidam Melitaeum Canem, et Asinum, continuo cum Cane colludebat, et si quando foris epulabatur, quidpiam illi afferebat, eique egredienti in occursum obiiciebat. Id videns Asinus aemulaturus accurrit, et circum saltans dominum calcibus feriit, qui iratus eum iussit plagis confectum abduci in pistrinum, ibique vinciri.

servo loquentem inducit, eique mandantem, ut receptam in vehiculum catellam suam melitaeam custodiat, et curam illius gerat, ne qua re indigeat. Tales erant veterum mores, sed, horret animus, nostri quoque temporis sunt. Pro pudor! ergo ne Christianorum et istae deliciae sunt, tot egenis esurientibus?

2. καὶ πῶς δῆσαι. Forte καὶ πέτῳ δῆσαι. Νεο.



Οὗτος ὁ λόγος ἀρμόσειεν ἂν πρὸς ἐκείνας, οἱ τὰς  
φιλίας μέχρι ἐσιάσεως παρέχονται.

Μῦθος σιδ'. Κώνωψ κὶ Βοῦς.

**Κ**ώνωψ ἐπὶ κέρατος βοῦς ἐκάθητο, καὶ ἠύλει.  
Εἶπε δὲ πρὸς βοῦν, εἰ βαρῶ σου τὸν τένοντα,  
ἀναχωρήσω. Ὁ δὲ ἔφη· οὔτε ὅτε ἤλθες ἔγνων,  
οὔτε ἐὰν μένης μελήσει μοι.

<sup>1</sup> "Ὅτι τὰς εὐκλεεῖς, καὶ ἀδόξας, καὶ μαχομένους  
τυράννας ἐλέγχει ὁ λόγος.

Μῦθος σιδ'. "Ἄνθρωπος λέοντα χρυσῆν ἑυρών.

<sup>2</sup> **Δ**ειλὸς ὁ κὶ φιλάργυρος, ἑυρών λέοντα χρυσῆν,  
ἑαυτὸν προσαιτεῖ· οὐκ οἶδ' αἱ τις γίνωμαι ἐπὶ τοῖς  
παρῆσιν· ἐγὼ ἐκβέβλημαι τῶν φρενῶν, <sup>3</sup> καὶ τι  
πράττειν ἔκ ἔχω. Μερίζομαι πολυχρηματία, καὶ  
τῆ τῆς φρενὸς δειλία. Ποία γὰρ τύχη, καὶ τίς τῆς  
δαιμόνων χρυσῆν εἰργάσατο λέοντα; ἢ μὲν γὰρ <sup>4</sup> ἐμὴ  
φυχὴ πρὸς τὰ παρόντα ἑαυτῆ πολεμεῖ, ἀγαπᾷ  
μὲν τὸν <sup>5</sup> χρυσόν, δέδοικε δὲ τῷ χρυσῷ τὴν ἐργα-

1. "Ὅτι τὰς εὐκλεεῖς. Corruptam huius Epimythii lectio-  
nem ipse Nevelet. vidit, non tamen correxit, quod fa-  
cillimum cuique esse poterat. Satis enim ex sequenti-  
bus ipsis verbis apparet, legendum esse οὗτω τὰς ἀκλε-  
εῖς etc. Epimythium vero est omnino a Fabula alienum.

2. Δειλὸς ὁ κὶ φιλάργυρος. Ociosum sane esse videtur ὁ,  
aut aliquid ipso sub initio huius fabulae deest. Vocu-  
lam itaque ex argumento detrahendam, atque legendum



Huiusmodi fabula in eos quadraret, qui amicitias tantum usque ad convivia continuant.

Fab. CCXCIV. 217. Culex et Bos.

**I**n Bovis cornu residebat Culex, atque canebat. Bovi itaque dixit, Si tuum gravo collum, discedam. Cui ille, Neque quum accessisti novi, neque si manseris curae mihi erit.

Sic inglorios, infames, et pugnantes tyrannos arguit fabula.

Fab. CCXCV. 220. Homo Leonis aurei repertor.

**T**imidus una et avarus Leone aureo reperto, seipsum sic alloquebatur: Quis modo sim nescio, et quid agam ignoro, ita sum mente animoque deiectus. Hinc me auri copia, hinc timor rapit. Quae fors igitur, quisve Deorum aureum Leonem effinxit? At nunc meus animus in praesentia sibi ipsi adversatur. Amat enim aurum, sed metuit ne auro insidiae subsint. O for-

puto Ἄνθρωπος τις θαλὸς καὶ φιλάργυρος. κ. τ. λ.

3. καὶ τι πράττειν ἔχ' ἔχω. Malo καὶ τι πράττοιμ' ἔκ' ἔχω. Nev.

4. ἐμὴ ψυχὴ. Male erat in Cod. τύχη, quam vocem ita Nev. emendavit.

5. χρυσόν. Ita scribendum, non χρυσόν, ut Nevel. monet. Ceterum tale est illud Anthol. Epigr. Lib. I. cap. 66, furis meticulosi, qui aureum gladium offendens ait,

Καὶ χρυσόν φιλέω, καὶ δῆϊον Ἄρεα φερόω.



σίαν. <sup>1</sup> Ὡς τύχης δηλώσης, καὶ μὴ λαβεῖν συγχωρούσης· ὡς θησαυρὸς ἠδονὴν οὐκ ἔχων· ὡς χάρις δαιμόνων, ἄχρηστος γενομένη· <sup>2</sup> ποίῳ ἐν τρόπῳ νῦν χρήσομαι; ἐπὶ ποίῳ μηχανῇ ἔλθω; <sup>3</sup> ἄπειμι πρὸς οἰκέτας δούρο κομίσων, λαβεῖν μὲν ὀφείλοντας τῇ πολυπληθείᾳ καὶ συμμαχίᾳ· καὶ γὰρ δὲ πόρρω ἔσομαι θεατής.

Ὁ λόγος δηλοῖ, ὅτι οὕτως καὶ τῶν ἀνθρώπων, οἱ τοῖς φαύλοις ἐπιτηδεύμασιν ἐνδιατρέβοντες φθονεῖν εἰώθασιν.

Μῦθος σγς'. Λέων, Μῦς, καὶ Ἀλώπηξ.

Λέων ποτὲ καύματος ὄραν ἐν τινι σπηλαίῳ ἀνεπάυετο. Μῦς δὲ διὰ τῆς χάριτος αὐτῷ διαδραμόντος, παραχθείς, καὶ ἔξανασάς, φοβερὸν ἀπέβλεπε. Ἀλώπηκος δὲ καταγελώσης, εἶπεν· εἰ τὸν μῦν ἐφοβήθην, ἀλλὰ <sup>4</sup> τὴν κακὴν ὁδὸν καὶ σωήθειαν ἀνατρέπω.

Ὅτι τῇ κακῇ σωηθείᾳ οὐ δεῖ παρέχειν ἄδειαν· νομὴν γὰρ λαβεῖσα, λύπῃ ἐσχάτῃ ποιεῖ.

1. Ὡς τύχης. Mendose satis hanc Fabulam Neveletus ediderat, aut vitio Codicis, aut typhotetae.

2. ποίῳ οὖν τρόπῳ. Corruptus erat in Codice locus. Legebatur enim ποίῳ ἐν τροπῇ. Nevelet. ipse ita restituit.

3. ἄπειμι πρὸς οἰκέτας. Non satis feliciter haec Neveletus vertit, ut et alia plura, quae passim in hac fabula correximus. Vertendum potius, *Ab eo domesticos huc vocaturus; qui quidem permulti quum sint, iunctis una viribus eum hinc*



tuna, quae te mihi praebes, neque frui permit-  
tis! O iniucundus thesaurus! O inutilis gratia  
Deorum! Quomodo nunc utar? Quid consilii ca-  
pnam? Profecto domum abibo, domesticos ac-  
cersam, quorum numero et auxilio fretus hanc  
auri massam hinc adsportabo, ac simul procul  
spectator ero.

Fabula declarat eos quoque homines invidia  
torqueri, qui pravis moribus instituuntur.

Fab. CCXCVI. 222. Leo, Mus, et Vulpes.

**L**eo aestivo tempore in antro quodam sopitus ia-  
cebat. Mus interea quum per mediam iubam decur-  
reret, perterrefactus repente surrexit, et torve cir-  
cumspicere coepit. Quem quum Vulpes ut timi-  
dum irrideret, Murem non timeo, respondit Leo,  
sed malam viam et consuetudinem tollo.

Fabula monet, quod pravae consuetudini haud-  
quaquam licentia praebenda est: nam si alimen-  
tum acceperit, in extrema mala deducit.

*adsportare poterunt; ego vero procul spectator adsistam*

4. τὴν κακὴν ἐδόν. Haec aliquantisper vitiata esse vi-  
dentur. Tzetzes enim qui eandem hanc fabulam ex  
Babrii iambis retulit, *Chil. Hist.* XIII. cap. 490. ma-  
iorem in Leonis responso leporem inducit, dum ait  
irridenti vulpi dixisse:

Οὐ μὴν πτόμα, τὴν δ' ὄρμην ἐκτρέπω.

*Non murem timeo, sed motum exhorreo.*



## Μῦθος συζ'. Λέων κὺ Δελφίς.

Λέων ἔν τινι αἰγιαλῷ πλαζόμενος, ὡς ἐθεάσατο δελφίνα παρακύψαντα, τῆτον ἐπὶ συμμαχίαν παρεκάλεσε, λέγων ὅτι μάλισα φίλος κὺ βοηθὸς γενέσθαι. ὁ μὲν γὰρ τῶν θαλασσίων ζώων, αὐτὸς δὲ τῶν χερσαίων βασιλεύει. Τῆ δὲ ἀσμένως ἐπινδύσαντος, ὁ λέων ἔ μετὰ πολὺν χρόνον μάχην ἔχων πρὸς ταῦρον ἄγχιον, ἐπεκαλεῖτο τὸν δελφίνα ἐπὶ βοήθειαν. Ὡς δὲ ἐκεῖνος, καίπερ βεβλόμενος, ἐκβῆναι ἐκ τῆς θαλάσσης ἐκ ἠδύνατο, ἠτιᾶτο αὐτὸν ὡς προδότην. Ὁ δὲ ὑποτυχὼν εἶπεν· ἀλλὰ μὴ ἐμὲ μέμφε, ἀλλὰ τὴν φύσιν, ἣτις με θαλάσσιον ποιήσασα, ἔκ ἐᾷ ἐκβῆναι.

Δεῖ ἡμᾶς φιλίαν σπενδομένους τοιάτης ἐπιλέγεσθαι συμμάχους, οἵτινες ἐν κινδύνοις παρῆναι ἡμῖν δύνανται.

## Μῦθος συή'. Λέων κὺ Κάπρος.

Θέρης ἐν ᾧρα, ὅτε τὸ καῦμα δίψει λυπεῖ, εἰς μικρὰν πηγὴν λέων κὺ κάπρος ἦλθον πιεῖν. Ἡ-

1. ὁ μὲν γὰρ τῶν θαλασσίων. Haud absurde conficta est haec fabula; in plurimis enim Leo et Delphinus conveniunt, ut testis est Aelianus Lib. XV. cap. 17. περὶ ζώων, aiens: φυσικὴ δ' ἄρα ἦν κοινωνία, καὶ συγγένεια λέοντι καὶ δελφίνι, ἀπόρρητος. κ. τ. λ.



## Fab. CCXCVII. 226. Leo et Delphinus.

**L**eo iuxta littus quoddam oberrans, quum Delphinum summis elatum undis vidisset, eum ad societatem secum ineundam hortatus est, se maxime amicos strenuosque auxiliatores invicem fore aiens, quod ille quidem aquatilibus, ipse terrestribus animantibus imperaret. Delphinus libenter annuit, et societatem iungit. Quum vero haud multo post tempore pugnam contra silvestrem taurum Leo esset initurus, Delphinum in auxilium vocavit. Sed ille, quamvis maxime vellet et nitere, quum e mari exsilire non posset, Leo ut proditorem acriter obiurgavit. At Delphinus respondens, Ne me, ait, incuses, sed naturam, quae me marinum quum creavit, in terram egredi non sinit.

Oportet nos etiam dum amicitiam inimus, tales socios deligere, qui nobis in periculis adesse possint.

## Fab. CCXCVIII. 227. Leo et Aper.

**A**estatis tempore, dum ardor animalia siti vexat, ad angustum fontem Leo et Aper pota-

2. οὐκ ἐὰν ἐκβῆναι. Hinc de quovis supra vires aliquid tentante, illud Graeci obiicere solebant: Δελφῖνος ἐν χέρσῳ βία, idest *Vis Delphini in terra*, de quo vide lunium inter *Adagia*, *Centur.* 1. 10.



ειζον δέ τις πρώτος αὐτῶν πίη. Ἐκ τῆς δὲ πρὸς  
 φόνον ἀλλήλων διηγέρθησαν. Ἄφνω δὲ ἐπιστρα-  
 φέντες πρὸς τὸ ἀναπνεύσαι, εἶδον γύπας ἐκδε-  
 χομένους, ὅς αὐτῶν πέση, τοῦτον καταφαγεῖν.  
 Διὰ τῆτο, λύσαντες τὴν ἔχθραν, εἶπον· κρεῖσ-  
 σὸν ἐστὶ ἡμᾶς φίλος γενέσθαι, ἢ βρῶμα γυφὶ καὶ  
 κόραξιν.

Ἔστι τὰς πονηρὰς εἰδῆς καὶ τὰς φιλονεικίας  
 καλὸν ἐστὶ διαλύειν, ἐπειδὴ πᾶσιν ἐπὶ κίνδυ-  
 νον τέλος ἄγασιν.

Μῦθος συθ'. Λέων καὶ ὄναρτος.

Ἦρας ἐθήρδον λέων καὶ ὄναρτος· ὁ μὲν λέ-  
 ων, διὰ τῆς δυνάμεως, ὁ δὲ ὄναρτος διὰ τῆς πο-  
 σὶ ταχύτητος. Ἐπεὶ δὲ ζῶά τινὰ ἐθήρδωσαν, ὁ  
 λέων μερίζει καὶ τίθησι τὰς μοῖρας· τὴν μὲν μίαν,  
 εἶπεν, λήφομαι ὡς πρῶτος, βασιλεὺς γάρ εἰμι,  
 τὴν δὲ δευτέραν ὡς ἕξ ἴσῃ κοινωνῶν, ἡ δὲ τρίτη  
 μοῖρα, αὕτη κακὸν μέγα σοι ποιήσει, εἰ μὴ ἐθέ-  
 λης φυγεῖν.

Ἔστι καλὸν ἑαυτὸν μετρεῖν ἐν πᾶσι κατὰ τὴν  
 ἑαυτῷ ἰχὺν, καὶ δυνατωτέροις ἑαυτὸν μὴ σωμα-  
 πτεῖν, μηδὲ κοινωνεῖν.

1. εἰ μὴ ἐθέλης φυγεῖν. De veritate huius lectionis ali-  
 quantisper dubito. Legendumne potius εἰ ἐθέλης φαγεῖν?  
 Hoc melius conveniret cum illis Phaedri verbis, qui  
 Aesopicum hunc Apologum Lib. I. Fab. V. retulit,

*Malo afficietur, si quis quartam tetigerit.*



turi concurrerant, et uter eorum prior biberet decertare coeperunt. Hinc ad mutuam caedem insurrexere: mox vero ut paullulum respirarent, pugna relictâ, nonnullos vultures conspexere, qui longe expectabant, ut victus eorum quis caderet, et devorarent. Id animadvertentes inimicitias solvere, melius sibi esse aientes, amicitiam servare, quam vulturibus et corvis escam fieri.

Optimum est, contentiones litesque iniquas componere, quandoquidem omnibus demum exitio sunt.

Fab. CCXCIX. 229. Leo et Asinus silvester.

**F**eras venabantur Leo et Onager, ille viribus, hic pedum velocitate fretus. Praeda autem satis multa parta, Leo illam dividit, et in tres partes distribuit. Quo facto, Hanc equidem, ait, capiam, quod te maior, utpote ferarum Rex, sum; alteram vero, quod iusta ex divisione mea est; ast tertia, ni relictâ aufugeris, magnum tibi malum pariet.

Decet quemquam se in omnibus ita gerere, ut suae vires ferunt, nec potentiorum societate aut consuetudine unquam uti.

Exstat vero etiam apud Gabriam, et Camerarium 173. Avieno quoque tribuit auctor Glossarum in Institut. §. *nam et ita coiri. de societ.* Non tamen in iis quae nunc Avieni supersunt, haec fabula legitur.



## Μῦθος τ'. Λύκος καὶ Ἴππος.

Λύκος κατὰ τινὰ ἄρουραν ὁδέουαν, εὔρε κριθάς. Μὴ δυνάμενος δὲ αὐταῖς τροφῇ χεῖσασθαι, καταλιπὼν ἀπήει. Ἴππῳ δὲ σωτυχῶν, τῆτον ἐπὶ τὴν ἄρουραν ἐκεῖ αὐτὸν ἐκάλει, λέγων, ὡς εὐρῶν κριθάς, αὐτὸς μὲν ἐκ ἔφαγεν, αὐτῷ δὲ ἐφύλαξεν, ἕπειδὴ καὶ ἠδέως αὐτῷ τὸν ψόφον τῶν ὀδόντων ἀκέρει. Καὶ Ἴππος ὑποτυχῶν ἔφη· ἀλλ' ὧ ἔπος, εἰ λύκοι κριθῶν τροφῇ χεῖσθαι ἠδύναντο, ἐκ ἂν ποτε τὰ ὦτα τῆς γαστρὸς προέκεινας.

Ὁ λόγος δηλοῖ, ὅτι οἱ φύσει πονηροὶ καὶ χησότητα ἐπαγγέλλονται, ἐπισθύνονται.

## Μῦθος τα'. Λύκος καὶ Ἀλώπηξ.

Εἰς λύκον ἀλώπηξ ἐνέπεσον. Ἐδυσώπει δὲ, ὡς χραῦν αὐτὴν ἔσαν μὴ ἀποκτεῖναι. Ὁ δὲ λύκος ἔφη· εἰ τρεῖς λόγους ἀληθεῖς εἶπης μοι, ἀπολυθήσῃ. Ἡ δὲ εἶπεν· εἶθε μὴ σοι σωήντισσα, καὶ μηδαμῶς τῇ ὄρα ταύτῃ ζήσης, καὶ μήπως πάλιν σωήντισσός μοι.

Ὅτι ἐν περιστάσει τις ἐμπεσὼν, καὶ τὰς κεκρυμμένας τῆς ψυχῆς βελάς ἐξάγει.

1. ἐπειδὴ καί. In editione qua usi sumus, corrupte admodum haec a Neveleto vulgata sunt. Legitur enim



## Fab. CCC. 235. Lupus et Equus.

**L**upus quum per arvum quoddam erraret, forte hordei copiam reperit; sed quum eo uti in cibum minime posset, relicto discessit. Equo autem mox obviam factus, eum ad arvum illud ut veniret hortabatur, aiens, ut repertum hordeum non comederit, sed ipsi reservaverit, quod dentium equi strepitum audire, summae sibi esset voluptati. Cui Equus subiiciens, Heus tu, ait, si lupi hordeo vesci possent, haud profecto aures ventri praeposuisses.

Indicat haec fabula, quod iis, qui natura mali sunt, etsi honestatem aliquando praeseferant, nunquam tamen creditur.

## Fab. CCCI. 236. Lupus et Vulpes.

**I**n Lupum incidens Vulpes, rogabat ne se iam vetulam devoraret. Cui Lupus, Te omnino dimittam, ait, si tria mihi vera dixeris. Tum illa, Utinam, inquit, tibi non occurrissem; utinam ex hac hora haud amplius vivas; utinam mihi obvius haud iterum fias.

Qui in angustias incidit, occulta mentis egerit consilia.

ἐπὶ καὶ δέως αὐτῶν etc. quae quidem nullum sensum efficiunt.



## Μῦθος τβ'. Λύκοι καὶ Κύνες.

**Ο**ί λύκοι τοῖς κυσὶν εἶπον· δια τί ὅμοιοι ὄν-  
τες ἡμῖν ἐν πᾶσιν, ἔχ ὁμοφρονεῖτε ἡμῖν ὡς ἀδελ-  
φοί; ἔδεν γὰρ ὑμῶν διαλλάττομεν, πλὴν τῆ  
γνώμη, καὶ ἡμεῖς μὲν ἐλευθερία συζῶμεν, ὑμεῖς  
δὲ τοῖς ἀνθρώποις ὑποκύπτοντες καὶ δαλεύοντες,  
πληγὰς παρ' αὐτῶν ὑπομένετε, <sup>1</sup> καὶ κλοιά περι-  
τίθεσθε, καὶ φυλάττετε καὶ τὰ πρόβατα· ὅτε δὲ  
ἐδίδοσι, μόνα τὰ ὅσα ὑμῖν ἐπιρρίπτουσι. Ἄλλ' εἰάν  
πείσηθε, πάντα τὰ ποίμνια ἔκδοτε ἡμῖν, πάντα  
κοινὰ εἰς κόρον ἐδίοντες. Ὑπήκασαν ἔν πρὸς ταῦ-  
τα οἱ κύνες· οἱ δὲ ἔνδον τῆ σπηλαίᾳ εἰσελθόν-  
τες, πρότερον τῆς κύνας διέφθειραν.

Ἔστι τὰς ἑαυτῶν πατρίδας προδιδόντες, τοιούτους  
μιθῆς λαμβάνουσι.

## Μῦθος τγ'. Λύκος καὶ Λέων.

**Λ**ύκος ποτε ἄρας πρόβατον ἐκ ποιμνίας, ἐκόμιζεν  
αὐτὸ εἰς κοίτην. Λέων δὲ αὐτῷ συνανήσας, ἀ-  
φείλε τὸ πρόβατον. Ὁ δὲ πόρρωθεν σταθεὶς εἶ-  
πεν· ἀδίκως ἀφέλε τὸ ἐμόν. Ὁ δὲ λέων γελάσας  
εἶπεν· σοι γὰρ δικαίως ὑπὸ φίλῃ ἐδόθη;

1. ὑποκύπτοντες. Editum iam pridem fuerat ὑποκρύπτον-  
τες, sed ipse Nev. corrigendum esse docuit.

2. καὶ κλοιά περιτίθεσθε. Non satis apposite Nev. ver-



Fab. CCCII. 237. Lupi et Canes .

**L**upi Canibus olim dixere : Quid , quum omnino nobis similes sitis , eadem quoque nobiscum mente ut fratres non estis ? Et sane nihil a vobis , nisi voluntate discrepamus . Nos enim in libertate vivimus , vos hominibus subiecti et servi , verberibus obnoxii , vinculis ad collum pressi , et custodiendis gregibus addicti : quum vero cibum sumunt , vobis ossa tantum obiiciunt . Quapropter si nostra vobis amicitia grata est , greges omnes in nostram potestatem tradite , omniaque communia erunt , atque nobiscum ad satietatem vescemini . His dictis parvare Canes ; sed vix in speluncam cum Lupis ingressi , statim ab ipsis dilacerati sunt .

Ita qui patrias produnt suas , talem mercedem consequuntur .

Fab. CCCIII. 238. Lupus et Leo .

**L**upus ovem de grege raptam in latibulum suum detulit . Leo autem obviam factus , raptori praedam abstulit . Ad quem Lupus longius abstans , Iniuste , exclamabat , quod meum erat rapuisti . Cui Leo subridens , Tibi ne , ait , iuste id ab amico donatum fuerat ?

tit , et trunco alligamini . Haec enim verba proprie significant , vincula collo geritis .



<sup>1</sup> Τὲς ἄρπαγας, καὶ πλεονέκτας ληστὰς, ἐνὶ πταίσματι κειμένους, καὶ ἀλλήλους μεμφομένους, ὁ λόγος ἐλέγχει.

Μῦθος τδ'. Λύκοι, Πρόβατα, καὶ Κεῖός.

<sup>2</sup> Λύκοι πρέσβεις ἔσειλαν τοῖς προβάτοις εἰρήνῃ ποιῆσαι μετ' αὐτῶν διηνεκῆ, εἰ τὰς κύνας λάβωσι, καὶ διαφθείρωσι. Τὰ μωρὰ δὲ πρόβατα, σωέθεντο τοῦτο ποιῆσαι. Ἀλλά τις γέρων κεῖός εἶπον· πῶς ὑμῖν πισεύσω καὶ συιοικήσω, ὅπου καὶ τῶν κυνῶν φυλαττόντων με, ἀκινδύνως νέμεσθαι ἔδωκατόν ἐστι;

Ὅτι ἔδει τινα ἀσφαλείας τῆς ἑαυτῶ γυμνωθῆναι, τοῖς ἀκαταλλάκτοις ἐχθροῖς δι' ὄρκον πειθέντα.

Μῦθος τέ'. Λύχνος.

Μεθύων λύχνος ἐν ἐλαίῳ, καὶ φέγγων, ἑκαυχᾶτο, ὡς ὑπὲρ ἥλιον πλέον λάμπει. Ἀνέμε δὲ πνοῆς συρρέουσάσης, εὐθύς ἐσβέσθη. Ἐκ δευτέρου δὲ ἄππων τις, εἶπον αὐτῷ· φαῖνε λύχνε, καὶ σίγα· τῶν ἀσέρων τὸ φέγγος ἔποτε ἐκλείπει.

1. Τοὺς ἄρπαγας. Erat in Neveleti editione huiusce Epi-mythii tale initium, ὅτι πὲς ἄρπαγας, quod quam vitiosum sit nemo non videt. Sic itaque restituendum duximus.



Rapaces et avaros latrones notat fabula, qui in eodem errato quum sint, se se mutuo accusant.

Fab. CCGIV. 242. Lupi, Oves, et Aries.

**L**upi olim Ovibus legatos misere, pacem cum illis continuam se habituros pollicentes, si canes interficerent. Stultae Oves id faciendum receperunt; sed vetulus quidam Aries, Qui vobis confidam, ait, quave securitate vobiscum verser, quando mihi etiam canum excubiis munito, vix sine periculo pascere datum est?

Non oportere quemquam se suae salutis praesidiis nudare, implacabilium hostium iuramentis confisum.

Fab. CCCV. 243. Lucerna.

**O**leo ebria Lucerna, magnaue luce refulgens, se prae sole splendescere gloriabatur. At venti aura mox afflante, statim extincta est. Quapropter quum eam rursus quispiam accenderet, Luce tua contenta Lucerna sis, ait, et tace: astro- rum enim splendor numquam deficit.

2. Hoc Apologo usus est Demosthenes, Philippo Macedone Oratores sibi ab Atheniensibus dedi postulante, quod negaret aliter quam his remotis se cum ipsis foedus facturum.



Ἰοῖ Ὅτι εἰ δέ τινα, ἐν τοῖς λαμπροῖς καὶ τῇ δόξῃ τοῦ βίου τυφᾶσθαι· ὅσα γὰρ ἂν κτήσασθαι τις, ξένα τυγχάνει.

Μῦθος τσ'. Μηναγύρται.

**Μ**ηναγύρται ὄνον ἔχοντες, τῷ εἰώθεισαν τὰ σκέυη ἐπιτιθέντες ὁδοιπορεῖν. Καὶ δήποτε ἀποθάνοντος αὐτῆ ἀπὸ κόπης, ἐκδείραντες αὐτὸν, ἐκ τῆ δέρματος τύμπανα κατεσκεύασαν, καὶ τούτοις ἐχρῶντο. Ἐτέρων δὲ αὐτοῖς μινναγυρτῶν ἀπαυθισάντων, καὶ πωθασομένων αὐτῶν, πᾶς ἂν εἴη ὁ ὄνος, ἔφασαν, τεθνηκέναί μὲν αὐτὸν, πληγὰς δὲ ποσάυτας λαμβάνειν, ὅσας εἰδὲ ζῶν ὑπέμεινον.

Οὕτω καὶ τῶν οἰκετῶν ἔνιοι, εἰ καὶ τῆς δουλείας ἀφεθῶσιν, τῶν δελικῶν ἐκ ἀπαλλάττονται.

1. ξένα τυγχάνει. Ad sapientissimi huius Epimythii veritatem confirmandam, memoriae occurrit elegantissimum illud Luciani Epigramma, quo mortales docet humanis nihil fidere rebus: nulla enim nostra sunt  
En ut se habet:

Ἄγρός Ἀχαιμονίδα γενόμενω ποτέ, νῦν δὲ Μενίππῃ.

Καὶ πάλιν ἐξ ἑτέρου βήσομαι εἰς ἕτερον.

Καὶ γὰρ ἐκείνος ἔχειν μέ ποτ' ᾤετο, καὶ πάλιν ἕτερος

Οἶεταί, ἡμεῖ δ' ὅλως οὐδενός, ἀλλὰ τύχης.

2. Μινναγύρται. Menagyrtae dicebantur Phrygiae Cybeles sacris initiati, evirati quidam homines ut plurimum ac flagitiosi, Curetes, Corybantes, et Galli etiam vocati, qui tympana pulsantes singulis mensibus coetus faciebant, stipendiaque colligebant. Appellabantur



Non debet quisquam dignitatis et huius vitae gloria obcaecari; quaecumque enim quis possidet aliena sunt.

Fab. CCCVI. 245. Galli.

**G**alli quidam asellum habentes, consueverant ei impositis sarcinis iter facere. Mortuum tandem ex labore asellum deglubentes, ex corio sibi tympana confecere, iisque pro more uti coeperunt. Alii autem Galli quum forte in eos obviam incidissent, et ubi esset asellus rogarent, Eum quidem mortuum esse, dixere, sed tot verberibus caedi, quot vivus nunquam ferre potuisset.

Ita servorum nonnulli licet libertate donati, a servilibus tamen laboribus non liberantur.

etiam *μητραγύρται*, seu divisim, *μητρός ἀγύρται*, quasi *magnae Deorum matris Cybeles praestigiatores*. De his vide quae enarrat Dionys. Halicar. Lib. II.

3. *ὄνον ἔχοντες*. Hinc aperte colligitur, sacerdotes Cybeles asino uti consuevisse ad Deae mysteria circumferenda, quemadmodum ad peragenda sacra Ceveris Eleusinae, quibus opus erat, asino imposita deportabantur.

4. *τύμπανα κατεσκέυασαν*. Vide Catulli *Galliambum*, cui titulus *Atys*, ex quo multa ad tympana Gallorum spectantia eruere poteris. Solebant enim strepitu tympani obtundere clamorem eorum quos evirabant. Eorum figuram exhibuit Laur. Pignor. *De serv.* quae cum Dempsteri effigie non convenit, ad Rosin. Lib. II. c. 4. Ceterum eandem fabulam retulere Phaedrus Lib. IV. 1. et



## Μῦθος τζ'. Μῦς καὶ Βάτραχος.

**Χ**ερσαῖος μῦς κακῆ μοίρα βατράχῳ ἐφιλιώθη. Ὁ δὲ βάτραχος, κακῶς βελόσάμενος, τὸν πόδα τοῦ μῦς τῷ ἑαυτοῦ ποδὶ συνέδησε. Καὶ πρῶτον μὲν ἐπὶ τῆς χώρας ἦλθον σῖτον δειπνήσοντες. Ἐπειτα εἰς τὸ χεῖλος τῆς λίμνης πλησιάσαντες, ὁ μὲν βάτραχος τὸν μῦν εἰς τὸν βυθὸν κατήνεγκεν, αὐτὸς βρυχάζων τῷ ὕδατι, καὶ τὸ βρεκεκὲξ, κοᾶξ, κοᾶξ ἀνακράζων. Ὁ δὲ ἄθλιος μῦς τῷ ὕδατι φουσηθεὶς, ἐπεθνήκει. Ἐπέπλει δὲ τῷ ποδὶ τοῦ βατράχε συνδεδεμένος. Ἰκτινος δὲ τῆτον ἰδὼν, τῆς ὄνυξιν ἤρπασε, βάτραχος δὲ δεισμώντις ἐπικολέθει, δεῖπνον καὶ αὐτῷ ἰκτίνῳ γινόμενος.

Ὅτι καὶ νεκρὸς ἢ τις, ἰχύει πρὸς ἄμυναν· ἢ γὰρ θεία δίκη ὑφορᾷ πάντα, καὶ τὸ ἴσον ἀποδίδωσι καὶ ζυγосατεῖ.

## Μῦθος τή. Ναυαγός.

**Α**νὴρ πλέσιος Ἀθιναῖος μεθ' ἑτέρων τινῶν ἐπλει. Καὶ δὴ χειμῶνος σφοδρῆ γυνομένου, καὶ τῆς νηὸς περιτραπείσης, οἱ μὲν λοιποὶ πάντες διεσπύοντο, ὁ δὲ Ἀθιναῖος, παρ' ἕκαστα τὴν Ἀθιναῖον ἐπικαλέμενος, μυσία ἐπηγγέλλετο, εἰάν τι-



Fab. CCCVII. 249. Mus et Rana.

**M**us terrestris malo suo fato cum Rana amicitiam contraxerat. Sed illa dolum meditans, Muris pedem suo pedi alligavit. Ita iuncti, primo quidem in agrum venire frumentum comesuri: mox ad lacus ripam accessere. Quo quum pervenissent, Rana Murem in profundos gurgites traxit, sub aquas suo more coaxans. Mus autem infelix aqua distentus periit. Mortuus vero quum huc illuc per paludem, Ranae pedi alligatus, innataret, Milvus eum conspiciens unguibus rapuit, cum eoque Ranam etiam eodem vinculo coniunctam sustulit, quae una cum Mure escam milvo suppeditavit.

Omnis, mortuus sit licet, ad vindictam satis pollet: divina siquidem iustitia paria refert, cuncta quasi in trutina perpendens.

Fab. CCCVIII. 250. Naufragus.

**D**ives quidam Atheniensis olim cum aliis nonnullis navigabat. Tempestate autem ingenti exorta, subversa que navi, reliqui omnes se natatu servarunt; sed Atheniensis subinde Minervam invocans, sexcenta ei promittebat, si ex undis eripe-

1. τὴν Ἀθηναίων ἐπικαλέμενος. Erat enim tutela Atheniensium Dea, a qua etiam urbem nomen accepisse ferunt.



εισωθῆ. Εἷς δέ τις τῶν συμνεναυαγηκότων, παρα-  
νηχόμενος ἔφη πρὸς αὐτόν· <sup>1</sup> σὺν Ἀθηνᾶ καὶ χεῖρα  
κίνει.

Τοὺς εἰς συμφορὰς ἐμπίπτοντας χῆ καὶ αὐτὰς  
ὑπὲρ ἑαυτῶν κοπιᾶν, καὶ εἶθ' ἔπως τῶ θεῶ περι-  
βοηθείας δέεσθαι.

Μῦθος τθ'. Ναυαγὸς καὶ Θάλασσα.

**Ν**αυαγὸς ἐκβραθεὶς εἰς τινα αἰγιαλὸν, διὰ τὸν  
κόπον ἐκοιμᾶτο. Μετὰ μικρὸν δὲ <sup>2</sup> ἔξωσας ἐμέμ-  
φειτο τῆς θαλάσσης, <sup>3</sup> αὐτὴν ἐναυτιάζων, ὅτι γε δε-  
λεάζουσα τὰς ἀνθρώπους τῆ πραότητι τῆς ὄψεως,  
καὶ ἠνίκα ἂν αὐτοὺς πρὸςδέχεται, ὑπογαστρισσα-  
μένη διαφθείρει. Ἡ δὲ ὁμοιωθεῖσα γυναικί, εἶ-  
πε πρὸς αὐτόν· ἀλλ', ὦ οὗτος, μὴ ἐμὲ μέμφου,  
ἀλλὰ τὰς ἀνέμους· <sup>4</sup> ἐγὼ μὲν γὰρ ἐκ φύσεως ποι-  
αύτη εἰμι, ὅποιαν με νῦν ὄρας· οἱ δὲ, αἰφνιδίον  
μοι ἐμπίπτοντες, κυματίζουσι, καὶ ἔξαχρειαίνουσι.

1. σὺν Ἀθηνᾶ καὶ χεῖρα κίνει. Dii namque, ut Varronis  
verbis utar, facientes adiuvant. Huiusmodi autem pro-  
verbium citatur quoque a Suida, dum in eandem sen-  
tentiam refert etiam huiusmodi senarium:

Αὐτὸς τι νῦν δρῶν, ἔτα τὰς Θεοὺς κάλει.

*Fac interim aliquid ipse, dein Deos voca.*

Quo monemur haud divinae opis fiducia industriam in  
rebus agendis esse remittendam, sed iuxta Homericum  
illud Odyss.

... ἀλλὰ μὲν αὐτὸς ἐνὶ φρεσὶ σῆσι νοήσεις,

\* Ἀλλὰ δὲ καὶ δαίμων ὑποθήσεται.



retur, quum adnatans ex naufragis unus, Cum Minerva, inquit, tu quoque manus move.

Qui in calamitates incidere, necesse est pro se laborare, ac deinde Deum quoque, ut auxilium afferat, invocare.

Fab. CCCIX. 251. Naufragus et Mare.

**N**aufragus in litus eiectus, nimio labore fessus dormiebat. Deinde vero excitatus, in Mare convicia ingerebat, ipsum accusans, quod aspectus lenitate homines alliciens, simul ac eos excepisset, absorbens protinus perderet. At Mare mulieris formam indutum, ei apparens dixit: Ne me, quaeso, sed ventos accuses. Ego enim tranquillum ac placidum natura sum, quale modo me vides: sed illi in me improvise irruentes, fluctus excitant, et asperum reddunt et immite.

Vide Erasm. *Prov. Chil. I. Cent. VI.*

2. ἔξανασάς. Quid, si adverbialiter praeponeretur ἐνύπνιον? Ita elegantius et concinne magis se haberent, quae sequuntur, nempe ἡ δὲ ὁμοιωθεῖσα γυναικί etc.

3. αὐτὴν ἐναϊτιάζων. Ita restituendum duxi, quum in edito esset αὐτὴ δὲ ἐνατιίζων, quae corrupta quam sint quis non videt? Neveletus corrigendum putaverat αὐτὴν γε ἐνατενίζων.

4. ἐγὼ μὲν γάρ. Hinc illud Plutarchi in *Solone*:

Ἐξ ἀνέμων δὲ θάλασσα παράσσεται, ἣν δέ τις αὐτὴν

Μὴ κινῆ, πάντων ἐστὶ δίκαιοσάτη.



Δεῖ οὖν καὶ ἡμᾶς τῶν ἀδικημάτων οὐδὲν τοὺς  
δρῶντας αἰτιᾶσθαι, ὅταν ἑτέροις ὑποτεταγμένοι ᾖ-  
σιν, ἀλλὰ τὰς ἐπισατῆντας.

Μῦθος τί. Ὀδοιπόροι καὶ Κόραξ.

**Π**ορευομένοις τισὶν ἐπὶ τῷ ὁδοίῳ τινὰ, κόραξ ὑ-  
πὲρ τῶν ὀφθαλμῶν τοῦ ἑτέρου πεπηρωμένος.  
Ἐπισραφέντων δὲ αὐτῶν, καὶ ἑνὸς ὑποσρέψαι πα-  
ρακινῆντος, τὸτο σημαίνει τὸν οἰωνόν, ἕτερος ὑπο-  
τυχῶν εἶπεν· καὶ πῶς ἔτις ἡμῖν δύναται τὰ μέλ-  
λουτα μακτεύσθαι, ὅς εἰδὲ ἰδίῳ πῆρωσιν προεί-  
δατο, ἵνα φυλάσσεται;

Οὕτω καὶ οἱ ἐν τοῖς οἰκείοις πράγμασι τὸ ἄβελ-  
λον κεκτιμένοι, καὶ εἰς τὰς τῆς πέλας συμβελίας  
ἀδόκιμοι.

Μῦθος τί. Ὀνον ἀγοράζων.

**Ο**νον τις ἀγοράζειν μέλλων, ἐπὶ δοκιμασίᾳ,  
καὶ πείρα αὐτὸν ἔλαβεν, καὶ εἰσαγαγὼν αὐτὸν  
ἐπὶ τῆς φάτνης, μετὰ τῶν ἰδίῳ αὐτῷ ὄνων τῶτον  
ἔσθισεν. Ὁ δὲ, καταλιπὼν τὰς ἄλλους, ἐπὶ τῷ  
ἀργοπάτῳ καὶ ἀδδηφάγῳ ἔσθην, καὶ ὅς εἰδὲν ἐποίησεν.

I. τινὸς ὑποσρέψαι παρακινῆντος. Inauspicatissimus avium  
corvus habebatur, sive dextra sive sinistra accineret,  
aut obvius quolibet modo appareret. Tanta autem erat  
superstitio, ut plerique inceptum iter abrumperent,  
domumque redirent. Hinc Plinius Lib. X. c. 12. *Pessima  
corvorum significatio, cum glutunt vocem velut strangu-*



Oportet igitur nos etiam haud eos, qui aliis subiecti sunt, accusare, si quid peccaverint, sed eos potius qui iussere.

Fab. CCCX. 254. Viatores et Corvus.

**N**onnullis ad opus quoddam agendum profectis, Corvus oculorum altero captus obvius fuit. Conversis proinde illis, et quodam ut reverterentur suadente, quod nimirum id huiusmodi moneret augurium, alter respondit: Qui nobis ille futura praedixerit, qui neque propriam caecitatem praevидit, ut sibi ab illa caveret?

Ita qui in propriis rebus desipiunt, etiamsi consilia dent aliis, inutiles et viles sunt.

Fab. CCCXI. 257. Asini emptor.

**A**sinum quidam empturus, emit hoc pacto, ut eius experimentum ac periculum faceret. Eum itaque ad praesepe ductum, inter alios suos asellos collocavit. Ille vero ceteris relictis, iuxta asinum quemdam ociosissimum, et voracissimum, qui-

lati. Sin vero a solis ortu accinisset corvus, felix auspiciam habebatur. Horat. *Od.* 27. Lib. III.

*Oscinem corvum prece suscitabo*

*Solis ab ortu.*

2. καὶ ὅς ἐδὲν ἐποίησε. Ita in Palatinis Codicibus: sed in Codice Vaticano n. 777. in quo Fab. CLXI. cum hac ipsa



Δήσας οὖν καὶ ἀπαγαγὼν, τῷ ἰδίῳ δεσπότῃ τῆτον παρέδωκε. Τῆ δὲ ἐρωτῶντος, εἰ οὕτω ταχεῖαν αὐτῆ τὴν δοκιμασίαν ἐποιήσατο, ὑποτυχῶν εἶπεν· ἀλλ' ἔγωγε οὐδὲ ἐπιδέομαι πείρας· οἶδα γὰρ ὅτι ἔτος, ὁποῖος εἴξ ἀπάντων τὸν σωήθη ἐπελέξατο.

Ἔτι τοῖς ἑκάστοις ὑπολαμβάνεται εἶναι, ὁποῖος ἑτέροις σταναστρέφεται.

Μῦθος τιβ'. Ὄνος καὶ Ἀλώπηξ.

Ὄνος ἀκανθώδεις παλιέρης ἦθιε. Τῆτον ἰδῶσα ἢ ἀλώπηξ εἶπε· πῶς ἔτω τῇ ἀπαλῇ γλώσση τὸ σκληρὸν, καὶ ἀκανθῶδες<sup>2</sup> προσφάγιον ἐδίεις; Ὄτι οὐ δεῖ φλυάρων ἀνδρῶν κατηγορίας ἀκρίειν· εἰς κίνδυνον γὰρ ἄγχοι τὸν ἀκρίοντα.

Μῦθος τιγ'. Οὐρά καὶ Μέλι ὄφραως.

Οὐρά ποτε ὄφραως ἠξίε<sup>3</sup> πρώτη προάγειν, καὶ βαδίζειν. Τὰ δὲ λοιπὰ μέλι ἔλεγον· πῶς χωρὶς

convenit, ita scriptum est . . . ἔση. Καὶ ὡς εἰδέν ἐποίησεν, δήσας, ἀπάγων τῷ δεσπότῃ αὐτὸν ἀπέδωκε.

1. τοῖς ἑκάστοις. Hinc aureum illud Isocratis monitum in *Paraen. ad Demon.* Μηδένα φίλον ποιῶ, πρὶν ἂν ἐξεπίσης πῶς κέχρηται τοῖς πρότερον φίλοις. Ἐλπίζε γὰρ αὐτὸν καὶ περὶ σὲ γενέσθαι τοῖς ἑκάστοις, οἷος καὶ περὶ ἐκείνου γέγονε. *Neminem tibi amicum facias, nisi prius perspexeris quomodo se cum prioribus amicis gesserit. Pro certo enim habe ipsum er-*



que nihil unquam agebat, se se proiecit. Id Herus videns, eum statim fune ligatum proprium ad dominum reduxit: cui quaerenti, an tam cito eius experimentum fecisset, Ego mehercle, respondens ait, probatione opus non habeo: scio enim eum talem esse, qualis is est, quem sibi socium delegit.

Talis quisque praesumitur esse, quales ii sunt quibuscum versatur.

Fab. CCCXII. 260. Asinus et Vulpes.

**A**sinus spinosum edebat paliurum. Eum intuita Vulpes, Qui sic, dixit, lingua tam mollicula duram hanc et spinosam voras escam?

Nugacium hominum accusationes non audientiae; audientem enim in periculum deducunt.

Fab. CCCXIII. 264. Cauda et Membra serpentis.

**S**erpentis olim Cauda corpus ducere, et praecedere rogavit. Cetera vero Membra, Quomodo, di-

*ga te talem futurum, qualis erga illos fuerit. Cui convenit Euripideum illud:*

Τοιοῦτός ἐστιν ἕκαστος, οἷσπερ ἤδεται ζῴων.

2. προσφάγιον ἐσθίεις. Manca est haec fabula, si quid video. Nev.

3. πρώτη ἀπόγειν. Heic profecto verborum ordo inversus a librario fuit, atque legendum ἡξία ἀποάγειν, καὶ πρώτη βὰδιζειν.



ὀμμάτων καὶ ῥινόσ ἡμᾶς ἄξεις, ὡς καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα; Ταύτῳ δὲ οὐκ ἔπειθον, ἕως τὸ φρονοῦν ἐνικήθη. Ἡ οὐρὰ δὲ ἤρχε καὶ ἤγε, σύρουσα τυφλὴ πᾶν τὸ σῶμα, ἕως εἰς βάρυθρον πετρῶν ἐνεχθεῖσα, τὴν ῥάχιν καὶ πᾶν τὸ σῶμα ἐπληγεν. Σαίνουσα δὲ ἰκέτευε τὴν κεφαλὴν, λέγουσα· σῶσον ἡμᾶς, εἰ θέλεις, δέσποινα· τῆς κακῆς γὰρ ἕξιδος ἐπειράθῃω.

<sup>1</sup> Ὅτι ἄνδρας δολίους καὶ κακούς, καὶ τοῖς δεσπότηταις ἐπανισαμένους, ὁ λόγος ἐλέγχει.

Μῦθος τιδ'. Ὄφεις, Γαλῆ, καὶ Μῦες.

**Ο**φεις καὶ γαλῆ <sup>2</sup> ἐν τινι οἰκίᾳ ἐμάχοντο. Οἱ δὲ ἐκείσε μῦες αἰεὶ καταναλισκόμενοι ὑπὸ ἀμφοτέρων, ὡς ἐθεάσαντο αὐτοὺς μαχομένους, ἐξῆλθον βαδίζοντες. Ἰδόντες δὲ τοὺς μῦας, τότε ἀφέντες τὴν πρὸς ἀλλήλους μάχην, ἐπ' ἐκείνας ἐτράπησαν.

Οὕτω καὶ οἱ ἐν ταῖς τῶν δημαγωγῶν στάσεσιν αὐτὲς παρεισβάλλοντες, λανθάνουσιν αὐτοὶ <sup>3</sup> ἐκατέρων παρανάλωμα γινόμενοι.

1. ὅτι ἄνδρας δολίους. *Ociosum plane, atque redundans est ὅτι. Expungendum propterea, vel legendum Τούς.*

2. ἐν τινι οἰκίᾳ ἐμάχοντο. *A bufonibus et serpentibus feles privatis odiis dissident; nam ipsis conspectis,*



xere, sine oculis et naso nos ducere poteris, quorum auxilio cetera etiam animalia ducuntur? Sed eam nequaquam persuasere, donec suo tandem damno sapere coacta fuit. Cauda itaque ceteris Membris imperare, eaque ducere coepit, integrum corpus caecâ trahens; sed tandem in saxosum barathrum devoluta, tergum totumque corpus laceravit. Tum vero caput adulari, ipsumque supplex rogare, aiens, Serva nos, si velis, o domine; malam enim contentionem experta sum.

Dolosos ac pravos homines, suosque contra dominos insurgentes indicat fabula.

Fab. CCCXIV. 265. Serpens, Felis, et Mures.

**S**erpens et Felis in quadam domo pugnabant. Inquilini itaque Mures, qui ab utrisque continuo devorabantur, ubi decertantes eos videre, cavis illico exiere suis. Ipsi vero simul ac Mures videre, iris sepositis, praeliisque dimissis, omnes in illos conversi sunt.

Ita qui se populi ductorum dissidiis immiscent, ab utraque tandem parte maximis damnis afficiuntur.

ut Volaterranus ait, statim ad praelium se accingunt. Aldrov. *De Quadrup.*

3. ἐκατέρων παρανάλωμα. Haud satis perspicue ista Neveletus transtulit. Quid ni vertendum potius, *in scii*



## Μῦθος τίς. Πλέοντες.

**Ε**μβάντες τινές εἰς σκάφος ἔπλεον. Γενομένων δὲ αὐτῶν πελαγίων, συνέβη χειμῶνα ἐξαισίον γενέσθαι, καὶ τὴν ναῦν μικρᾷ καταδύεσθαι. Τῶν δὲ πλεόντων ἕτερος περιρρήξάμενος, τὸς πατρώας θεοὺς ἐπεκαλεῖτο μετὰ οἰμωγῆς καὶ στεναγμῶν, χαριστήρια ἀποδώσειν ἐπαγγελλόμενος, εἰάν περὶ σωθῶσι. Πausαμένε δὲ τῷ χειμῶνος, καὶ πάλιν γαλήνης γενομένης, εἰς εὐωχίαν τραπέντες, ὠρχεῖντό τε καὶ ἐσκίρπων, ἅτε δὴ ἐξ ἀπροσδοκίᾳ διαπεφυγότες κινδύου. Καὶ σεβρὸς ὁ κυβερνήτης ὑπάρχων, ἔφη πρὸς αὐτούς· ἀλλ' ὦ φίλοι, οὕτως καὶ ἡμᾶς γεγηθῆναι δεῖ, ὡς πάλιν, εἰάν τύχοι, χειμῶνος ἐσομένε.

Μὴ σφύδρα κατεπαίρεσθαι ταῖς δῦτυχίαις, ὁ μῦθος διδάσκει, τῆς ἑτυχίης τὸ ἀμετάβλητον ἐνονομένης.

## Μῦθος τίς. Πλέσιος καὶ Βυρσός.

**Π**λέσιος βυρσεῖ παραπλησιάζων τις, καὶ μὴ δυνάμενος τὴν δυσωδίαν φέρειν, ἐπέκειτο αὐτῷ

*se tum ab his, tum ab illis afflictandos vel vexandos praebeant?*

1. τύχης τὸ ἀμετάβλητον. Elegantissimum exstat in eadem sententiam *Paulli Silentiarii Epigramma Anthol. Lib. I. c. 8. cuius initium:*

Μήτε βαθυκτεάνοιο τύχης κερφίζεο ῥοίζῳ,



## Fab. CCCXV. 272. Navigantes.

**Q**uidam olim nave conscensa maritimum iter habebant. Quum vero iam in altum processissent, tempestate vehementi repente exorta, navis iam iam demergebatur. Quapropter e Navigantibus unus animo deiectus, magno cum gemitu et eiulatu Deos patrios invocabat, ingentia munera pollicitus, si servarentur. Sedata itaque tempestate quum mare quievisset, ad epulas conversi summa laetitia gestiebant exultabantque, utpote qui praeter expectationem periculum evassissent. Durus vero gubernator quum esset, O amici, inquit, sic nos laetari oportet, quasi rursus, si sors ferat, sit tempestas oritura.

Docet fabula non multum felicitate extolli oportere, fortunae incostantiam cogitantes.

## Fab. CCCXVI. 273. Dives et Coriarius.

**D**ives prope Coriarium habitans, neque foetorem ferre valens, ut discederet instabat. Is ve-

*Μήτε σέο γνάμψη φροντίς ελάθερίω.*

2. Πλάσιος βυρσαί. Corruptissima haec erant in Palatinis membranis, in quibus legebatur ita: πλάσιον βυρσί παραπλησιάζοντα. Neveletus vero haec ita emendanda commonuit.



ἵνα μεταβῆ. Ὁ δὲ ἀνεβάλλετο, λέγων μετ' ὀλίγον χρόνον μεταβήσεσθαι. Τῆ δὲ συνεχῶς γινομένη, σωέβη, χρόνος διελθόντος, ἐν σωηθείᾳ γενομένη τῆς δυσωδίας μηκέτι ἐνοχλεῖν.

Ὁ λόγος δηλοῖ, ὅτι ἡ σωηθεία τῶν πραγμάτων τὰ δυσυχῆ καταπραΰνει.

Μῦθος τίζ'. Ποιμὴν καὶ Κύων.

**Μ**άνδρας εἶσω πρόβατα ποιμὴν εἰσάγων, λύκον ἠμελλε συγκλεῖσαι, εἰ μὴ κύων ἰδὼν τοῦτον εἶπε πρὸς τὸν ποιμένα· πῶς τὰ πρόβατα σῶσαι θέλων, τόνδε λύκον σωεῖσάγεις τῇ ποιμνῇ;

Μῦθος τική. Ποιμὴν καὶ Κύων.

**Π**οιμὴν ἔχων κύνα παρμεγέθη, τούτῳ εἰώθει τὰ ἔμβρυα, καὶ τὰ ἀποθνήσκοντα τῶν προβάτων παραβάλλειν. Καὶ δὴ ποτε εἰσελθέσης τῆς ποιμνης, ὁ ποιμὴν θεασάμενος τὸν κύνα<sup>2</sup> προσιόντα τοῖς προβάτοις, καὶ σαίνοντα αὐτὰ, εἶπεν· ἀλλ' ὦ οὔτος, ὃ θέλεις σὺ τούτοις, ἐπὶ τῇ σῇ κεφαλῇ γένοιτο.

1. Deest huic fabulae Epimythion, quemadmodum et subsequenti CCCXIX. Quae quidem levis iactura.

2. προσιόντα τοῖς προβάτοις. Recte Theocritus monuit *Idyl.* X. v. 11.

χαλεπὸν χορίων κύνα γεῦσαι.

*Intestina canem semel adgustasse periculum est.*

Quod deinde proverbii instar dictum fuit etiam a Lu-



ro id in longum differebat, brevi se discessurum promittens. Sed quum continuo maneret, tandem contigit, ut alter sensim assuesceret, nec amplius malo odore molestaretur.

Indicat fabula, consuetudine res difficiles leniri.

Fab. CCCXVII. 274. Pastor et Canis.

**P**astor in caulam oves ducens, lupum cum iis erat inclusurus. Sed Canis ipsum intuitus, Quomodo, inquit, gregem servare si cupis, lupum intromittis?

Fab. CCCXVIII. 275. Pastor et Canis.

**P**astor praegrandem Canem nactus, solebat ei abortivos foetus, ovesque morbo demortuas obii-cere. Ingresso autem aliquando grege in stabu-la, Pastor Canem intuitus prope oves stantem, easque adulantem, Heus tu, inquit, quae iis evenire cupis, tuum in caput recidant.

ciano ad hunc modum: Οὐδέ κύνων παύσαιτ' ἄν, ἅπαξ σκυ-  
πτρωγεῖν μαθών. Quibus convenit et Horatius dum ait  
Sat. V. Lib. II.

*quae si semel uno*

*De sene gustarit, tecum partita lucellum,*

*Ut canis a corio nunquam absterrebitur uncto.*



Πρὸς ἄνδρα λόγοις μὲν φίλον φαινόμενον, πο-  
νηρὰ δὲ κατὰ νῦν βεβηλόμενον.

Μῦθος τιθ'. Ποιμὴν καὶ Λυκιδεῖς.

**Π**οιμὴν εὐρῶν λυκιδεῖς, τέτρε μετὰ πολλῆς ἐπι-  
μελείας<sup>1</sup> ἀνέτρεφον, οἰόμενος, ὅτι τελειωθέντες, εἰ-  
μόνον τὰ ἑαυτῶ πρόβατα τηρήσασιν, ἀλλὰ καὶ ἕτε-  
ρα ἀρπάζοντες αὐτῶ οἴσασιν. Οἱ δὲ, ὡς τάχιστα  
ἠύξηθησαν, ἀδείας τυχόντες,<sup>2</sup> πρῶτῳ αὐτῶ τὴν  
ποιμνὴν διαφθείρειν ἤρξαντο. Ὁ δὲ, ἀναστυλάξας  
εἶπεν· ἀλλ' ἔγωγε δίκαια πέπονθα· τί γὰρ τέ-  
τρε νηπίεσ ὄντας ἔσωζον, εἰς ἔδει καὶ ἠύξημένεσ  
ἀναιρεῖν;

Μῦθος τέ'. Προμηθεὺς καὶ Ἄνθρωποι.

**Π**ρομηθεὺς κατὰ πρόσαξιν τῷ Διὶ ἀνθρώπους  
ἐπλασε καὶ θηρία. Ὁ δὲ Ζεὺς θεασάμενος πολ-  
λῶ πλείονα τὰ ἄλογα ζῶα, ἐκέλευσεν αὐτῶν  
πῶν θηρίων τινὰ διαφθείραντα, ἀνθρώπους μετα-  
τυπῶσαι. Τεῖ δὲ τὸ πρόσαχθὲν ποιήσαντος,<sup>3</sup> συν-

1. ἀνέτρεφον. Eiusdem argumenti est Epigramma illud  
*Anth.* Lib. I. c. 30. quod facile ex hoc Apologo proces-  
sit, in quo a Poeta Ovis ita loquens inducitur.

Τὸν λύκον ἐξ ἰδίων μαζῶν τρέφω ἐκ ἐθέλῃσα,

Ἄλλὰ μὴ ἀναγκάζει ποιμένος ἀφροσύνη.

Λύξηθής δ' ὑπ' ἐμοῦ κατ' ἐμῶ πάλι θηρίον ἔσαι.

Ἡ χάρις ἀλλάξει τὴν φύσιν οὐ δύναται.



In hominem verbis quidem amicum, scelesta autem animo volventem ficta est fabula.

Fab. CCCXIX. 276. Pastor et Catuli lupi.

**P**astor repertos lupi Catulos cura magna educavit, arbitratus, quum adolevissent, non solum oves custodituros suas, sed insuper alias rapientes sibi delaturos. At illi citissime adulti, occasionem nacti, primum ipsius gregem devoravere. Quapropter ingemens Pastor ait, Merito equidem plector: quid enim eos iuenculos adhuc servavi, quos vel adultos necare oportebat?

Fab. CCCXX. 278. Prometheus et Homines.

**P**rometheus Iovis imperio parens, homines et bruta finxit. Iuppiter vero quum bruta multo plura illis esse videret, ei praecepit, ut bruta nonnulla destruens, inde alios homines efformaret. Hinc dum ille mandatum exsequitur, accidit, ut

2. πρώτῳ αὐτῷ τὴν ποιμένῳ. Mallem πρώτων.

3. σωέβη πὲς ἐκ τέτων. Ita a Neveleto emendatum. In antiquis enim membranis vitiose admodum scriptum exstat σωέβη ἐκ πὲς πλαθέντας. Simonides quoque varios mulierum mores ut notaret, eas a Iove ex diversis ferarum creatas fingit, fraudulentam e Vulpe, ingeniosam ex Ape, et sic de ceteris.



έβη τὲς ἐκ τέτων<sup>1</sup> πλαθέντας, τὴν μὲν μορφήν ἀνθρώπων ἔχειν, τὰς δὲ<sup>2</sup> ψυχὰς θηριώδεις.

Ἐλεγχον ὁ μῦθος ἔχει πρὸς ἀνδρας θηριώδεις, καὶ ὀργίλους.

Μῦθος τκα. Ῥόδον καὶ Ἀμάραντον.

**Ρ**όδω παραφυὲν ἀμάραντον ἔφη πρὸς αὐτό· οἶον ἄνθος εὐπρεπὲς εἶ, καὶ<sup>3</sup> ποθητὸν καὶ θεοῖς καὶ ἀνθρώποις· μακαρίζω σε τῶ κάλλεος καὶ τῆς εὐωδίας. Τὸ δὲ εἶπεν· ἐγὼ μὲν, ὦ ἀμάραντον, πρὸς ὀλίγον καιρὸν ζῶ, καὶ καὶν μηδεὶς κόψῃ με, τίνομαι· σὺ δὲ ἀνθεὶς αἰεὶ, καὶ ζῆς ἔτι νεόν.

Ἔστι κρεῖσσον ὀλιγαρκέμενόν τινα διαμένειν, ἢ πρὸς ὀλίγον τρυφήσαντα μεταβολῆς δυσυχῆς τυχεῖν, ἢ καὶ ὑποθαλεῖν.

Μῦθος τκβ. Τέττιξ καὶ Ἀλώπηξ.

**Τ**έττιξ ἐπὶ τινος ὑψηλοῦ δένδρου ἦδεν. Ἀλώπηξ δὲ βουλομένη αὐτὸν καταφαγεῖν, τοιοῦτον ἐπενόησεν. Ἄντικρυς εἶσα, ἐθαύμασεν αὐτοῦ τὴν

1. πλαθέντας. Prometheus Iapeti filius, fertur homines primum e luto finxisse, et universi hominum generis artifex fuisse, ut ait Ovid. Lib. I. *Metam.*

2. ψυχὰς θηριώδεις. Prometheum, quum hominem fingeret, ferunt portiones captas e singulis animalibus suo operi admiscuisse. Inde diversi hominum mores nati. Vide Fulgent. *Mytholog.* Lib. III, cap. *De Peleo.* Hora-



nonnulli forma quidem essent humana, mente vero et anima prorsus ferina.

Homines efferatis moribus et iracundos carpit fabula.

Fab. CCCXXI. 279. Rosa et Amarantus.

**P**rope Rosam natus Amarantus, O quam formosus flos es, ait, et amabilis Diis hominibusque! Te ergo tum ob formam, tum ob odorem perbeatum esse arbitror. Cui illa, Ego vero, o Amarante, ad breve tempus vivo, et quamvis me nemo decerpit, tabesco nihilominus: tu vero flores continuo, et usque recens, ut nunc, semper vivis.

Melius est paucis contentum manere, quam brevi tempore deliciis affluentem mutationem pati infelicem, vel etiam mori.

Fab. CCCXXII. 282. Cicada et Vulpes.

**C**icada procera quadam in arbore canebat. Vulpes eam devorare cupiens, ut capere posset huiusmodi dolum commenta est. Stans ex adverso, at-

tius quoque idem ait Lib. I. Ode 16.

*Fertur Prometheus addere principi*

*Limo coactus particulam undique*

*Desectam, et insani leonis*

*Vim stomacho apposuisse nostro.*

3. ποθητὸν καὶ θεοῖς. Perbelle de Rosa Anacreon cecinit,

ῥόδον ὡς φέρινον ἄνθος κ. τ. λ.



εὐφωνίαν, καὶ παρικήλει καταβῆναι, λέγουσα, ὅτι ἐπεθύμει θεάσασθαι πηλίκον ζῶον πηλικαῦτα φθέγγεται. Κακεῖνος ὑπονοῆσαι αὐτῆς<sup>1</sup> ὡς ἐπὶ τὸν τέττιγα ἔφη· ἀλλὰ πεπλάνησαι, ὦ αὐτή, εἰ ὑπέλαβές με καταβήσεσθαι· ἐγὼ γὰρ ἀπ' ἐκείνου ἀλώπεκος φυλάττομαι, ἀφ' ἧ<sup>2</sup> ἐν ἀφοδέυματι ἀλώπεκος πτερὰ τέττιγος ἐθεασάμην.

<sup>1</sup> Ὅτι τὰς φρονίμους τῶν ἀνθρώπων τῶν πέλας αἰ συμφοραὶ σωφρονίζουσι.

Μῦθος τῆς Τοξότης καὶ Λέων.

**Α**νηλθέ τις εἰς ὄρος τοξικῆς ἔμπειρος κυνηγεῖσαι. Πάντα δὲ τὰ ζῶα τῶτον θεασάμενα ἔφυγε. Λέων δὲ μόνος προσεκήλει αὐτὸν εἰς μάχην. Ὁ δὲ βέλος πέμφας, καὶ τὸν λέοντα βαλὼν ἔφη· δέξαι, καὶ ἴδε τὸν ἐμὸν ἄγγελον, οἷός ἐστι, καὶ τότε ἐγὼ ἐπέρχομαί σοι. Ὁ δὲ λέων βληθεὶς ὤρμησε φεύγειν. Ἀλώπεκος δὲ τῷ θάρρειν, καὶ μὴ φεύγειν λέγεις, ὁ λέων ἔφη· ὦ αὐτή, εἰδὰμῶς με πλανήσεις· ἔπερ γὰρ τοῦτον πικρὸν ἄγγελον ἔχει, εἰάν αὐτὸς ἐπέλθῃ, εἰκὼν ὑποίσω.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, μηδαμῶς πλησιάζειν τὰς πόρρωθεν χαλεπὰ πράττοντας.

1. ὡς ἐπὶ τὸν τέττιγα. Mancus locus, neque occurrit unde expleatur. Nev.

2. ἐν ἀφοδέυματι. Neveletus hanc vocem reiecit, atque



que eius vocis suavitatem simulans admirari, eam ut descenderet hortabatur, aiens optare se, quantum sit animal illud, quod tam sonoram vocem emitteret, propius videre. Illa dolum suspicata, Heus tu, falleris, ait, si me descensuram putas: ex quo enim vulpino in stercore cicadae alas esse vidi, a vulpibus caveo.

Prudentes homines aliorum calamitates cautos faciunt.

Fab. CCCXXIII. 283. Iaculator et Leo.

**Q**uidam iaculandi peritus in montem venatum profectus est. Animalia ubi eum conspexerunt, quaelibet sibi fuga consulere. Leo solus eum in pugnam provocavit. Tunc Venator iaculum emittens, et Leonem feriens, Nuncium meum hunc accipe, inquit, et qualis sit vide: haud mora ipse quoque ad te veniam. Vulneratus Leo in fugam protinus se coniecit: quem quum vulpes, ut animum sumeret, et resisteret, hortaretur, Nequaquam, ait, me decipies, amica; si enim tam acerbum nuncium habet, quum ipse venerit, haud sane potero sustinere.

Fabula ostendit, eos qui eminus nocere possunt, numquam cominus ad pugnam venire.

emendandum proposuit ἐν φωνεῶντινι, quemadmodum etiam vertit.



Μῦθος τκδ'. "Υαινα κὲ Ἀλώπηξ.

**Τ**ὰς ὑάινας φασὶ παρ' ἐνιαυτὸν ἀλλασσομένης αὐτῶν τῆς φύσεως, ποτὲ μὲν ἄρσενας, ποτὲ δὲ θηλείας γενέσθαι. Καὶ δὴ ὑάινα θεασαμένη ἀλώπεκα ἐμέμφοτο αὐτὴν, ὅτι φίλῳ θέλησαν αὐτῇ γενέσθαι, ἔ' προσίεται. Κακείνη ὑποτυχοῦσα εἶπεν· ἀλλ' ἐμὲ μὴ μέμφο, τὴν δὲ σὴν φύσιν, δι' ἣν ἀγνοῶ, πότερον ὡς φίλῃ ἢ ὡς φίλῳ σοι χρήσομαι.

Πρὸς ἄνδρα ἀμφίβολον.

Μῦθος τκέ'. "Υαιναί.

**Τ**ὰς ὑάινας φασὶ παρ' ἐνιαυτὸν ἀλλάττειν τὴν φύσιν, καὶ ποτὲ μὲν ἄρσενας γενέσθαι ποτὲ δὲ θηλείας· καὶ δὴ ποτε ἄρσενῳ ὑάινα θηλεῖα παρά φύσιν διετέθη. Ἡ δὲ ἀποτυχοῦσα ἔφη· ἀλλ', ὦ ἔπος, μὴ ταῦτα πράττε, ὡς ἐγγύς τὰ αὐτὰ πεισόμνος.

Πρὸς ἄρχοντας λογοθετῆντας τὰς ὑπ' αὐτοῦς, καὶ πάλιν, ἐκ τῆ συμβεβηκότος, τῆς ὑπ' ἐκείνων λογοθετημένους.

1. Τὰς ὑάινας φασί. Ovid. *Metam.* Lib. XV.

*Et quae modo femina tergo*

*Passa marem, nunc esse marem miramur hyaenam.*

Plinius Lib. VIII. cap. 30. *Hyaenis utramque esse natu-*



Fab. CCCXXIV. 286. Hyaena et Vulpes.

**F**erunt Hyaenas quotannis naturam mutare, et modo mares, modo feminas esse. Aliquando itaque Hyaena Vulpem conspicata, eam graviter obiurgabat, quod numquam secum congregi vellet, quæ illius amore frui valde cupiebat. At Vulpes, Ne me, ait, sed tuam potius obiurga naturam, cuius causa, utrum te pro amica vel pro amico habere debeam, prorsus ignoro.

In hominem versipellem et ambiguum ficta est fabula.

Fab. CCCXXV. 287. Hyaenae.

**H**yaenas singulis annis naturam mutare ferunt, et qui modo mas fuit, deinde in feminam converti. Quum olim itaque Hyaena masculus, contra naturae leges cum femina coire vellet, Heus tu, illa ait, ne quid tale facias; haec eadem enim mox ipse patieris.

Ad magistratus haec fabula respicit, qui rerum gestarum rationem a subiectis poscunt; mox casu fit, ut his ab illis ratio reddatur.

*ram, et alternis annis mares, alternis feminas parere sine mare vulgus credit. Aristoteles negat. Locus est Aristotelis Lib. V. de Animal. Hist. cap. 32. cui Aelianus contra est Lib. I. c. 25. Nev.*



Μῦθος τικς'. Ἴππευς φαλακρός.

**Φ**αλακρός τις ξένας τείχας τῇ ἑαυτῷ περιθεῖς  
κρυφῶς ἵππευεν. <sup>1</sup> Ἄνεμος δὲ φυσήσας, ἀφείλατο  
ταύτας. Γέλως πλατύς δὲ τὰς παρεσῶτας εἶχε.  
Κακῆϊνος εἶπε τῷ δρόμου παύσας· τὰς ἐκ ἑμᾶς  
τείχας τί ξένον φεύγειν με, αἶψά κ' ἔχοντα ταύ-  
τας, μεθ' ἧ καὶ ἐγενήθησαν, κατέλιπον;

<sup>2</sup> Ὅτι μηδεὶς λυπεῖσθαι συμφοραῖς ἐπιελθούσαις  
αὐτῷ. Ὁ γὰρ γεννηθεῖς οὐκ ἔσχεν ἐκ φύσεως,  
τοῦτο οὐδὲ παραμένει. <sup>3</sup> γυμνοὶ γὰρ ἦλθομεν οἱ  
πάντες, γυμνοὶ ἐν ἀπελθούμεθα.

Μῦθος τικς'. Χελιδῶν κ' Ὀρνιθες.

**Χ**ελιδῶν ἐκκλησίαν τῶν ὄρνεων συσθηροίσασα,  
παρήνει, φάσκασα κράτιστον εἶναι, τὸ μὴ προσκό-  
πτειν ἀνθρώποις, ἀλλὰ φιλίαν συσθημένους, οἰ-  
κείως διακειῖσθαι πρὸς αὐτὰς. Τῶν δὲ ὄρνεῶν τις  
τὰ ἐναντία <sup>3</sup> τῇ χελιδόνι ἔλεγεν· ἀλλὰ τὸ σπέρ-  
μα τῷ λίνε μᾶλλον κατεδίοντες ἀναλίσκωμεν,  
καὶ ἀφανῆ ποιῶμεν, ἵνα μηκέτι ἔχωσι πλέκειν  
δίκτυα καθ' ἡμῶν. Ἡ μὲν ἐν χελιδῶν ἀρίστῳ

1. Ἄνεμος δὲ φυσήσας. Eadem fabulam versibus ex-  
pressit elegantissimis Avienus, *Apolo* X.

2. γυμνοὶ γὰρ ἦλθομεν. Monachus fortasse quidam co-  
dicis olim possessor haec Epimythio adiunxit, memor  
nimirum Iobi verborum, qui ait *Cap. 1. vers. 21.*



Fab. CCCXXVI. 288. Eques calvus.

**C**alvus quidam adscititiam comam gerens equitabat. Sed quum ventus forte flare coepisset, eam longe asportavit. Quo viso, adstantes maximos cachinnos tollere coeperunt. Sed ille subsistens, Quid mirum est, ait, si me non mei crines fugiant, quum et ipsum, cum quo prius fuere, deseruerint?

Nemo supervenientibus calamitatibus dolere debet: quicquid enim a natura, dum nascimur, non habemus, labile est atque caducum; nos enim nudi in mundum venimus, et nudi abibimus.

Fab. CCCXXVII. 290. Hirundo et Aves.

**H**irundo Avium convocata concione, monuit optimum esse, ut homines non offenderent, sed pacta amicitia benevole erga eos se se gererent. Hirundini alia contradixit avicula, aiens, Quin potius lini semen disperdamus, atque absumamus, ne in posterum sit, unde retia in nos nectere possint. Hirundo itaque, quae melius quam Aves ceterae sensit, sine periculo mansit, in urbibus

*Nudus egressus sum de utero matris meae, et nudus revertar illuc.*

3. τῇ χελιδόνι ἔλεγεν. Haec ita Neveletus emendavit. Erat enim in veteribus membranis ἐναντία τὴν χελιδόνα λέγειν.



γνώμῳ ἔχουσα, ἀκίνδυνος ἐγένετο, ἐν ταῖς πόλεσι διατρέβουσα, ἐν ταῖς οἰκίαις τίκτουσα παρὰ ἀνθρώποις, καὶ εἰδὲν ὑπ' αὐτῶν πάχει κακόν. Ταῦτα δὲ λοιπὰ ὄρνεα, ὡς μᾶλλον ὑπομείναντα κατεσθίειν τὸ σπέρμα, ὡς πάντως ὄντος τῆς λίνης κακῶν αἰτίας, συμβαίνει λιπαρὰ γενέσθαι, καὶ μάλα δικαίως ὑπὸ ἀνθρώπων συλλαμβανόμενα, δαπανᾶσθαι, οὕτως τε ταύτῳ τὴν κακογνωμοσύνην ὑπομείναντα, μετενόησαν μὴ μετὰ ἀνθρώπων μένειν, ἀλλ' ἐν ἀέρι πέτασθαι.

Οὕτω καὶ τῶν ἀνθρώπων ὅσοι τοῖς βιωτικοῖς πράγμασι τῶν τῆς ἀγχινοίας βουλεύματι ἐχρήσαντο, ἀκίνδυνοι διεφυλάχθησαν.

### Μῦθος τῆς Χρεωφειλέτης.

**Α**θήνησιν ἀνὴρ χρεωφειλέτης, ἀπαιτέμενος παρὰ τῆς δυνιστῆς τὸ χρέως, τὸ μὲν πρῶτον παρακάλει ἀναβολὴν αὐτῷ παραχέσθαι, ἀπορεῖν φάσκων. Ὡς δὲ οὐκ ἔπειθεν, προσαγαγὼν ἦν μόνον εἶχεν ὕν, ἠγούσιν χοῖρον, παρόντος αὐτῷ ἐπώλει. Ὡνήτῃ δὲ προσελθόντος, καὶ διερωπῶντος, εἰ τοκάς ἢ ὕς, ἐκεῖνος ἔφη· μὴ μόνον αὐτὴν τίκτειν, ἀλλὰ καὶ παραδόξως. τοῖς μὲν γὰρ

1. ἠγούσιν χοῖρον. Manifestum glossema. Expungendae hae voces, quoniam alteram in margine repertam textui illevit exscriptor, vitio hominibus suae sortis haud insolente. Nev.

2. εἰ τοκάς ἢ ὕς. Extendenda haec forsitan, et legendum εἰ τοκάς ἢ ἢ ὕς. Nev. Nihil opus est.



degens, et in aedibus pariens apud homines, nulloque ab iis damno afficitur. At ceterae, quae semina potius comedere decreverunt, quasi linum malorum omnium illis causa esset, maxime pingues evasere; atque ita contigit, ut expetitae magis ab hominibus in cibum caperentur. Quo in stulto consilio quum persisterent, eas tandem poenituit cum hominibus non mansisse, sed per aera volare maluisse.

Ita qui in rebus, quae ad vitam spectant, sagaci consilio usi sunt, incolumes ac sine periculo evasere.

Fab. CCCXXVIII. 294. Debitor.

**A**thenis Debitor quidam quum a creditore exigeretur, primo quidem dilationem sibi concedi postulabat, se tunc solvendo non esse affirmans. Vbi vero eum persuadere non potuit, adductam, quam solam habebat, suam, praesente illo venum proposuit. Quodam autem accedente, et an sus illa pareret interrogante, non solum eam parere ipse respondit, sed et praeter opinionem, *Myste-*

3. τῶς μὲν γὰρ μυστηρίοις. Fabulae istius sensus a festorum illorum dependet notitia; cui lucem praefert Theophr. *Χαρακτ. περὶ ἀδολεχίας*, sic aiens: Καὶ ὡς βοηδρομιῶνος μὲν πᾶ μυστήρια, πυκνεψιῶνος δὲ κατ' ἀγροῦς Διονύσια. Παναθηναῖα vero non illa μεγάλα quae διὰ πενταετηρίδος fiebant intelligi heic oportet, sed illa μικρά quae δι' ἐνιαυ-



<sup>1</sup> μυστηρίοις θήλεα ἀποκύειν, τοῖς δὲ παναθῆναιίοις ἄρσενά. Τυῦ δὲ ἐκπλαγέντος πρὸς τὸν λόγον, ὁ δαυεισὴς εἶπεν· ἀλλὰ μὴ θαύμαζε, αὕτη γάρ σοι  
<sup>2</sup> καὶ Διονυσίοις εἰφῆς τέξεται.

Ὁ λόγος δηλοῖ τοῦτο· οὐκ ὀκνοῦσιν οἱ πολλοὶ διὰ τὸ ἴδιον κέρδος εἰς τὰ ἀδύνατα καὶ ἀνύπαρκτα ψεύδομαρτυρεῖν.

Μῦθος τκθ'. Χύτραι.


**Χ**ύτραν ὄσρακίνην καὶ χαλκὴν, ποταμὸς κατέφερον. Ἡ δὲ ὄσρακίνη τῇ χαλκῇ ἔλεγον· μακρόθεν με κολύμβη, καὶ μὴ πλησίον, ἐὰν γάρ μοι συμπροψαύσεις, κατακλιῶμαι, καὶν τε ἐγὼ μὴ θέλωσα προψαῦσαι.

Ὅτι ἐπισφαλὴς ἐστὶ βίος πένητι, δυναστοῦ ἄρχοντος πλησίον παροικῆντος.

πὸν, ut venditori nostro fraus sua constet. Nev.

1. μυστηρίοις θήλεα ἀποκύειν. Sues mysteriis mactari solitas docet Aelianus περὶ ζώων Ἴσορ. Lib. X. c. 16. Ἀθηναῖοι δὲ ἐν τοῖς μυστηρίοις καταθύουσι τὰς ὕς, καὶ μάλα δικάως, λυμαίνονται γὰρ τὰ λήϊα. Nev.

2. καὶ Διονυσίοις. De Dionysiacis vero certaminibus ita loquitur Athenaeus *Deipn.* Lib. XI. cap. 226. Ἀθη-





riis feminei, Panathenaeis vero masculi sexus filios eniti solere. Quum ad haec emptor obstupesceret, Ne profecto mireris, creditor subiecit; haec sus enim Dionysiis hoedulos etiam est paritura.


Fabellam demonstrat, plerosque, dummodo sibi lucrum faciant, de impossibilibus falsisque rebus falso testari non dubitare.

Fab. CCCXXIX. 295. Ollae.

**T**estaceam et aeneam Ollam flumen vehebat. Testacea vero aiebat aeneae, Longe a me nata; cave ne accedas: si enim me attigeris, diffringar, etiam si te tangere nolim.

Periculosa vita est pauperi, prope habitante potentiore principe.

ναῖοι τοῖς διονυσιακοῖς ἀγῶσι τὸ μὲν πρῶτον ἠρισηκότες καὶ πεπωκότες ἐβάδιζον ἐπὶ τὴν θεάν, καὶ ἐστεφανωμένοι ἐθεώρουν. Παρὰ δὲ τὸν ἀγῶνα πάντα οἶνος αὐτοῖς ὄνοχοῦτο, καὶ τραγήματα παρεφέρετο, καὶ τοῖς χοροῖς εἰσιῶσιν ἐνέχεον πίνειν, καὶ διηγωνισμένοις ὅτ' ἐξεπορβόντο ἐνέχεον πάλιν, et reliqua, quae omitto libens. Hinc ea merito vocabat Diogenes Cynicus, μεγάλα θαύματα μωροῖς. Laertius in *Vita*.





## ΕΚ ΤΩΝ ΤΟΥ ΣΥΝΤΙΠΑ.

Μῦθος τλ'. Ποταμοὶ καὶ Θάλασσα.

**Π**οταμοὶ συνηλθον ἐπὶ τὸ αὐτὸ, καὶ τὴν θάλασσαν κατηγιῶντο, λέγοντες αὐτῇ· διὰ τί ἡμᾶς, εἰσερχομένης ἐν τοῖς ὕδασι, καὶ ὑπάρχοντες ποτίμους καὶ γλυκεῖς, ἀπεργάζῃ ἀλμυρούς καὶ ἀπότους; Ἡ δὲ θάλασσα ἰδῶσα, ὅτι αὐτῆς καταμέμφονται, λέγει πρὸς αὐτὰς, μὴ ἔρχεσθαι, καὶ μὴ γίνεσθαι ἀλμυροί.

Οὗτος ὁ μῦθος παριστᾷ τοὺς ἀκαίρως αἰτιωμένους τινὰς, καὶ παρ' αὐτῶν μᾶλλον ὠφελουμένους.

Μῦθος τλά'. Θηροπότις καὶ Λύκος.

**Α**νὴρ τις θηροπότις λύκον θεασάμενος προσβάλλοντα τῇ ποίμνῃ, καὶ πλείεσσι πῶν προβάτων, ὡς δωρατὸν, διασπαράττοισα, τῆτον εὐμηχάνως θηροπότι, καὶ τὰς κύνας αὐτῶν ἐπαφίησι, φθρεγξάμενος πρὸς αὐτόν· ὦ δεινότατον θηροπότι· ποῦ σε ἢ προλαβῶσα ἰχὺς, ὅτι τοῖς κυσὶν ἕλωσ ἀντιστῆναι ἐκ ἠδυμήθης;

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὡς πῶν ἀνθρώπων ἕκαστος ἐν τῇ ἰδίᾳ τέχνῃ καθέστηκε δόκιμος.



## EX SYNTIPA.

Fab. CCCXXX. 4. Fluvii et Mare.

**I**n unum convenerant Fluvii, Mare ut accusarent, quod se, simul atque eius intrassent aquas, dulces quamvis essent, et potui apti, salsos et ad bibendum redderet inutiles. Quae Mare quum audiisset, aegre ferens innoxium se culpari, Nolite, inquit, aquas intrare postea meas, ne corrumpamini sale.

Haec contra illos dicta sunt, qui, quibus gratiam debent, eos lacessunt maledictis temerariis.

Fab. CCCXXXI. 6. Venator et Lupus.

**V**enator quum videret Lupum ovile irrum-  
pentem, ovesque multas vi dilaniantem, dolo  
eum circumvenit, eique canes immisit suos, his  
illum verbis increpans; Miserum animal! Vbi  
nunc est illa vis tua, ut possis contra canes te  
defendere?

Cuilibet ars sua laudem conciliat.



Μῦθος τλβ'. Ταῦρος, Λέαινα, καὶ Σύαγρος.

**Τ**αῦρος εὐρηκῶς κοιμώμενον λέοντα, τῆτον κερ-  
ρατίσας ἀπέκτεινον· ἐπισᾶσα δὲ ἡ ἐκείνη μήτηρ,  
πικρῶς αὐτὸν ἀπεκλαίετο. Ἰδὼν δὲ αὐτὴν σύα-  
γρος ὀλοφυρομένην, μακρόθεν ἑστῶς, ἔφη πρὸς  
αὐτὴν· ὦ πόσοι ἄρα τυγχάνουσιν ἄνθρωποι θρη-  
νῶντες, ὧν τὰ τέκνα ὑμεῖς ἀπεκτείνετε.

Ὁ λόγος δηλοῖ, ὅτι ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖ τις,  
μετρηθήσεται αὐτῷ.

Μῦθος τλγ'. Λέων καὶ δύο Ταῦροι.

**Λ**έων προσβαλὼν ταύροις δυσὶν, ἐπειρᾶτο τέ-  
τους καταθοινῆσαι· οἱ δὲ τὰ ἑαυτῶν κέρατα  
ἐπίσης αὐτῷ ἀντιπαρατάξαντες, οὐκ εἶον τὸν λέ-  
οντα μέσον αὐτῶν παρελθεῖν. Ὁρῶν τοίνυν ἐκεῖ-  
νος, ὡς ἀδυνάτως ἔχει πρὸς αὐτὰς, κατεσοφίσσατο τῆ  
ἐνός, καὶ πρὸς αὐτὸν ἔφισεν, ὡς εἶγε τὸν σὸν ἑταῖρον  
προδώσεις μοι, ἀβλαβῆ σε διατηρήσω· καὶ τῷ  
τῷ τρόπῳ ἀμφοτέρους τὰς ταύρους ἀνήρηκον.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὡς καὶ πόλεις καὶ ἄνθρω-  
ποι ἀλλήλοις ὀμνοῦντες, οὐ συγχωρῶσιν αὐτῶν  
τὰς ἐχθρὰς περιγίνεσθαι· τῆς δ' ὀμνοίας περιφρο-  
νῶντες, εὐχερῶς ἄρδην τοῖς ἐναντίοις ἀλίσκονται.



Fab. CCCXXXII. 11. Taurus, Leaena, et Aper.

**T**aurus dormientem Leonem repererat, eumque percussum cornibus interfecerat. Interim accesserat Leonis mater, quae filii casum acerbe lugebat. Quam eiulantem ut animadvertit Aper, stans procul ita illam alloquutus est; Quot putas reperiri homines, qui liberos suos a vobis interemptos plorent?

Qua quis mensura aliis mensus est, eadem quoque ei redditur.

Fab. CCCXXXIII. 13. Leo et Tauri duo.

**I**n duos Tauros Leo faciebat impetum, lautas sibi epulas quaerens. Illi coniunctis viribus opponunt cornua, medios ne irruere possit Leo. Duobus ergo impar Leo viribus, dolo agere coepit, sicque est alloquutus alterum; Amicum tuum si prodideris mihi, incolumem hinc ego te dimittam. Qua usus fraude, facili utrumque necavit negotio.

Ita et civitates et homines, quamdiu inter se concordiam colunt, facile hostes vincunt; ea autem soluta, cladi repente fiunt obnoxii.



Μῦθος τλδ'. Ἀλώπηξ καὶ Πίθηξ.

**Α**λώπηξ καὶ πίθηξ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὄδοιπόρον. Παρραρχόμενοι δὲ διὰ τινων μνημείων, ἔφη ὁ πίθηξ τῇ ἀλώπεκι, ὡς πάντες οἱ νεκροὶ ἔτοι, ἀπελεύθεροι πῶν ἐμῶν γοννητόρων ὑπάρχουσιν. Ἡ δὲ ἀλώπηξ λέγει τῷ πίθηκι· εὐχερῶς ἐφεύσω· οὐδεὶς γὰρ πῶν ἐνταῦθα ταφέντων ἀπελέγξαι σε δύναται.

Οὗτος ὁ μῦθος παρῆται τὸν τὸς ψευδολόγους ἐρῶς διελέγχοντα, καὶ τοὺς προδήλως τὸ ψεῦδος ἀντὶ ἀληθείας προσφέροντας.

Μῦθος τλέ'. Ἀλώπηξ καὶ Λέων.

**Α**λώπηξ θρασυμένη ἐγκάθειρκετον λέοντα, καὶ τῆτου σᾶσα ἐγγύς, δεινῶς αὐτὸν ὑβρίζου· ὁ δὲ λέων ἔφη πρὸς αὐτήν· οὐ σύ με καθυβρίζεις, ἀλλ' ἢ προσεσῆσά μοι ἀτυχία.

Ὁ μῦθος ἔπος δηλοῖ, ὡς πολλοὶ τῶν ἐνδόξων δυσπραγίας περιπίπτοντες, ὑπ' εὐτελῶν ὀξουθενοῦνται.

i Haec Fabula imitatio illius omnino videtur, quae de Hoedo et Lupo superius occurrit p. 125. Prim. Part.



## Fab. CCCXXXIV. 14. Vulpes et Simia .

**V**ulpes et Simia eundem in locum faciebant iter. Quum per sepulcra eas via duceret, Simia ad Vulpem, Omnes, inquit, quos heic sepultos vides, parentum meorum liberti erant. Callide, respondet Vulpes, mentita es: nec enim horum quisquam, qui humati sunt, te potest convincere.

Haec fabula notat eos, qui opportune convincunt mendaces, quique manifestum mendacium pro veritate venditant.

## Fab. CCCXXXV. 17. Vulpes et Leo .

**V**ulpes prope Leonem inclusum stans, multis eum lacerabat contumeliis. Leo respondet, Tu quidem nulla me iniuria afficis, sed adversa, quam nunc experior, fortuna.

Multi ex potentibus, si in calamitates inciderint, ludibrio sunt impotentibus.



Μῦθος τλς'. Κύνες κ' Ἀλώπηξ.

**Λ**έοντος δορὰν κύνες εὐρόντες, διεσπάραττον ταύ-  
τῳ· τέτοις δὲ ἀλώπηξ ἰδοῦσα ἔφη· εἰ οὗτος ὁ  
λέων τοῖς ζῶσι σιωπῆν, εἶδτε ἂν τοὺς αὐτῆ ὄνυ-  
χας ἰχυροτέρους τῶν ὑμετέρων ὀδόντων.

Ὁ μῦθος δηλοῖ τὰς τῶν ἐνδόξων καταφρονῆν-  
τας, ὅταν τῆς δόξης ἐκπίπτωσιν.

Μῦθος τλζ'. Ἐλαφος νοσοῦσα.

**Ε**λαφος νόσῳ περιπεσοῦσα, ἐπὶ τινος τόπου πε-  
δινοῦ κατεκέκλιτο. Τινὰ δὲ τῶν θηρίων εἰς θέαν  
αὐτῆς ἐλθόντα, τὴν παρακειμένῳ τῇ ἐλάφῳ νο-  
μῆν κατεβασκήθησεν· εἶτα ἐκείνη τῆς νόσου ἀπαλ-  
λαγείσα, τῇ ἐνδείᾳ δεινῶς κατετρώχετο, καὶ τῇ  
νομῇ τὸ ζῆν προσάπώλεσεν.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὡς οἱ περιττὰς κ' ἀνοήτους κτώμε-  
νοι φίλους, ἀντὶ κέρδους ὑπ' αὐτῶν ζημίῳ μᾶλλον  
ὑφίστανται.

Μῦθος τλή. Θηρευτὴς κ' Κύων.

**Α**νὴρ θηρευτὴς παρερχόμενον κύνα ἰδὼν, δι-  
νεκῶς αὐτῷ ψαμοὺς προσεπέριπτε. Λέγει οὖν  
πρὸς τὸν ἄνδρα ὁ κύων· ἄνθρωπε, ἄπιθι ἔξ



Fab. CCCXXXVI. 19. Canes et Vulpes.

**P**ellem Leonis repererant Canes, eamque lacera-  
bant dentibus. Quod videns Vulpes, sic eos allo-  
quuta esse fertur: Leo iste si adhuc in vivis esset,  
experiremini ungues eius fortiores vestris dentibus.

Haec fabula carpit eos, qui potentes, quum  
exciderunt potentia, lacesunt.

Fab. CCCXXXVII. 20. Cervus aegrotans.

**C**ervus morbo correptus, in loco campestri pro-  
cubuerat. Ferae autem, quae illum visitatum  
venerant, pabula, quae strata fuerant Cervo,  
devorarunt. Ut vero postea paullulum conva-  
luit Cervus, inopia oppressus, vitam cum pabu-  
lo perdidit.

Qui nimios et stultos habent amicos, ex eis  
plus damni, quam emolumentum capiunt.

Fab. CCCXXXVIII. 12. Venator et Canis.

**V**enator quidam Cani, quotiescumque prae-  
teribat, obiiciebat frusta esculenta. Canis au-  
tem illum his verbis compellasse fertur; Ab eas



έμου· ή ᾗ πολλή σου έυνοια μάλλον με τὰ μέ-  
γιστα θροεί.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὡς οἱ πολλὰ δῶρά τισι παρι-  
χόμενοι, δηλοῖ εἰσι τὴν ἀλήθειαν ἀνατρέποντες.

Μῦθος τλθ'. Κύων κὶ βρώμα.

**Κ**ύων ἀρπάσας βρώμα ἐκ μακελλίου, ᾗχετο  
φυγὰς ἐκείθεν, καὶ ἔφθασεν ἐπὶ τινὰ ποταμόν.  
Περαιούμενος δὲ αὐτὸν, ὄρα ἔν τοῖς ὕδασι τὴν τῆ  
βρώματος σκιάν, πολλῶ οὔσαν, οὗ ἔφερον, ἐυ-  
μεγεθέστερον. Καὶ τῆ στόματος τὸ βρώμα ἀπορ-  
ρίψας, ἐπὶ τὴν ὄραθεῖσαν αὐτῆ σκιάν καταπεί-  
γετο. Τῆς δὲ ἀφανῆς γυνομένης, στραφεὶς ὁ κύων  
τὸ ἀπορρίψεν ἄραι, οὐδὲν ἐφεῦρε τὸ σύνολον· καὶ  
ᾗ ἐκεῖνο παρά τινος καταπτώτος κόρακος δῦθὺς  
ἠρπάγη κὶ κατεβρώθη. Ἔπειτα ὁ κύων ἑαυτὸν ἐτα-  
λάμιζε, τί ἄρα πέπονθα, λέγων, ὅτι, ὃ εἶχον,  
ἀφρόνως καταλιπὼν, ἐφ' ἕτερον ἀφανῆς ἠπειγόμενῳ,  
κακείνε ἀποτυχὼν κὶ τῆ προτέρῃς ἐξέπεσον;

Ὁ μῦθος ἔτος ἐλέγχει τὰς ἀκορέσως ἔχοντας,  
κὶ τῶ περιπτώων ὀρεγομένους.

Μῦθος τμ'. Ὀναρεος κὶ Ὀνος.

**Ο**ναρεος ὄνον ἰδὼν βαρὺν γόμον ἐπαγόμενον,  
καὶ τὴν δουλείαν αὐτῷ ἐπονειδίζων, ἔλεγον· ἐτυ-  
χηὲς ὄντως ἐγὼ, ὅτι ζῶν ἐλευθέρως καὶ διάγων



hinc a me . Nimia enim liberalitas tua facit ,  
ut maxima metuam mala .

Multi , qui dona dant , verum pervertere cogitant .

Fab. CCCXXXIX. 28. Canis cibum ferens .

**C**anis ex macello quum rapuisset cibum , ocius inde fugiens pervenit ad flumen . Quod dum transit , in aquis cibi videt simulacrum , multum eo , quod ferebat , maius . Dimisso ergo ex ore cibo , umbram , quam viderat , appetit . Quae quum evanuisset , Canis se convertit , ut tolleret , quod abiecisset . Nihil autem invenit ; corvus enim delatus id rapuerat , et voraverat . Tunc Canis , Miser ; inquit , ego , quae patior ! Quae enim possidebam , stultus amisi ; quae vero ignota erant , appetii . Igitur et haec , et illa perdidit .

Haec fabula designat eos , qui cupiditate insatiabili plura semper concupiscunt .

Fab. CCCXL. 30. Onager et Asinus .

**O**nager Asinum videns grave portantem onus , eique servitutum exprobrans , ita est alloquutus : Felix ego , qui libertate fruor , otio in-



ἀκόπως, αὐτοχέδιον καὶ τὴν νομὴν ἐν τοῖς ὄρεσι  
κέκτημαι· σὺ δὲ δι' ἄλλου τρέφῃ, καὶ δουλείαις  
καὶ πληγαῖς καθυποβάλλῃ διηνεκῶς. Συμβῆ γὰρ  
αὐθαρρὸν λέοντά τινα φανῆναι, καὶ τῷ μὲν ὄνῳ μὴ  
προσπελάσαι, ὡς συνόντος αὐτῷ τῷ ὀνηλάτῃ· τῷ  
δὲ ὀνάζῳ, μεμονωμένῳ τυγχάνοντι, σφοδρῶς ἐπελ-  
θεῖν, καὶ αὐτὸν θεῖσαι κατάβρωμα.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὡς οἱ ἀνυπότακτοι καὶ σκληρο-  
τράχηλοι, τῇ αὐτοβελίᾳ φερόμενοι, καὶ βοηθείας  
τινὸς μὴ δεόμενοι, αὐθαρρὸν πτώμα γίνονται.

Μῦθος τμᾶ. Ἄνῃρ καὶ Κηπερός.

**Α**νῃρ τις κηπερὸν τινα θεασάμενος τῶν λαχά-  
νων ἀρδεΐαν ποιέμενον, ἔφη πρὸς αὐτόν· πῶς τὰ  
μὲν ἄγρια φυτὰ μήτε φυτεύμενα, μήτε ἐργαζόμε-  
να, ὠραῖα πεφύκασι, τὰ δὲ τῆς ὑμῶν φυτηκομίας  
πολλάκις ξηραίνεται; Ὁ δὲ κηπερὸς ἀντέφησεν, ὡς  
τὰ ἄγρια τῶν φυτῶν μόνῃ τῇ θεῖᾳ προνοίᾳ ἐφορᾶ-  
ται, τὰ δὲ ἡμέτερα ὑπὸ χειρὸς ἀνθρωπίνης ἐπι-  
μελεῖται.

Ὁ λόγος δηλοῖ, ὡς κρείττων ἢ τῶν μητέρων ἀνα-  
τροφὴ πέφυκε τῆς τῶν μητρυιῶν ἐπιμελείας.

I. τὰ δὲ ἡμέτερα. Sic uterque Codex. Mihi tamen in  
mentem veniebat ἡμερα. Fy Matth. Eadem haec Fab. oc-  
currit etiam in Aesopi Vita, quae falso Planudi tribui-  
tur; unde facile colligi potest, quid de hoc Syntipae



dulgeo, et alimenta in montibus ultro sine labore invenio. Tu contra ab alio expectas alimenta, continuisque servitiis et verberibus laceraris. Dum se sic iactat, confestim apparet leo. Asinum, quod agaso aderat, leo relinquit intactum; in Onagrum autem, qui solus erat, vehementem facit impetum, eumque epulatur.

Qui nullius imperio parent, et nullo consilio flecti possunt, ii pertinacia et solitudine sua imprudentes pereunt.

Fab. CCCXLI. 32. Homo et Olitor.

**O**litozem quidam quum videret irrigare olera, rogavit, quomodo accideret, ut gramina silvestria nec plantata, nec culta, maturescerent, quae vero homines sevisent, saepius arescerent? Silvestres, respondet Olitor, plantae sola Dei providentia curantur, mansuetae autem hominum manibus coluntur.

Haec fabula docet, matrum disciplinam potiore esse cura novercarum.

Fabularum consarcinatore sentiendum sit. Ita et Fab. CCCXXXIX. de Cane cibum ferente, est ap. Theonem in *Progymn.* cap. 2.



## Μῦθος τριβ'. Κύων κὴ Λύκαινα.

**Κ**ύων καταδιώκων λύκαιναν, ἐφρυάττετο τῇ τε ἰῆ ποδῶν ταχυτῆτι, καὶ τῇ ἰδίᾳ ἰχύει, κὴ ἐδόκει φεύγειν ἵ τὸν λύκον, δι' οἰκείαν δῆθεν ἀδένειαν. Στραφεὶς οὖν ὁ λύκος, ἔφησε πρὸς τὸν κύνα· οὐ σὲ δέδοικα, ἀλλὰ τὴν τοῦ σου δεσπότου καταδρομὴν.

Ὁ μῦθος ἔπος δηλοῖ, ὅτι εἰ δεῖ τινα ἐγκαυχᾶσθαι τῇ τῶν ἐτέρων γυναιότητι.

## Μῦθος τριγ'. Ἀνὴρ, Ἴππος, κὴ Πῶλος.

**Α**νὴρ τις ἐπωχεῖτο θηλείᾳ τινὶ ἵππῳ ἐγκύῳ ὑπαρχούσῃ, καὶ ὀδοιπορεῖντος αὐτῆ πῶλον ἢ ἵππος ἀπέτεκεν. Ὁ δὲ πῶλος κατόπιν αὐτῆς δὴθὺς πορευόμενος, κὴ ταχέως ἰλιγγιάσας, πρὸς τὸν τῆς ἰδίας μητρὸς ἐπιβάτῳ ἔλεγον· ἰδοὺ, ὄρας με βραχύτατον, κὴ πρὸς πορείαν ἀδύνατον· γίνωσκε πόινυν, ὡς εἰ ἐνταῦθα ἐγκαταλείπῃς με, αὐθωρὸν διαφθείρομαι· εἰ δὲ ἐντεῦθεν ἄρῃς με, κὴ ἀπαγάγῃς ἐν τόπῳ, καὶ ἀνατραφῆναι παρασκευάσῃς, ὄντως αὐξωθεὶς ἐν ὑστέρω ἐποχεῖσθαί μοι ποιήσω σε.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὡς ἐκείνες χῆ εὐεργετεῖν, ὑπὲρ ὧν κὴ ἢ ἀντάμειψις τῆς εὐποιίας ἐλπίζεται.

1. τὸν λύκον. Mirum sane, cur, quum antea appellaretur λύκαιναν, nunc bis dicat ὁ λύκος. Fr. Matth.



Fab. CCCXLII. 38. Canis et Lupa .

**C**anis Lupam insequens, crurum pernecitate et robore gloriabatur, fugere Lupam credens, quod infirmior esset. Conversa autem illa, sic alloquuta fertur Canem; Non tam tuas, quam domini tui metuo minas.

Non decet alienis virtutibus gloriari .

Fab. CCCXLIII. 45. Homo, Equa, eiusque Pullus.

**D**um quidam veheretur Equa gravida, enixa est pullum. Qui quum statim cursum matris esset sequutus, celeriter fatigatus, sic alloquutus est vectorem matris; Vides me infirmum, et ineptum ad iter faciendum. Scias ergo, me continuo periturum, si heic relictus fuero. Sin me hinc sustuleris, eoque duxeris, ubi ali possim, adultus postea te veham.

Beneficia sunt tribuenda iis, quos gratos fore speramus .

2. ὄντως ἀυξυνθείς. Forte ὄντως legendum. Pro ἀυξυνθείς vero corrige ἀυξηθείς, aut ἀυξυνθείς. Fr. Matth.



## Μῦθος τμδ'. Ἀνὴρ καὶ Κύκλωψ.

**Α**νὴρ τις τῶν εὐλαβῶν τυγχάνων, τάχα καὶ τοῖς πρακτέοις σεμνός, ἐπὶ χρόνον ἰκανὸν εὐμαρῶς τοῖς ἰδίοις παισὶ συμβιοτεύων, μετὰ ταῦτα ἐνδεία περιπίπτει ἐχάτη, καὶ τὴν ψυχὴν καιρίως ἀλγῶν, ἐβλασφήμει τὸ θεῖον, καὶ ἑαυτὸν ἀνελεῖν ἀπιναγκάζετο. Λαβὼν ἔν σπάθῳ, ἐπὶ τινα τῶν ἐρημικῶν τόπων ἔξῃει, θανεῖν μᾶλλον αἰρετισάμενος, ἢ περ κακῶς ζῆν. Πορευόμενος δὲ, λάκκον τινὰ βαθύτατον ἔτυχεν εὐρηκῶς, ἐν ᾧ χρυσίον ἐκ ὀλίγον παρά τινος τῶν γιγανταίων ἀπετέθειτο, ᾧ κύκλωψ τὸ ὄνομα. Ἰδὼν δὲ ὁ δῆθεν εὐλαβῆς ἀνὴρ τὸ χρυσίον, φόβῳ εὐθύς καὶ χαρᾶς ἀνάπλεως γίνεται, καὶ ῥίπτει μὲν τῆς χειρὸς τὸ ξίφος, αἶρει δὲ τὸ χρυσίον ἐκεῖθεν, καὶ ἄσμενος ἐπὶ τὴν οἰκίαν καὶ τῆς παιδῆς αὐτῆς ἐπανέρχεται. Ἔπειτα ὁ κύκλωψ ἐπὶ τὸν λάκκον ἔλθων, καὶ τὸ μὲν χρυσίον μὴ εὐρηκῶς, ἀντ' αὐτῆς δὲ κείμενον ἐκέϊσε τὸ ξίφος ἑωρακῶς, αὐτίκα τῆτο σπασάμενος ἑαυτὸν διεχειρίσατο.

Ὁ μῦθος ἔπος δηλοῖ, ὡς τοῖς σκαιοῖς ἀνδράσιν ἀκολέθως ἐπισυμβαίνει τὰ φαῦλα· τοῖς δὲ ἀγαθοῖς καὶ εὐλαβέσι, τὰ ἀγαθὰ ταμιεύεται.

## Μῦθος τμέ. Θηρότης καὶ Ἴππεύς.

**Α**νὴρ τις θηρότης λαγῶν καταχῶν, καὶ τῆτον ἐπιφερόμενος, τῆς ὁδοιπορίας εἶχετο, καὶ τινι προσυ-



## Fab. CCCXLIV. 48. Homo et Cyclops.

**V**ir probus et honestus diu cum liberis suis bene et fortunate vixerat. Post deinde inopia et egestate affectus et afflictus, improbis numen petebat conviciis, seque volebat interire. Correpta ergo sica in locum desertum exiit, mori magis cupiens, quam misere vivere. Inter eundum offendit fossam altissimam, in qua ab homine gigantaeo, Cyclops ei erat nomen, multum auri esset reconditum. Id ut vidit pius ille homo, medius metum inter et gaudium, proiecta sica, tollit aurum, laetusque domum ad liberos suos properat. Cyclops deinde ad scrobem reversus, pro auro reperit gladium, eoque stricto se interficit.

Fabula docet, quod pravis hominibus mala merito accidunt; contra vero, probis, atque piis bona impertiuntur.

## Fab. CCCXLV. 49. Venator et Eques.

**V**enator ceperat leporem, eoque sublato in humeros quum pergeret domum, incidit in Equi-



πανθηθεῖς ἐφίππων ἀνδρῶν, ἐζητεῖτο παρ' αὐτοῦ τὸν λαγῶν, προχήματι ἀπεμπολήσεως. Λαβὼν τοίνυν ὁ ἵππευς τὸν λαγῶν ἀπὸ τῆς θηροπόλεως, εὐθύς δρομαῖος ὄχρητο· ὁ δὲ θηροπόλεως κατόπιν αὐτῆς τρέχων, φθάσαι αὐτὸν δῆθεν ἐδόκει. Τῆ δὲ ἵππέος ἐκ πολλῆς τῆς διαστήματος μακρὰν ἐκείνη ἀπέχοντος, ὁ θηροπόλεως, καὶ ἄκων, φωνεῖ πρὸς αὐτὸν, καὶ φησιν· ἄπιθι λοιπόν· ἐγὼ γὰρ ἤδη τὸν λαγῶν ἐδωρησάμην σοι.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὡς πολλοὶ ἀκασίως τὰ ἴδια ἀφαιρέμενοι, προσποιῶνται δῆθεν ἐκόντι ταῦτα δεδωκέναι.

Μῦθος τριτ'. Κύων καὶ Λαγῶς.

**Κ**ύων λαγῶν κατατρέχων, καὶ τῆτον καταλαβὼν, ποτὲ μὲν αὐτὸν ἐδάκνεν, ποτὲ δὲ τὸ ἐντεῦθεν ἀπορρέον αὐτῆς αἷμα ἀνέλειχεν. Ὁ δὲ λαγῶς ἐδόκει τὸν κύνα καταφιλεῖν μᾶλλον αὐτὸν, καὶ ὑπολαβὼν εἶπε πρὸς αὐτόν· ἢ ὡς προσφιλεῖς περιπτύσσε με, ἢ ὡς ἐχθρὸς, καὶ πολέμιος κατάδακνε.

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὡς καὶ ἀνθρώποι τινες ἐξωθεν μὲν φιλίαν ὑποκρίνονται, ἐσωθεν δὲ κακίας καὶ ἀπληθείας πεπλήρωνται.




tem, qui specie emptionis leporem peteret. Quem quum ab Venatore accepisset, incitato equo capessivit fugam. Venator eum persequebatur, ut qui vellet eum consequi. Ut vero longo intervallo relictus est, invitus hanc edidit vocem, Abeas ergo; iam enim leporem donavi equidem tibi.

Multi, qui violenter sunt spoliati suis, sponte ea dedisse simulant.

Fab. CCCXLVI. 50. Canis et Lepus.

**C**anis Leporem insequens prehenderat, eumque interdum mordebat, interdum fluentem ex vulnere lambebat sanguinem. Lepus ergo credens, Canem malle osculari se, conversus ad illum, Aut me amice, inquit, complectere, aut hostiliter morsu neca.

Ita homines quoque nonnulli, quum clandestinum odium iramque inexorabilem alunt, speciem amicitiae praeseferunt.





## ΕΚ ΤΗΣ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗΣ ΒΑΤΙΚΑΝΗΣ.

Μῦθος τμζ'. Ἀγαθὰ καὶ Κακά.

**Α**γαθὰ πάντα ὑπὸ τῶν κακῶν ἐδιώχθη, ὡς ἀθροῖν ὄντα· εἰς ἔρανὸν δὲ ἀνήλθον, καὶ τὰ κακὰ ἠρώτησαν τὸν Δία, πῶς εἶναι μετὰ ἀνθρώπων. Ὁ δὲ εἶπεν, μετ' ἀλλήλων πάντα, ἐν δὲ καθ' ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἐπέρχεσθαι. Διὰ τῆτο, τὰ μὲν κακὰ σιωεχῆ τοῖς ἀνθρώποις, ὡς πλησίον ὄντα, ἐπέρχεται, τὰ δὲ ἀγαθὰ βράδιον ἔξ οὐρανοῦ κάτεισι.

Ὁ λόγος δηλοῖ, ὅτι ἀγαθῶ μὲν εἰδὲς ταχέως ἐπιτυγχάνει, ὑπὸ δὲ τῶν κακῶν ἕκαστος καθ' ἑκάστῳ πλήττεται.

Μῦθος τμη'. Γεωργὸς καὶ Θάλασσα.

**Γ**εωργὸς τις ἰδὼν ναῦν ἐν θαλάσῃ κυμαινομένην, καὶ βυθῶ πεμπομένην, κατηράτο τὴν θαλάσσαν δακρύων. Ἡ δὲ πρὸς αὐτὸν ἀνεβόα τοιαῦτα· ἴνα τί, ἄνθρωπε, μέμφη με μάτῳ; οὐ γὰρ ἔγωγε τῆς κινδύνων αἰτία, ἀλλ' οἱ ἄνεμοι οἱ ἐκταράττοντές με. Εἰ δὲ βεληθῆς χωρὶς τέπων πλεῦσαι, ἡμερωτέρων δὴ με τῆς γῆς εὐρήσεις.

1. Parum differt haec Fabula a superius allata CCCIX. pag. 143.



## EX BIBLIOTHECA VATICANA.

Fab. CCCXLVII. Bona et Mala.

**B**ona omnia a Malis, quod fluxa et caduca essent, accusabantur; quapropter se se in coelum receperunt. Mala vero Iovem interrogarunt, quomodo inter homines versari deberent: quibus ille respondit, ut singula singulos invaderent, et modo hunc, modo illum attingerent. Hinc itaque Mala, quum prope nos degant, continuo homines premunt; Bona vero tardius e coelo descendunt.

Ostendit fabula, quod nemo bonum aliquod cito assequitur, sed quisque a malis quotidie vexatur.

Fab. CCCXLVIII. Agricola et Mare.

**A**gricola quidam, quum navim in Mare fluctibus agitari, inque profundum iactari videret, flens Mare exsecratur. Hoc autem, Cur me temere, illi inquit, accusas? Haud ego periculorum huiusmodi auctor sum, sed venti, qui me perturbant. Et sane, si velis sine his navigare, me terra placidius experieris.



“Οτι γαλιωὺς δεσπότης οἱ χαιρέκακοι παραφυσ-  
σῶντες, ἐπεγείρασι πρὸς ὀργὰς τε καὶ ζάλας.

Μῦθος τμθ'. Ἑρμῆ ἄμαξαν καὶ Ἄραβες.

**Ε**ρμῆς ποτε ψεύσματα, καὶ πανουργίας θεὸς εἰς  
ἄμαξαν, εἰς πᾶσαν γῆν ἀπήει. Ὡς δὲ Ἄράβων  
κατήντησε τὴν χώραν, σωτείβει τὴν ἄμαξαν κενὴν  
φορτίων. Οἱ δὲ εἰς ἄλλας τόπους ἐκ εἴασαν ὁδοῦ-  
σαι, εἰδὲ τὰ κοινὰ τοῖς ἀνθρώποις ἐπιτελεῖν δυ-  
νάμενοι.

Μῦθος τν'. Ἥλιος γαμῶν καὶ Βάτραχοι.

**Η**λίῳ ποτὲ γάμος θεῖρος ὑπῆρχε· πάντα δὲ  
τὰ ζῶα ἔχαιρον ἐπὶ τέτῳ. Οἱ δὲ βάτραχοι ἠ-  
γάλλοντο μεγάλως ἐπὶ τῇ λαμπρᾷ τραπέζῃ τῆ  
ἡλίου. Εἷς δὲ ἐξ αὐτῶν μέγα ἀναστυνάξας ἀνεκέ-  
κραγε, καὶ πρὸς αὐτὰς ἐβόα· ὦ ἀνόητοι, καὶ βραδεῖς  
τῇ καρδίᾳ, εἰς τί βοᾶτε, μέγα κεκραγότες, ὡς ἐπ'  
ἀγαθῷ τινι προσδοκωμένῳ; εἰ νῦν ἡλιος μονώ-  
τατος ὑπάρχων, ὕλῳ ἀπασιν, καὶ τὴν γῆν κατα-  
φλέγει, εἰ γήμας παῖδα ἀνθρώμοιον ποιήσει, τί  
πάθωμεν ἡμεῖς καλὸν, εἶπετέ μοι.

“Οτι πολλοὶ, ὧν τὸ φρόνημα κεφώτερον ὑπάρ-  
χει, χαιρέσιν ἐπ' ἀδήλοις.



Fabula eos innuit, qui de alienis calamitatibus gaudentes, mites dominos ad iram et furorem impellunt.

Fab. CCCXLIX. Mercurii currus et Arabes.

**M**ercurius quondam mendaciis omnibus et fraudibus in curru positus, universam terram circumibat. Ut vero ad Arabum regionem pervenit, currus diffractus est, ita ut onus omne decideret. At Arabes ut alio transiret non permisere; adeo ea gens nec quae communia sunt hominibus facere potest.

Fab. CCCL. Sol uxorem ducens et Ranae.

**S**ol olim aëstivo tempore nuptias celebrabat. Animalia itaque omnia laetabantur, ac Ranae praesertim ob splendidissimum Solis convivium exsultabant. Sed quaedam inter illas magno cum gemitu exclamavit, et ait, O stultae atque vecordes! Quid hos clamores tollitis, quasi bonum aliquod sit eventurum? Si nunc Sol, quamvis sit unicus, nemus omne et universam terram adurit, si uxore ducta filium sibi similem habuerit, quid inquam, quid nobis eveniet?

Ita multi, ob mentis suae levitatem, de incertis rebus gaudent.



Μῦθος τνα. Φοῖβος καὶ Ζεὺς.

Ἐοῖς Ἀπόλλων ἔλεγε, μακρὰ τοξέων, οὐκ ἂν βάλλῃ τις πλεῖον, εἰδὲ τοξόσει. Ὁ Ζεὺς δὲ παίζων ἠρέδαινε τῷ Φοίβῳ. Ἑρμῆς δ' ἔσειεν Ἄρειος ἐν κωῆ κλήρους· λαχὼν δὲ Φοῖβος, τὸ τόξον ἐκκυκλώσας, τὸ βέλος ἐπιξεν ἐντὸς ἐσπέρου κήπε. Ὁ Ζεὺς δὲ διαβάς ταῦτὸ μέτρον, ἔστη. Καὶ ποῦ βάλλω, ναί, φησιν, ἐκ ἔχω χάραν. Τόξος δὲ νίκην ἔλαβεν μὴ τοξεύσας.

Ἐστίν τινα, καὶ κόπε χωρὶς, νίκην ἄρασαι, σοφῶς τοῖς πράγμασι κεχημένον.

Μῦθος τνβ. Ἰκτῖνος καὶ Ὄφεις.

Ἰκτῖνος ὄφιν ἄνω πετάσας φέρει. Ὁ δὲ ἐπιστραφεὶς, καὶ δακῶν τῶτον αὐθις εὐθύς ἐκτεινεν. Ὁ δ' ὄφεις ἀνεβόα· ἵνα τί ἄρα ἔπος αὐτὸς ἐμάνης, ὥστε τὸς μηδὲν ὄλως ἠδικηκότας, βλάπτειν ἐβέ-

2 Eiusdem est argumenti Fabula superius relata CCLXXIV. pag. 99. Haec vero longiori ac aliquantum diversa oratione narratur, eamque mirifice il-



## Fab. CCCLI. Phoebus et Iuppiter .

**P**hoebus , qui longe iaculandi arte pollet , ita Diis olim dicebat : Profecto nemo me longius , vel iaculum , vel sagittam emittere poterit . At Iuppiter eum ut illuderet , secum in certamen venit . Mercurius itaque utriusque sortes in Martis galea posuit , atque agitavit ; quarum prior quum Apollini obtigisset , is arcum intendens , intra Hesperii hortum sagittam emisit . Tum Iuppiter , ut ipse quoque iaculari posset , pedem ante ferens , idem spatium confecit ; quapropter restitit , et , En mihi , ait , quo iaculari possim locus non superest . Ita Iuppiter , licet non missa sagitta , victoriam retulit .

Fabula monet , quod qui scit rebus sapienter uti , etiam sine labore victoriam potest reportare .

## Fab. CCCLII. Milvus et Anguis .

**M**ilvus raptum Anguem in altum volans ferebat . At ille repente conversus , ipsumque morsu feriens , illico interfecit . Quapropter Anguis morienti Milvo aiebat ; Quid tam stultus fuisti , ut

illustrat , ad ea praesertim verba , quae in illa occurrunt , , ὁ Ζεὺς τοσοῦτον διέβη , ὅσον Ἀπόλλων ἐτόξευσεν .



λου, καὶ θάνατον προσάγειν; ὅμως πέπονθας ὃ ἐβέλας μοι πράξαι.

Ἔστι πλεονεξία τις προσέχων, καὶ τὰς ἀθροεῖς ἀδικῶν, ἰχυροτέροις ἐμπροσθέν ποτε, καὶ μὴ ἐλπίζων, ἐκτίσει ἂν πρότερον πεποίηκε κακά.

Μῦθος τῆγ'. Κάμηλος.

**Κ**άμηλος ποταμὸν διέβαινον ὄξυ ῥέοντα. Ἄφροδύσασα δὲ, καὶ τὴν κόπρον εὐθύς ἐμπροσθεν ἰδοῦσα διὰ τὸ ὄξυ τοῦ ῥεύματος, εἶπε· τί τῆτο; τὰ ὄξυθιθέν με, ἐμπροσθέν με ὄρω διερχόμενα.

Τῆ πέλει, ἧς ἔχατοι καὶ ἄφρονες κρατοῦσιν ἀντὶ τῆδ' ἰσθμῶν καὶ φρονίμων, ἀρμόζει ὁ μῦθος.

Μῦθος τῆδ'. Κάμηλος.

**Κ**άμηλος ἀναγκαζομένη ὑπὸ τῆ ἰδίᾳ δεσπότῃ ὀρχεῖσθαι, εἶπεν· ἀλλ' οὐ μόνον ὀρχουμένη εἰμι ἄχνημος, ἀλλὰ καὶ περιπατῶσα.

Ἄλλος λόγος ἀρμόδιος πρὸς ἄνδρα, παντὶ ἔργῳ ἀπρέπειαν ἔχοντα.



eos laedere, ac ad mortem rapere velles, qui nullam tibi iniuriam intulere? En ut merito eadem refers, quae mihi facere parabas.

Docet fabula, quod saepe qui avaritia fervet, ac inopes laedit, tandem in potentiores incidens, dum minus putat, malefactorum priorum poenas luit.

Fab. CCCLIII. Camelus.

**C**amelus flumen transibat, quod magno aquarum impetu ferebatur. In quo quum forte alvum exonerasset, et excrementa ante se statim ferri undarum violentia vidisset, Quid istud rei est, inquit, quod quae retro me esse solent, ante me ferri videam?

Haec fabula de ea urbe narrari posset, in qua penes infimos ac stultos homines imperii summa est, neglectis praecipuis atque prudentibus viris.

Fab. CCCLIV. Camelus.

**C**amelus a domino saltare coactus, Ego quidem, inquit, non solum in saltando, sed etiam in eundo turpis sum.

Haec fabula dici potest de omni re, quae hominem dedeceat.



Μῦθος τνέ. Γαλή συλληφθεῖσα.

**Γ**αλήν δόλω τις συλλαβών τε καὶ δήσας, ἔπνιγε βαλὼν ὑδάτων συνεχεία. Τῆς δὲ λεγέσης, ὡς κακὴν χάριν τίνεις ὦν ὠφέλεον, θηρῶσα μῦς τε καὶ σαύρας· ἐπιμαρτυρῶ σοί φησιν· ἀλλὰ καὶ πάσας ἔπνιγες ὄρνις, πάντα δ' οἶκον ἠρήμες, κρεῶν ἀνέωγας ἄγγος, ὥστε τεθνήξῃ, βλαπτέση μᾶλλον ἢ περ ὠφελῆσα.

Ὁ λόγος πρὸς τὰς ὀλίγα μὲν ὠφελῆντας, πλείονα δὲ βλάπτοντας.

Μῦθος τνς'. Λέων, Ἀλώπηξ, καὶ Ἐλαφος.

**Λ**έων νοσήσας ἔκειτο ἐν φάραγγι. Τῇ προσφιλεῖ δὲ ἀλώπεκι, ἢ προσωμίλει, εἶπεν· εἰ θέλεις ὑγιάναι με, καὶ ζῆν, τὴν ἔλαφον τὴν μεγίστην, τὴν εἰς τὸν δρυμῶνα οἰκῆσαν, τοῖς γλύκεσί σου λόγοις ἔξαπαθήσασα, ἄγε εἰς ἐμὰς χεῖρας, ἐπιθυμῶ γὰρ αὐτῆς ἐγκάτων καὶ καρδίας. Ἡ δὲ ἀλώπηξ ἀπελθοῦσα εὔρε τὴν ἔλαφον σκιρτῶσαν ἐν ταῖς ὕλαις. Προσπίσασα δὲ αὐτῇ καὶ χαίρειν εἰπέσα, ἔφη· ἀγαθὰ σοι ἦλθον μιλῶσαι. Οἶδας ὡς ὁ βασιλεὺς ἡμῶν γείτων μοί ἐστι· νοσεῖ δὲ, καὶ ἐγγύς ἐστι τοῦ θνήσκειν. Ἐβουλεύετο οὖν ποῖον πῶν θηρίων μεθ' αὐτὸν βασιλεύσει. Ἔφη δὲ, ὅτι σῦς μὲν ἐστὶν ἀγνώμων, ἄρκτος δὲ νωθρὰ, πάρδαλις δὲ θυμώδης, τίγρις ἀλαζών, ἢ ἔλα-



Fab. CCCLV. Felis comprehensa .

**F**elem quum quidam dolo comprehendisset , atque ligasset , in profundos amnis gurgites eam demergere parabat . At illa exclamabat , Istam ne gratiam refers , quod muribus atque lacertis domum purgaverim ? Id fateor , ille respondit , sed et mihi gallinas omnes interfecisti , totamque domum vacuum reddidisti , et saepe carnaria vasa aperuisti : proinde nunc morere , quandoquidem es mihi damno magis quam commodo .

Fabula eos respicit , qui parum quidem prodesse , multum vero nocere solent .

Fab. CCCLVI. Leo , Vulpes , et Cerva .

**L**eo aegrotans in spelunca iacebat . Vulpi itaque , quae cum eo maxima amicitia iuncta erat , quaeque ipsum frequenter invisere solebat ; Si vis , inquit , me salvum atque incolumem esse , Cervam illam maximam , quae proxima in valle habitat , blandis tuis verbis deceptam , in meam redige potestatem ; eius enim visceribus et corde vesci vehementer exopto . Profecta Vulpes Cervam per nemora saltantem invenit , cumque ea colludens , Salve , inquit , amica , bonum tibi nuntium ferens venio . Haud ignoras , quod Rex noster prope me habitat : nunc ille saevo morbo laborat , iamque ei suprema imminet dies . Quapropter deliberabat qualem ferarum post se regni heredem relinqueret ;



φος ἀξιοπότη ἐστὶν εἰς βασιλέα, ὅτι ὑψηλή ἐστὶ τὸ εἶδος, πολλὰ δὲ ἔπι ζῆ, καὶ τὸ κέρασ αὐτῆς ὄφισι φοβερόν. Καὶ τί σοι πολλὰ λέγω; ἐκυρώθῃς βασιλεύειν· τί μοι ἔσαι πρώτη σοι εἰπέσῃ; Ἄλλ' εὖξαι μοι σπυροδούσῃ, μὴ πάλιν με ζητήσῃ· ζητῆσαι γάρ με σύμβουλον ἐν πάσιν. Εἰ δὲ ἐμοῦ τῆς γαῖας ἀκούσῃς, συμβαλέω καὶ σε ἐλθεῖν, καὶ προσμένειν τελευτῶντι αὐτῷ. Οὕτως εἶπον ἡ ἀλώπηξ· τῆς δὲ ὁ νοῦς ἐτυφλώθη τοῖς λόγοις, καὶ ἦλθεν εἰς τὸ σπήλαιον μὴ γινώσκουσα τὸ μέλλον. Ὁ δὲ λέων \* \* \* Ἐγὼ δὲ μόνη σοι δελέυσω. Οὕτω ἀπατήσασα τὴν δευλαίαν, ἐπεισε δεύτερον ἐλθεῖν. Ἐπεὶ δὲ εἰς τὸ σπήλαιον εἰσῆλθεν, ὁ μὲν λέων δειπνον εἶχε, πάντα τὰ ὀστά, καὶ μυελούς, καὶ ἔγκατα αὐτῆς καταπίνων. Ἡ δὲ ἀλώπηξ εἰσῆκει ὀρώσα· καρδίαν δὲ ἐκπεσοῦσαν ἀρπάζει λαθραίως, τῷ κόπῃ κέρδος ταύτῃ φαγοῦσα. Ὁ δὲ λέων ἅπαντα ἐρδυνήσας, μόνη καρδίαν ἐπεζήτει. Ἀλώπηξ δὲ μήκοθεν εἶσα, ἔφη· αὐτὴ ἀληθῶς καρδίαν οὐκ εἶχεν, ἥτις δις εἰς οἶκον καὶ χεῖρας λέοντος εἰσῆλθεν.

(1) Nonnulla heic verba intercidisse videntur, vel Codicis vitio, vel Librarii oscitantia. Ex iis enim quae sequuntur colligitur, Cervam non prima vice a Leone interemptam, sed liberam dimissam fuisse, ut iterum securius accederet, ac tunc ipsam tuto magis opprimere posset.



succurrebat enim, suem ingratam, ursam pigram, iracundam pardalim, tigrim superbam; Cervam itaque solam dignissimam esse, ut regni curam susciperet, quippe quae procero corpore esset, longum viveret, eiusque cornua serpentibus terrorem incuterent. Sed quid plura refero? Tu quidem ad imperium iam ab eo electa es. Quantum mihi felicitatis obveniet, quae prima tam faustum nuntium attuli tibi! Verum sine, quaeso, ut ad illum prompte revertar, ne me absentem iterum quaerat; semper enim in consiliis me sociam poscit. Attamen si vetulae consilium vis audire, te quoque, ut mecum venias, et apud ipsum usque ad extremum vitae commoreris, exhortor. Ita Vulpes ait, et Cervae eius sermone capta fuit. Quapropter in speluncam se contulit, futuri prorsus ignara. Leo autem \* \* \* Ego vero tibi uni tantum serviam. His verbis miseram Cervam deceptam rursus ad Leonem venire persuasit; sed ubi in speluncam ingressa est, Leo opiparam coenam ex illius caede sibi paravit, omniaque eius ossa, musculos, et intestina devoravit. Stabat procul id Vulpes aspiciens, et Cervae cor humi forte delapsum surripuit, sibi pro laboris mercede comedit. At Leo consumptis omnibus, quum cor etiam Cervae requireret, stans procul Vulpes, Cervae quidem haec, ait, corde prorsus carebat, quod bis in hanc speluncam, et in Leonis potestatem venire non dubitavit.



Ὅτι ὁ τῆς φιλοδοξίας ἔρως τὸν ἀνθρώπων νῦν ἐπιθολοῖ, καὶ τὰς τῶν κινδύνων συμφορὰς οὐ κατανοεῖ.

Μῦθος τινζ'. Λέων, Προμηθεύς, καὶ Ἐλέφας.

Ἄλεων κατεμέμφετο Προμηθεῖα πολλάκις, ὅτι μέγαν αὐτὸν ἐπλασον, καὶ καλὸν, καὶ τὴν μὲν γένυ αὐπλισε τοῖς ὀδοῦσι, τὰς δὲ πόδας ἐκράτωσε τοῖς ὄνυξιν, ἐποίησε δὲ τε τῶν ἄλλων θηρίων δυνατώτερον· ὁ δὲ τοιοῦτος, ἔφασκε, τὸν ἀλεκτρυόνα φοβεῖμαι. Καὶ ὁ Προμηθεύς ἔφη· τί με μάτλω αἰτιᾶς; τὰ γὰρ ἐμὰ πάντα ἔχεις, ὅσα πλάττειν ἐδυνάμην· ἡ δὲ σε ψυχὴ πρὸς τῷτο μόνον μαλακίζεται. Ἐκλαβεν ἔν ἐαυτὸν ὁ λέων, καὶ τῆς δειλίας κατεμέμφετο, καὶ τέλος ἀποθανεῖν ἠθέλων. Οὕτω δὲ γνώμης ἔχων ἐλέφαντι περιτυγχάνει, καὶ προσαγορεύσας εἰσήκει διαλεγόμενος· καὶ ὄρων διαπαντὸς τὰ ὦτα κινεῖντα, τί πάχεις, ἔφη, καὶ τί δήποτε εἰδὲ μικρὸν ἀτρεμεῖ σε τὸ ὄν; Καὶ ὁ ἐλέφας, κατὰ τύχην περιπτάντος αὐτῷ κώνωπος, ὄρων, ἔφη, τῷτο τὸ βραχὺ βομβεῖν; ἢν εἰσδύνη με τῆς ἀκοῆς ὀδῶ τέθνηκα. Καὶ ὁ λέων, τί ἔν ἐτι ἀποθνήσκεις, ἔφη, με δεῖ, ποσῶτον ὄντα, καὶ ἐλέφαντος εὐτυχέστερον, ὅσον κρείττων κώνωπος ὁ ἀλεκτρυών; ὄρων ὅσον ἰχθύος ὁ κώνωψ ἔχει, ὡς καὶ ἐλέφαντα φοβεῖν.

(1) Refertur eadem haec Fabula ab Achille Tatio lib. II. pag. 434. Edit. Commelin. 1606. 8.



Fabula docet, quod gloriae cupido hominum mentem turbat, et periculorum casus non considerat .

Fab. CCCLVII. Leo , Prometheus , et Elephas .

**L**eo cum Prometheo saepe querebatur , quod se magnum atque pulcherrimum quum fecisset , malas dentibus armasset , pedes unguibus validos reddidisset , et ceteris feris potentiozem finxisset , gallum tamen ipse timeret . Sed Prometheus , Quid , ait , me temere accusas ? quae ego facere poteram , ex me omnia prorsus habes : sed tuus est animus , qui ad hoc solum debilitatur . Leo itaque se miserum aiebat , deque sua infelicitate conquerebatur , ac demum omnino mori desiderabat . Qua in sententia quum esset , forte in Elephantem obvius incidit , eumque compellans , secum sermones serere coepit . Sed eum continuo aures moventem quum vidisset , quid hoc rei esset , et qua de caussa eius aures nec minimum quid quietae manerent , interrogavit . Cui Elephas , quum forte culex prope ipsum volitasset , Vides , inquit , hoc tam parvulum susurrans animal ? Si in meam aurem irrepserit , ego repente morior . Tum Leo , Quid igitur mihi mortem expetam , talis qui sum , ac tanto Elephantem beatior quanto gallus culice maior est ? Atqui vides , quantum culex robur habet , qui Elephantem quoque perterret !



## Μῦθος τμη'. Λέων καὶ Ἀετός.

Λέοντι προσπτάς αἰετὸς ἐζήτει κοινωνὸς εἶναι. Χ' ὦ λέων, τί κωλύει; πρὸς αὐτὸν εἶπεν. Ἀλλ' ἐνέχυρον δώσεις, ταχύπτερόν σε μὴ μεθεῖναι τὴν πίσιν· πῶς γὰρ φίλω σοι μὴ μένοντι πισεύσω;

Ὁ μῦθος ἐκδιδάσκει, μὴ τάχιστα πᾶσι πισεύειν, καὶ μάλιστα τοῖς μήπω φίλοις.

## Μῦθος τμη". Λύκος καὶ Λέων.

Λύκος πλανώμενος ἐν ἐρήμοις τόποις, κλίνοντος ἤδη πρὸς δύσιν ἡλίου, δολιχὴν αὐτῷ τὴν σκιὰν ἰδὼν, ἔφη· λέοντ' ἐγὼ δέδοικα, πηλικῆτος ὢν, πλέθρα δ' ἔχων τὸ μῆκος; εἰ θεῶν ἀπλῶς πάντων δυνάσης ἀθρόων γενήσομαι; Λύκον δὲ γαυρωθέντα καρτερῶς λέων κατήσθειν. Ὁ δὲ ἐβόησε μετανουῖν· οἷησις ἡμῖν πημάτων παραιτία.

## Μῦθος τμη'. Λύκος καὶ Ἀλώπηξ.

Λύκος τις ἀδρὸς ἐν λύκοις ἐγενήθη· λέοντα δ' αὐτὸν ἐκάλει. Ὁ δ' ἀγνώμων τὴν δόξαν εἰκ



## Fab. CCCLVIII. Leo et Aquila .

**P**rope Leonem advolans Aquila, eum rogabat, ut secum societatem inire vellet. Cui Leo, Nihil, mehercle, vetat; verum datis vadibus, te quae adeo velocitate me superas, pactam fidem non prodituram. Alias enim, qui credam tibi amicae, si me non exspectabis?

Fabula docet, haud statim omnibus esse fidem adhibendam, iisque praesertim, quos nondum amicos experti sumus.

## Fab. CCCLIX. Lupus et Leo .

**L**upus in deserta loca pererrans, dum iam sol in occasum vergeret, quum sui umbram valde longam animadvertisset, Leonem, inquit, ego timeo, quum tantus sim, ut iugerum aequem? Nonne prorsus in ceteras feras omnes imperium exercebo? Dum haec Lupus superbe secum cogitat, Leo supervenit, eumque dicto citius devoravit. Quapropter Lupus poenitentia, sed frustra, tactus, exclamabat; O stulta opinio, quae meae necis causa es!

## Fab. CCCLX. Lupus et Vulpes .

**L**upus quidam quum prae ceteris lupis ad maximam corporis molem excrevisset, se leonem ap-



ἤνεγκεν. Τῶν δὲ συμφύλων ἀποσατήσας, τοῖς λέουσι νώμιλει. Κερδῶ δ' ἐπισκώπτουσα, μὴ φρενώθειν, ἔφη, ποσοῦτον, ὡς σὺ νῦν ἐτυφώθης· σὺ γὰρ ἀληθῶς ἐν λύκοις λέων φαίνη, εἰς δ' αὖ λέόντων σύγκρυσιν λύκος φαίνη.

Πρὸς τὰς ἀπὸ τῶν κολάκων ἐκ ὀρθῆ κρίσει ἐπαινεμένους, καὶ μέγα φρονεῖντας, ἐλεγχομένους δὲ ἑαυτὰς ἐπιγινώσκειν.

Μῦθος τξά. Λύκος καὶ Κύων.

Λύκος ἐν κλοιῷ δεδεμένον ὄρων μέγιστον κύνα ἤρετο· δήσας τίς ἐξέθρεψε τῆτον; Ὁ δὲ ἔφη, κυνηγός· ἀλλὰ τῆτο μὴ πάθοι λύκος ἐμοὶ φίλος· λιμός γὰρ ἢ κλοιοῦ βαρύτης.

Ὁ λόγος δηλοῖ τὸ ἐν ταῖς συμφοραῖς εἰδὲ γασεῖσθαι.

Μῦθος τξβ'. Λύκος, Ἀρνίον καὶ Λέων.

Λύκος δήποτε ἄρας ἀρνὸν ἐκ ποιμνης ἀπεκόμιζεν εἰς τὴν ἰδίαν κοίτην. Λέων δὲ τούτῳ ἐξαίφνης συναντήσας, ἤρεν ἐξ αὐτῆ τὸ ἀρνίον. Σταῖς δὲ πόρρωθεν πρὸς αὐτὸν ταῦτα λέγει· ἵνα τί, ἄναξ, ἐξ ἐμῆ τῆτο ἤρας; πῶς δὲ εἰ πρεῖς τὰς



pellare solebat . Verum omni mente carens hac laude contentus non fuit ; suis enim sociis relictis , inter leones versari coepit . Sed Vulpes eum irridens , Ne mihi contingat , ait , desipere tantum , quantum nunc tu fastu tumescis . Nam tu dum inter lupos eras , sane leo videbaris , sed in leonum coetu immixtus , lupo omnino videris .

In eos quadrat haec fabula , qui quum ab adulatoribus non recto iudicio laudentur , ac de se magnifice sentiant , tandem aliquando convicti seipsos agnoscunt .

Fab. CCCLXI. Lupus et Canis .

**L**upus quum praegrandem Canem collari victum vidisset , Ecquis , inquit , tali vinculo te pressum enutrivit ? Venator , respondit Canis . Sed id ne tibi , amice , contingat ; famem enim maximam huius vinculi pondus parit .

Eum haec fabula innuit , qui in calamitatibus nec quo ventrem expleat habet .

Fab. CCCLXII. Lupus , Agnus , et Leo .

**L**upus quondam Agnum e grege raptum in suum latibulum ferebat . At Leo forte ipsi obviam factus , ei Agnum surripuit . Lupus tamen stans procul his eum est alloquutus : Qua nam de caussa hunc , rex , mihi rapis ? Ecquid ergo antiquas leges



θεσμὸς τὰς ἀρχαίους, τῷ μὴ τυραννεῖν χειρὶ δυνατωτάτη, ἀλλὰ πάντοτε ἐκδικεῖν τοῖς ἀπόροις; Ὁ δὲ γελάσας πρὸς αὐτὸν ταῦτα λέγει· σὺ δὲ, ὦ λύκε, δικαίως τῷτον ἔχεις, εἴ τις τῶν φίλων αὐτὸν κεχάρικέ σοι.

Πρὸς πλεονέκτας καὶ ἄρπαγας τὰς μεμφομένους ἀλλήλοις ὁ μῦθος.

Μῦθος τῆς γ'. Δηχθεὶς ἀπὸ μύρμηκος,  
καὶ Ἑρμῆς.

**N**εὴς ποτε σὺν αὐτοῖς ἀνδράσι βυθιδείσης, ἰδὼν τις, ἀδίκους ἔλεγε τὰς θεὰς κλέων· ἐνὸς γὰρ ἀσεβῆς ἐμβεβηκότος, πλείω πολλὰς σὺν αὐτῷ μηδενὸς αἰτίες θνήσκειν. Καὶ ταῦτα ὁμῶς λέγοντος οἷα συμβαίνει, πολλῶν ἐπ' αὐτὸν ἔσμος ἦλθε μυρμηκῶν, σπέυδων τὰς ἄχνας πυρίνας ἀποτρώγειν. Ὑφ' ἐνὸς δὲ δηχθεὶς συνεπάται τὰς πάντας. Ἑρμῆς δ' ἐπισὰς, τῷ τε ραβδίῳ παίων, εἶτ' οὖν κἄν ἐξῆ, φησι, τὰς θεὰς ὑμῶν εἶναι δικασὰς, οἷος εἶ σὺ μυρμηκῶν.

Ὁ λόγος δηλοῖ, μηδένα πολυῶν φέγειν τὰς τῶν θεῶν περὶ τὰς ἀνθρώπους ἀκαταλήπτως οἰκονομίας, κἄν ἄδικοι τοῖς ἀπαιδέυτοις δοκοῖεν.



non servas, quae reges iubent non tyrannidem exercere, sed ius suum semper unicuique tribuere? Ridens ad haec Leo, Tu quidem, o Lupe, iuste hunc Agnum possideres, si quis amicorum eum tibi donasset.

Fabula avaros, rapacesque homines respicit, qui se se mutuo accusant.

Fab. CCCLXIII. Homo a formica morsus,  
et Mercurius.

**O**lim navis cum navigantibus omnibus quum demersa fuisset, tantam cladem aliquis videns, iniustos Deos esse affirmabat, quod nimirum unius tantum scelesti causa, qui forte navem conscenderat, permulti eodem casu, licet omnis criminis expertes, perirent. Dum haec ille ait, et secum quae evenerant repetebat, ingens formicarum multitudo circa eum venit, ut triticeas glumas, quae illic forte aderant, ore traherent. A quarum una quum morsus esset, omnes illico conculcavit. At Mercurius ei apparens, virga percussit, Et posthac, ait, tales hominum iudices Deos esse patieris, qualis tu formicarum fuisti.

Fabula monet, quod nemo audeat incomprehensibilia Dei iudicia vituperare, etiamsi ignaris quandoque iniusta videantur.



Μῦθος τξδ'. Ὀδοιπόρος κ' Ἀλήθεια.

**Ο**δοιπορῶν ἄνθρωπος εἰς ἐρημίαν, ἐσῶσαν εὔρε-  
 τὴν ἀλήθειαν μόνην, καὶ φησιν αὐτῇ· δι' ἣν αἰ-  
 τίαν, γύναι, τὴν πόλιν ἀφείσα τὴν ἐρημίαν ναίεις;  
 Ἡ δ' εὐθύς πρὸς τὰδ' εἶπεν ἡ βαθυγνώμων·  
 ὅτι ποτὲ παρ' ὀλίγοισιν ἦν ψεῦδος, νῦν εἰς πάν-  
 τας βροτῆς ἐλήλυθε ψεῦδος. Εἰ δέ ἐστιν εἰπεῖν,  
 καὶ βεβέλησαι κλύειν, ὁ νῦν πονηρὸς βίος ἐστὶν  
 ἀνθρώπων.

Ὁ λόγος εἶπος ἀνθρώπου κωμωδεῖ, ὧν ἡ ἀλή-  
 θεια μακρὰν πέφυγε, διὰ τὸ τὸ ψεῦδος τέτρε  
 φιλεῖν, καὶ μᾶλλον συνοικεῖν.

Μῦθος τξέ'. Ἑρμῆς γράφων ὄσράκω τὰς  
 ἀμαρτίας.

**Ο**σράκω γράφοντα τὸν Ἑρμῆν ἀμαρτίας ἐκέ-  
 λευσεν ὁ Ζεὺς εἰς κιβωτὸν ταύτας σωρέυειν, ἵν'  
 ἐρανίσας ἐκάσθε τὰς δίκας ἀναπράσση. Τῶν ὄ-  
 σράκων δὲ κεχυμένων ἀλλήλοις, τὸ μὲν βρά-  
 διον, τὸ δὲ τάχιον ἐμπίπτει εἰς τῷ Διὸς τὰς χεῖ-  
 ρας, εἴ ποτ' εὐθύνοι. Τῶν δ' ἐν πονηρῶν κ' προσ-  
 ἤκε θαυμάζειν, ἂν θᾶσσον ἀδικῶν τις, εἴ κ' κα-  
 κῶς πράσσει.



## Fab. CCCLXIV. Viator et Veritas.

**H**omo quidam quum per desertum quoddam iter haberet, solam ibi Veritatem remoto in loco degentem invenit, eamque sic alloqui coepit: Quid caussae est, mulier, quod urbe relicta, deserta colis? Cui statim illa, Quia, inquit, inter paucos olim Mendacium versabatur, nunc vero apud omnes tuto degit. Et sane, si id impune dicere datum est, tuque velis audire, nunc hominum vita perversa est.

Haec fabula homines eos carpit, a quibus veritas longe discessit, propterea quod ipsi mendacium diligunt, vel potius, ut ita dicam, penes ipsum habitant.

## Fab. CCCLXV. Mercurius scribens in testula peccata.

**I**uppiter Mercurio imperavit, ut omnium peccata in testula scriberentur, ac in arca quadam reponerentur, ut singulorum peccatis in unum collectis, iustas cuique poenas statueret. Sed quum testulae illae sint simul admixtae, atque confusae, proinde fit, ut haec cito, illa sero in Iovis manus incidat, si quando ipsi eas in arcam intendere placet. Non itaque mirari debemus, si improbi homines celeriter quidem iniurias inferant, tarde vero poenas luant.



Μῦθος τξς'. Οἷς πρὸς νομέα κὶ Κύων.

**Ο**ις τις εἶπε πρὸς νομέα τοιάδε· κείρεις μὲν ἡμᾶς, καὶ πόκας ἔχεις κέρσας, γάλα δ' ἀμέλγων ἐσί σοι φίλον πῆξαι· ἡμῶν δὲ τέκνα μῆλά σοι περισσέυσει· πλέον δ' εἶδέν ἡμῖν· ἀλλὰ καὶ τροφή γῆς πᾶσα, ἐν ὄρεσιν εὐθαλές τι γεννᾷ σοι, ὠραῖα βοτάνη, καὶ δρόσα γεμισθεῖσα· φέρβεις δ' ἂν ἡμῖν ἐν μέσοις κύνα ταύτην, τρέφων ὅποῖα σαυτὸν εὐθαλεῖ σίτω. Ταῦθ' ὡς ἤκουσεν ἡ κύων, ἔφη τοῖα· εἰ μὴ παρήμην καὶ ἐν μέσοις ἐπολευόμην, ἐκ ἂν ποθ' ὑμεῖς ἔσχετε ἄφθονον πόην. Περιτρέχουσα δ' ἐγὼ πάντοθεν κωλύω δρῆσῆρα λησῆν, καὶ λύκον διωκτῆρα.

Ὁ μῦθος πρὸς τὰς τῆ τῶν πλησίον διαφθοραμένους εὐημερία ἐστίν, ὅτε καὶ ὑπ' αὐτῶν ἐκείνων τὰ μέγιστα ὠφελεῖνται.

Μῦθος τξζ'. Ὄνος καὶ Κυνίδιον.

**Ο**νον τις ἔτρεφε, καὶ κυνίδιον πάνυ ὠραῖον, καὶ ἦν ἐν αὐλῇ παρὰ φάτναις δεσμώτης, ἔτραγε κραιθὰς, χόρτον, ὥσπερ εἰώθει· κυνίδιον δὲ χαλεπὸν ὄν, εὐρύθμως παίζον, τὸν δεσπότην τε

(1) Exstat huiusmodi Fabula etiam apud Xenophontem.



Fab. CCCLXVI. Ovis ad Pastorem, et Canis.

**O**vis quaedam his olim Pastorem est alloquuta: Tu nos continuo tondes, ac nostra vellera sumis, nostrumque lac mulgens, ipsum in caseum densare gaudes. Foetura praeterea nostra gregem supplet, ita ut nihil ultra tibi praebere possimus. Fimus insuper omnis noster, nescio quid floridum in montibus producit; pulcra fit enim herba quam carpimus, et rore oneratur. Verumtamen quid canem istum inter nos agis, eodemque ac te pane nutris? Quae quum Canis audivisset, Nisi adforem ego, subiecit, et inter vos versarer, haud profecto tam abundantiam pabulo vesci possetis. Ego enim is sum, qui huc illuc excurrens, raptorem, praedonemque lupum a vobis arceo.

Fabula eos notat, qui tunc etiam amicorum prosperitati invident, quum ab ipsis beneficiis maximis cumulantur.

Fab. CCCLXVII. Asinus et Catellus.

**F**ormosum Catellum et Asinum nutriebat quidam, quem in stabulo fune alligatum tenere, et hordeo ac foeno continuo pascere solebat. Et Catellum quidem, quod festivus esset, et scite luderet, et huc illuc lepide saltitaret, dominus semper suo in sinu tenebat. At Asinus totam per noctem



ποικίλως περισκαίρον, ἐκεῖνος δ' αὐτὸ κατέχων ἐν τοῖς κόλποις. Ὁ δέ γε ὄνος τὴν μὲν νύκτα ἀλήθων πυρὸν φίλης Δήμητρος, ἡμέρας δ' ὕλιν ἦγεν ἀφ' ὕψους, ἐξ ἀγρῶ δ' ὅσον χρεία. Δαχθεῖς δὲ θυμῷ καὶ περισσὸν οἰμώξας, σκύμνον θεωρῶν ἐν ἀβρότητι πάσῃ, φάτνης ὀνειῆς δεσμῆς καὶ κάλας ῥήξας, ἐς μέσον αὐλῆς ἦλθε, ἄμετρα λακτίζων, σαίνων δ' ὅποια, καὶ θέλων περισκαίρειν, τὴν μὲν τράπεζαν ἐς μέσον βαλὼν θλάσων, ἅπαντα δ' εὐθύς ἠλοίησε τὰ σκέυη, δειπνῶντα δ' εὐθύς ἦλθε δεσπότην κρέσων, νώτοις ἐπεμβάς. Ἐχάτη δὲ κινδύνα θεράποντες ἐν μέσοισιν ὡς εἶδον ἐσάωσαν. Κραναίας δὲ κορύναις ἄλλος ἄλλοθεν κρέων ἔκτεινον. Ὡς δὲ καὶ αὐτὸς ὕσατ' ἔκπνεεν, ἔτλην, ἔλεξεν, οἷα χρὴ με δυσδαίμων. Τί γὰρ παρ' ἔρεσιν ἐκ ἐπολευόμην, βαιῶ δ' ὁ μέλεος κυνιδίῳ παρισέμην;

Ἔστι δὲ ἄνω ἡ ἀρχὴ τοῦ μῦθου. Ὅτι ἔ πάντες πρὸς πάντα ἴσοι πεφύκασι, καὶ φθόνῳ ἀλαζονεύωνται.

Μῦθος τξή. Ὁνος παίζων.

**Ο**νος τις ἀναβὰς εἰς τὸ δῶμα, καὶ παίζων, τὸν κέραμον ἔθλα, καὶ τις αὐτὸν ἀνθρώπων ἐπιδραμῶν κατῆγε, τῷ ξύλῳ παίων. Ὁ δ' ὄνος πρὸς



almae Cereris frumentum molens, vix dies aderrat, e silva gravissima onera, et ex agro, quidquid opus esset, advectabat. Quapropter animo percussus, et graviter gemens, quod Catulum deliciis omnibus large affluentem videret, vinclis et funibus, quibus in stabulo detinebatur, diffractis, in medium aulae processit, calcibus vehementer lasciviens, et blandiens. Deinde quum Canis ad instar circumsaltare dominum vellet, mensam in medium proiectam diffregit, omnia vasa deiecit, et simul ad dominum, qui coenabat, recta contendit, in eiusque humeros festivus insiluit. Quae fieri, et herum in summum vitae discrimen adductum quum servi animadvertissent, confestim in eius salutem accurrunt: nec mora corneis baculis hinc inde percussum Asinum interficiunt. Qui quum ultima suspiria duceret, Heu me miserum! inquit; merita patior: quid enim stultus montes deserui, et parvulo Cani par esse volui?

Docet haec Fabula, non omnes ad omnia peragenda esse pares, etsi per invidiam se se idoneos praedicare soleant.

Fab. CCCLXVIII. Asinus ludens.

**A**sinus quidam domum ingressus, quum in ea ludere ac saltare coepisset, vas fictile rupit. Hoc videns quidam accurrit, eumque fustibus inde a-



αὐτὸν, ὃς τὸν νῶτον ἤλεγχε, καὶ μὴν ὁ Πίθηκος  
 χθῆς, εἶπε, καὶ πρῶν, ἔτερπεν ὑμᾶς αὐτὸ τῆτο  
 ποιήσας.

Ὁ μῦθος πρὸς ἄνδρας τὰς ἐναντίως ἔχοντας  
 τὰς δόξας, καὶ κινδύνους ἑαυτοῖς ἐπιφέροντας.

Μῦθος τξθ'. Ὀρνιθοθήρας, Πέρδιξ, καὶ Ἀλεκτοεῖσκος.

**Ο**ρνιθοθήρα φίλος ἐπῆλθεν αἰφνης, μέλλοντι  
 θύμβραν, καὶ σέλιμα δειπνήσειν. Ὁ δὲ κλωβὸς  
 εἶχεν οὐδέν, εἰ γὰρ ἠγρεύκει. Ὄρμησε δὲ πέρ-  
 δिका ποικίλον θύσων, ὃν ἠμερώσας εἶχεν εἰς τὸ  
 θηρέειν. Ὁ δ' αὐτὸν οὕτως ἰκέτευε μὴ κτεῖναι.  
 τὸ λοιπὸν δικτύῳ τί ποιήσεις, ὅταν κυνηγῆς; τίς  
 δέ σοι συναθροίσει εὐωπῶν ἀγέλην ὀρνέων φι-  
 λαλλήλων; τίνος μελωδῆ πρὸς ἦχον ὑπνώσεις;  
 Ἀφῆκε τὸν πέρδικα, καὶ γεννητὴν ἀλεκτοεῖ-  
 σκον συλλαβεῖν ἠβουλήθη. Ὁ δ' ἐκ τοῦ τέ-  
 γος κλαγγὴν εἶπε φωνήσας. πόθεν μαθήσεις  
 πόσον εἰς ἔω λείπει, τὸν ὠρομαθὴν ἀπολέσας;  
 πῶς γνώσῃ πότ' ἐννυχέυει χρυσότοξος ὠρίων;  
 Ἔργων δὲ τίς σε πρῶινῶν ἀναμνήσει, ὅτε δρο-  
 σῶδης ταρσός ἐσιν ὀρνίθων; Κάκεινος εἶπεν. οἶ-  
 δας χρυσίμης ὥρας. ὅμως δὲ δεῖ σχεῖν τι δειπ-  
 νήσει.



begit . Sed Asinus ad eum , qui suos humeros fuste caedebat , conversus , At qui , inquit , heri , et prius etiam , hoc idem faciens Simius , magnam vobis attulit voluptatem .

Fabula eos homines respicit , qui falsam sui opinionem habentes , sibi quoque pericula inferunt .

Fab. CCCLXIX. Venator , Perdix , et Gallus .

**V**enatori cuidam , dum satureia atque apio sibi coenam parabat , amicus repente supervenit . Is vero quum nullas aves haberet in cavea , nihil enim ea die venatus fuerat , confestim ad Perdicem quamdam interficiendam se contulit , quam cicurem fecerat , et ad venandum egregie docuerat . Quod ubi illa vidit , ne se occideret , exorabat ; quid enim , aiebat , me caesa , tibi retia proderunt , si quando venatum exhibis ? Quis tibi avium turmas , quae se mutuo tam amant , ac tam cernunt acutum , congregabit ? Cuius cantantis ad carmen somnum captabis ? His auditis Venator Perdicem dimisit , et ad Gallum capiendum se convertit . At ille ex summo tecti fastigio clamans , Quomodo posthac , aiebat , scire poteris , quantum ortus distet aurorae ? Si me horarum indicem neci dederis , quomodo scies , quando noctem agat aureo arcu decorus Orion ? Quis tibi quae mane sunt facienda commemorabit , quando nimirum avium roscidi pedes sunt ? Sed



Ὅτι τῷ ἀνδρὶ δαλέυειν ἐπιθυμίας εἰθισμένῳ, εἰδὲς λόγος ἰσχυρὸς πρὸς τὸ μὴ πράττειν αἰεὶ τὰ κατ' ἡδονήν.

Μῦθος τό. ὄνος καὶ Κύων.

**Ο**νος καὶ κύων ἐν ταύτῳ ᾠδοιπόρου. Ἐυρόντες δὲ ἐπὶ γῆς ἐσφραγισμένον γραμμάτιον, ὃ ὄνος λαβὼν, καὶ ἀναρρήξας τὴν σφραγίδα, καὶ ἀναπτύξας, διεξήει εἰς ἐπήκοον τῆ κυνός. Περὶ βοσκημάτων δὲ ἐτύγχανε τὰ γράμματα, χόρτε τέ, φημι, καὶ κειθῆς καὶ ἀχύρα. Ἀιδῶς ἐν ὃ κύων, τοῦ ὄνου ταῦτα διεξιόντος, διέκειτο· ἐνθου τι καὶ ἔφησε τῷ ὄνω· ὑπόβαθι, φίλτατε, μικρὸν, μή τι καὶ περὶ κρεῶν καὶ ὀστέων ἕυρης διαλαμβάνων. Ὁ δὲ ὄνος ἅπαν τὸ γραμμάτιον διεξελθὼν, καὶ μηδὲν εὐρηκῶς ὧν ὁ κύων ἐζήτει, ἀντέφησεν αὐτῷ ὁ κύων· βάλε κατὰ γῆς, ὡς ἀδόκιμον πάντη, φίλε, τυγχάνων.

Μῦθος τοῦ. Γηπόνος, ὄνος, καὶ Βῆς.

**Ο**νον τις ἔχων καὶ τῷ βοῖ συζεύξας ἡροτεία, πτωχῶς μὲν ἀλλ' ἀναγκαίως. Ἐπεὶ δὲ τὸ ἔργον ἐπληρώθη, λύειν μέλλων αὐτῆς, ἢ ὄνος διηρώ-



Venator, Aptas, inquit, venationi tempestates bene cognoscis, attamen aliquid oportet habere, quod amicus meus coenare possit.

Docet haec fabula, quod homini cupiditatibus servire sueto, nulla ratio tam valida esse potest, quin omnia ad voluptatem referat.

Fab. CCCLXX. Asinus et Canis.

**A**sinus et Canis idem iter faciebant; et quum forte obsignatam epistolam humi iacentem invenissent, Asinus eam colligit, signum demit, explicat, et Cani, ita ut intelligere posset, legere incipit. Sermo de pascuis in ea forte fiebat, nempe de foeno, de hordeo, et palea. Stomachari itaque Canis, et aegre ferre, Asino haec legente: quapropter ei dixit, Amice suavissime, paullisper progredere, ut sciam, an aliquid etiam de carnibus et ossibus hac in epistola scriptum sit. Tunc Asinus tota perlecta, quum nihil de iis, quae Canis quaerebat, invenisset, Abiice protinus, Canis ait; adulterina enim, amice, haec epistola omnino est.

Fab. CCCLXXI. Agricola, Asina, et Bos.

**P**auper quidam Agricola quum Asinam, quam habebat Bovi iunxisset, necessitate coactus his terram arabat. Opere autem expleto, quum eos



τα τὸν βῆν, τίς ἄξει τῷ γηπόνῳ τὰ σκέυη; Ὁ δὲ πρὸς αὐτὴν εἶπε· πάντως ὅσπερ εἶωθε.

Μῦθος τοβ'. Παρακαταθήκας εἰληφῶς  
καὶ Ὀρκος.

**Π**αρακαταθήκας τις λαβὼν φίλα ἀποσερεῖν διανοεῖτο. Καὶ δὴ προσκαλεμένε αὐτὸν ἐκείνους ἐπὶ ὄρκον, εὐλαβέμενος εἰς ἀγρὸν ἐπορεύετο. Γενόμενος δὲ κατὰ τὰς πύλας, ὡς ἐθεάσατό τινα χωλὸν ἐξιόντα, ἐπυνθάνετο αὐτῷ τίς τε εἴη, καὶ πῶς πορεύοιτο; Τῷ δὲ εἰπόντος αὐτὸν ὄρκον εἶναι, καὶ ἐπὶ τῆς ἀσεβεῖς βαδίζειν, ἐκ δευτέρου ἠρώτα, διὰ πόσους χρόνους φοιτᾷν ταῖς πόλεσιν εἶωθεν. Ὁ δὲ ἔφη· διὰ τεσσαράκοντα ἐτῶν, ἐνίοτε δὲ καὶ διὰ τετράκοντα. Καὶ ὅς ἐδὲν μελήσας τῇ ὑστεραίᾳ ὤμοσε μὴ εἰληφῆναι τὴν παρακαταθήκην. Περιπεσὼν δὲ τῷ ὄρκῳ, καὶ ἀπαγόμενος ὑπ' αὐτῷ ἐπὶ κρημνὸν, ἠτιᾶτο αὐτὸν ὡς, προειπὼν αὐτῷ ὡς διὰ τετράκοντα ἐτῶν ἐπιπορεύεσθαι, οὐδὲ πρὸς μίαν ἡμέραν ἄδειαν δέδωκεν. Ὁ δὲ ὑπολαβὼν ἔφη· ἀλλ' εὖ ἴσθι, ὡς ὅταν μέλλῃ τις ἀνιᾶσαι, καὶ αὐθημερὸν ἐπιφοιτᾷν εἶωθε.



iugo esset soluturus, Asina Bovem interrogavit, Quis eorum Agricolae instrumenta domum referre deberet. Cui ille respondit, Qui antea solitus, omnino nunc etiam referet.

Fab. CCCLXXII. Pecuniae surreptor  
et Iuramentum.

**P**ecuniam quum quidam penes se custodiendam ab amico accepisset, ei illam surripere cogitavit. Et sane quum in ius ab amico, ut iureiurando ad restitutionem adigeretur, vocatus esset, id ille cupiens evitare rus abiit. Sed ubi ad urbis portam pervenit, quum claudum quemdam exeuntem animadvertisset, eum quis esset, et quo tenderet, interrogavit. Qui quum respondisset se Iuramentum esse, et alias in urbes ad periuros puniendos se se ferre, iterum interrogavit, quanto tempore singulis in urbibus commorari soleret. Cui ille, Modo quadraginta annos, inquit, modo triginta. His verbis alter inductus, postera die, nulla reverentia habita, se nullam ab amico pecuniam accepisse iuravit. At mox quum denuo in Iuramentum incidisset, et ab eo in praeceptis quoddam, in periurii poenam, ageretur, ipsum vehementer accusare, quod prius quidem se triginta saltem annos longe ab ea urbe futurum dixisset, ac postea nedum una die sibi tranquillum esse permisisset. Ad haec autem Iuramentum respondens, Hoc



Ὁ λόγος δηλοῖ, ὅτι ἀδιόριστός ἐστιν ἡ κατὰ τῶν ἀσεβῶν ἐκ θεῶν τιμωρία.

Μῦθος τογ'. Ποιμὴν καὶ Λύκος.

**Π**οιμὴν μικρὸν λύκον εὐρών ἐθρέψατο, εἶτα σκύμνον γενόμενον ἐδίδαξεν ἀρπάζειν ἐκ τῶν σύγγυς ποιμνίων. Ὁ λύκος δὲ διδαχθεὶς ἔφη· ὄρα, μήπως σὺ ἐθίσας με ἀρπάζειν, πολλὰ τῶν σεαυτῆ προβάτων ζητήσης.

Οἱ τῆ φύσει δεινοὶ ἀρπάζειν καὶ πλεονεκτεῖν μαθόντες, τὸς διδάξαντας πολλάκις πλείονα ἔβλαψαν.

Μῦθος τοδ'. Γεωργός, Παῖς, καὶ Κολοιοί.

**Π**λειάδος δυσμαὶ ἤσων σπόμε ἐν ὄρῃ, καὶ τις γεωργός ἐν κλήρῳ πυρὸς σπείρας, ἐφύλαττεν ἐσῶς, καὶ γὰρ ἄκευτον πλήθει, μέλαν κολοιῶν ἔθνος ἦλθε δυσφώνων, καὶ ψάρες ὀρύκται σπερμάτων ἀρραίων. Τῷ δ' ἠκολούθει σφενδύνην ἔχων κοίλην παιδίσκος. Οἱ δὲ ψάρες ἐκ συνηθείας ἠκρον εἰ τὴν σφενδύνην ποτ' ἰθύκει, καὶ πρὸν βαλεῖν ἔφευγον. Ἐυρε δὲ τέχνην ὁ γεωργός ἄλλην. Τότε παῖδα φωνήσας ἐδίδασκεν· ὦ παῖ, χρὴ γὰρ ὀρνέων ἡμᾶς σοφῶν δηλῶσαι φίλους, ἠνίκ' αὐ



scias, inquit, quod si quis unquam mihi iniuriam inferre meditatur, ipsamet etiam die redire soleo.

Fabula declarat quod scelestorum hominum poena ex Deo, indeterminata est.

Fab. CCCLXXIII. Pastor et Lupus.

**P**astor Lupum parvulum quum invenisset, eum penes se enutrivit, ac ubi adolevit, pecudes ex vicinis armentis rapere docuit. Quod Lupus quum egregie didicisset, Cave, olim Pastori ait, ne me rapiendi artem postquam docueris, multas ex tuis gregibus oves desideres.

Fabula monet, quod improbi homines ad rapinas malasque artes edocti, saepe praeceptores suos innumeris damnis affecere.

Fab. CCCLXXIV. Agricola, Puer, et Graculi.

**P**leiadum occasus aderat, iamque Agricola quidam paternis in arvis triticum severat, ad eiusque custodiam vigilabat. Innumera enim atque atra graculorum stridentium turba, nec non sturni, seminum pestis, eius in campos convolare solebat. Sequebatur eum puer fundam gerens: sturni autem ad fundae strepitum audiendum intenti stabant, et antequam iacularetur, fuga se se subducebant. Agricola itaque aliam fraudem excogitavit, puerumque his admonuit: Puer mi, oportet nos



τοίνυν ἔλθωσιν, ἐγὼ μὲν ἄρτον αἰτήσω, σὺ δ' εἰ  
 τὸν ἄρτον, σφενδόνην δέ μοι δώσεις. Οἱ ψᾶρες  
 ἤλθον, καὶ νέμοντο τὴν χώραν. Ὁ δ' ἄρτον αἰτεῖ  
 καθάπερ εἶχε συνθήκην. Οἱ δ' οὐκ ἔφυγον· τῷ  
 δ' ὁ παῖς λίθων πλήρη τὴν σφενδόνην δέδωκεν.  
 Ὁ δὲ γέρον ρίψας, τῷ μὲν τὸ βρέγμα, τῷ δὲ  
 ἔτυψε τὴν κνήμην, ἑτέρας τὸν ὤμον. Οἱ δ' ἔφυ-  
 γον ἐκ χώρας. Γέρανοι συνήντων, καὶ τὸ συμβάν  
 ἠρώπων. Καί τις κολοῖος εἶπε· φεύγετ' ἀνθρώπων  
 γένος πονηρὸν, ἄλλα μὲν πρὸς ἀλλήλους λαλεῖν  
 μαθόντων, ἄλλα δ' ἔργα ποιόντων.

Μῦθος τοῦ "Αἰσωπος ἐν ναυπηγίῳ.

**Αἰσωπός** ποτε ὁ λογοποιός σχολὴν ἄγων, εἰς  
 ναυπήγιον εἰσῆλθεν. Τῶν δὲ ναυπηγῶν σκο-  
 πόντων τε αὐτὸν, καὶ ἐκκαλουμένων εἰς ἀπόκρυσιν,  
 ὁ "Αἰσωπος ἔλεγε τὸ παλαιὸν χάος, καὶ ὕδωρ  
 γενέσθαι, τὸν δὲ Δία βουλόμενον καὶ τὸ γῆς στοι-  
 χεῖον ἀποδείξαι, παραινέσαι αὐτῇ ὅπως ἐπὶ τρεῖς  
 ἐκροφήσῃ τὴν θάλασσαν, καὶ κείνη ἀρξαμένη τὸ  
 μὲν πρῶτον τὰ ὄρη ἐξέφηνεν· ἐκ δευτέρου δὲ ἐκ-  
 ροφήσασα, καὶ τὰ πεδία ἀπεγύμνωσεν· εἰάν δὲ

1. Hanc fabellam Aesopo etiam asserit Aristoteles Meteorologic. lib. 2. cap. 3. nec non eius Commentatores



avium tam callidarum amicos praeberere : quapropter, si quando venerint, ego quidem panem petam; tu vero non mihi panem sed fundam porriges. His ita compositis, haud mora sturni rediere, et in eius arvis pascere coeperunt. Tunc Agricola, ut statutum fuerat, panem petiit; quo audito haud sturni fugere; sed Puer fundam lapidibus plenam ei praebeuit, quos senex quum magna vi coniecisset, illi sinciput, illi crura, huic humerum eo ictu confregit. Quo aves territae protinus e campis diffugere. Quibus quum forte grues occurrissent, et quid illis contigisset interrogassent, Graculorum quidam ita respondit: Fugite perversum hominum genus, qui alia quidem dicunt, alia faciunt.

Fab. CCCLXXV. Aesopus in navali.

**O**lim Aesopus fabulator otium agens, in navale ingressus est. Quem quum navium fabricatores vidissent, et provocassent, ut fabellam narraret, sic ille exorsus est. Erat olim Chaos et Aqua; Iuppiter autem, quum terram quoque, quae mari obruta erat, expromere vellet, eam admonebat, ut uno atque altero haustu mare absorberet. Terra itaque id opus aggrediens, primo quidem haustu montes emisit, secundo vero pla-

Alexander Aphrodisiensis, et Olympiodorus *action.* vel *lection.* 18. Lectio autem Vatic. Cod. longe melior est.



δόξη αὐτῇ καὶ τὸ τρίτον ἐκπιεῖν τὸ ὕδωρ, ἄχρηστος  
ὕμιν ἢ τέχνη γενήσεται.

Ὅτι οἱ τὰς κρείττονας χλοιάζοντες, λανθάνουσι  
μειζόνως ἑαυτοῖς τὰς ἀνοίας ἐξ αὐτῶν ἐπισπώμενοι.

Μῦθος τὸς'. Ταῶν καὶ Γέρανος.

**Τ**αῶν ποτε γέρανος κατεγέλα, ἐκκωμῶδ᾽ ἔσα τὴν  
χρείαν τῆ ὀρνέου, λέγουσα πάλιν μυκτηρισμούς  
ἀθέστους, ὡς αὐτὴ χρυσὸν καὶ πορφύραν φορᾶσα,  
ὡσπέρ τις ἀναξ, φησὶ, τυγχάνω. Ὁ δὲ πρὸς αὐτὴν  
ποιᾶντα ἔπος λέγει· ἀλλ' ἐγὼ φωνῶ ἐγγιστα τῶν  
ἀστέρων, καὶ εἰς οὐρανῶν ἀνίπταμαι τὰ ὕψη, σὺ  
δ' ὡς ἀλέκτωρ, κάτωθεν βηματίζεις, μετὰ ὀρνί-  
θων καὶ τῶν ἀλεκτορείδων.

Ὅτι κρεῖσσόν ἐστιν περιβλεπτόν τινα εἶναι ἐν  
πενιχῶ ἑσθῆτι, ἢ ζῆν ἀδόξως ἐν πλούτῳ γαυ-  
ρούμενον.

Μῦθος τὸς'. Τοῖχος καὶ Πάλος.

**Τ**οῖχος σπαραττόμενος ὑπὸ πάλου βιαίως, ἐ-  
φώνει τί με σπαράττεις μηδὲν ἠδικηκότα; Καὶ ὅς,  
ἐκ ἐγώ, φησιν, αἴτιος τέττα, ἀλλ' ὄπιθεν σφο-  
δρῶς με τύπτων.

(1) Ταῶν. Lexica hanc vocem masculino genere pro-  
ferunt.



nitiam patefecit; quod si tertium quoque haustum addidisset, et aquam absorbuisset, ars vestra inutilis esset.

Ita qui potentiores irrident, nescii dementiae suae tandem poenas luunt.

Fab. CCCLXXVI. Pavo et Grus.

**P**avo olim Gruem deridebat, eiusque paupertatem mordacibus dictis incessebat, aiens: Ego quidem regis ad instar auro et purpura indutus sum. Et ego, Grus respondit, prope ad astra meam vocem tollo, et usque ad sublimia coeli volo; tu vero quasi gallus continuo serpis humi, gallinarum et gallorum admixtus gregi.

Fabula demonstrat, quod melius est spectabilem esse paupere sub yeste, quam divitiis superbientem vitam ducere ignominiosam.

Fab. CCCLXXVII. Murus et Vectis.

**M**urus violenter a Vecte concussus, Quid ita, aiebat, me exagitas, nulla a me offensus iniuria? At Vectis, Non ego, inquit, huiusce rei causa sum, sed qui validis ictibus me retro impellit.



Μῦθος τοῖ. Βοῦς καὶ Φρυῖνος.

**Φ**ρυῖνου γέννημα σιωπάτισε βοῦς πίνων. Ἐλ-  
 θῆσα δ' αὐτόσε, ἔ παρῆν γάρ, ἢ μήτηρ, παρὰ  
 τῆς ἀδελφῶν πᾶ ποτ' ἦν ἐπεζήτει. Τέθνηκε, μῆ-  
 τερ, εἶπον, ἄρτι πρὸ τῆς ὥρας. Ἦλθε γάρ πά-  
 χισον τετράπουν, ὑφ' οὗ κεῖται χηλῆ μαλαχθεῖς.  
 Ἡ δὲ ἰ φρυῖνος ἠρώτα φυσῶσ' ἐαυτὴν, εἰ τοιοῦτον  
 ἦν ὄγκω τὸ ζῶον. Οἱ δὲ, πάυε, μὴ ποιῆ, μῆτερ.  
 θᾶσσον σεαυτὴν, εἶπον, ἐκ μέσε ρήξεις, ἢ τὴν  
 ἐκείνε ποιότητα μιμήση.

Ἔστι ἐπικίνδυνον τοῖς ἐλάττωσι παρατείνεσθαι  
 τοῖς μείζουσιν.

Μῦθος τοῦ. Χαραδριός, καὶ αὐτῆ Παῖδες.

**Χ**αραδριός ἦν τις ἐν χλόῃ νεοττεύων, τῷ κο-  
 ρυδαλῷ πρὸς τὸν ὄρθρον ἀντάδων, καὶ παῖδας  
 ληίου κόμαις θρέψας, λοφῶντας ἤδη καὶ πτερίσιν  
 ἀκμαίεσ. Ὁ δὲ τῆς ἀρούρης δεσπότης, ἐποπτέυων  
 ἀνθρῶν ἐν τὸ θέρος, εἶπε· νῦν ὦρη πάντας κα-  
 λεῖν με τῆς φίλους ἴν' ἀμήσω. Καί τις χαραδριῶ  
 τῆς λοφοφόρων παίδων ἠκασεν αὐτῆ, τῷ τε πατρὶ  
 μηνύει, σκοπεῖν κελεύων πᾶ σφέας μεταστήσει.

1. φρυῖνος. Lexica hanc vocem ἀρσενικῶς usurpant.

2. Charadrius fluviatilis cuiusdam avis nomen est,  
 de qua Aristophan. in Av. v. 267. 1141. et Suidas in voce.



## Fab. CCCLXXVIII. Bos et Rana .

**B**os olim bibens Ranae filium conculcavit . Mater deinde , quae tum forte aberat , quum super-venisset , et a ceteris fratribus , ubinam is esset , postularet , Occubuit , dixere , Mater : quadrupes enim maximum huc nuper accessit , eiusque pede pressus infelix vitam amisit . Id audiens Rana se se inflare coepit , simulque interrogabat , an tale tantumque illud animal esset . At illi , Desine , dixere , Mater ; nam prius disrupta iacebis , quam eius magnitudinem imiteris .

Fabula ostendit , parvis cum magnis contendere summopere esse periculosum .

## Fab. CCCLXXIX. Charadrius , et eius Filii .

**A**vis quaedam , Charadrius dicta , quae mane cum Galerita cantare solebat , viridi in tritico nidum posuerat , natosque suos iam cristatos atque pennatos maturis aristis enutriebat . At campi illius possessor , quum aestatem iam ad summum pro-jectam animadvertisset , Nunc tempus est , ait , ut meos omnes amicos ad metendum convocem . Haec ita dicentem quum ex nido filiorum quidam audisset , matri illico renuntiavit , rogans simul , ut lo-

Hanc autem fabellam ab Aesopo egregie expressit Aulus Gellius , *Noct. Attic. Lib. II.*



Ὁ δὲ εἶπεν· ὄυπω καιρός ἐστι τῷ φεύγειν· ὅς τοῖς φίλοις πέποιθεν ἐκ ἄγαν σπέυδει. Ὡς δ' αὖθις ἐλθὼν, ἠλίου θ' ὑπ' ἀκτίνων ἤδη ρέοντα τὸν σάχων θεωρήσας, μισθὸν μὲν ἀμήτορσιν αὖριον πέμπειν, μισθὸν δὲ πᾶσι δραγματοφόροις δώσειν ἔλεγε, εἶπε χαραδριὸς πᾶσι νηπίοις ὄυτως· νῦν ἐσιν ὦρη, παῖδες, ἀλλαχῶ φεύγειν, ὅτ' αὐτὸς αὐτῶ κού φίλοις πισεύει.

Ὁ μῦθος διδάσκει ἡμᾶς ἐπιμελεῖσθαι τῶν οἰκείων, ὅση δύναμις, καὶ μὴ καταφρονεῖν, θάρρῶντας ταῖς τῶν φίλων συωδρομαῖς.

Μῦθος τπ'. Χειμῶν καὶ Ἔαρ.

**Χ**ειμῶν ἔσκαψε εἰς τὸ ἔαρ, καὶ αὐτὸ ὠνείδισε, ὅτι εὐθύς φανέντος ἠσυχίαν ἄγει ἔτι εἰδείς, ἀλλ' ὁ μὲν τις ἐπὶ λειμῶνας, καὶ ἄλση γίνεται, ὅτῳ ἄρα φίλον δρέπεσθαι ἀνθέων, καὶ κρῖνων, ἢ καὶ ρόδον τι, περιαγαγεῖν τε τοῖς ἑαυτῶ ὕμμασιν, καὶ παραθέσθαι ἢ παρὰ τὴν κόμην· ὁ δὲ ἐπιβάς νεῶς καὶ διαβαίνων πέλαγος ἐν τύχῃ, παρ' ἄλλης ἤδη ἀνθρώπου ἐρχεται· καὶ ὅτι ἅπαντες ἀνέμων, ἢ πολλῶ ἕξ ὄμβρων ὕδατος ἔχουσι φροντίδα· ἐκέτι ἐγὼ, ἔφη, ἄρχοντι, καὶ αὐτοδεσπότῃ



cum alium, quo inde migrare possent, inquireret. At mater nondum fugiendi tempus esse affirmabat, aiens, quod qui in amicis confideret, non valde festinaret. Quum autem illuc iterum sole sub ardenti campi dominus se contulisset, ac maturam segetem iamque humi diffluentem vidisset, tandem, qui meterent, atque manipulos ferrent, crastina die soluta mercede vocare decrevit. Quae nati quum matri renunciassent, Nunc, filii, tempus est, ait, ut nos alio fugiamus; is enim non amplius amicis, sed sibimetipsi confidit.

Nos fabula docet, domesticarum rerum curam quanta vi possumus esse gerendam, eosque spernendos, qui in amicorum auxilio spem suam omnem reponunt.

Fab. CCCLXXX. Hyems et Ver.

**H**yems olim dicteris Ver incessere, eique probra iniicere coepit, aiens, quod ipsum simul ac appareret, nemo amplius se quietum teneret, sed ille quidem per nemora ac prata vagari, ille flores decerpere, ac liliis et rosis sibi tempora aut comas coronare gauderet, alii vero conscensa navi immensa maria traicerent; omnes denique sibi a ventis, vel immodicis pluviis caverent. Se contra duci cuidam aut imperatori similem esse dicebat, quod nempe omnes homines non oculos ad



ἔοικα, καὶ εἶδ' εἰς ἔρανόν, ἀλλὰ κάτω που, καὶ εἰς τὴν γῆν ἐπιτάττω βλέπειν, καὶ δεδιέναι καὶ τρέμειν, καὶ ἀγαπητῶς διημερεύειν ἐστὶν ὅτε οἴκοι ἠνάγκασα; Τοιγαροῦν, ἔφη τὸ ἔαρ, σου μὲν καὶ ἀπαλλαγῆεν ἄνθρωποι ἀσμένως· ἐμῶ δὲ αὐτοῖς καλὸν καὶ αὐτὸ εἶναι δοκεῖ τοῦνομα· καὶ νῆ μά Δία γε ὀνομάτῳ κάλλιστον, ὥστε καὶ ἀπόντος μέμνυται, καὶ φανέντος ἐπαγάλλονται.

Μῦθος τπά. Χελιδῶν καὶ Κορώνη.

**Χ**ελιδῶν ἔφη πρὸς τὴν κορώνην· ἐγὼ παρθένος, καὶ ἀθίωαία, καὶ βασίλισσα, καὶ βασιλέως τῶν Ἀθιωῶν θυγάτηρ· προσέθηκε δὲ καὶ τῷ Τηρέως τὴν βίαν, καὶ τὴν ἄποκοπὴν τῆς γλώττης. Καὶ ἡ κορώνη ἔφη· τί ἂν ἐποίησας, εἰ τὴν γλώτταν εἶχες, ὅπερ τμηθείσης τσαῦτα λαλεῖς;

Ὅτι οἱ διὰ τῶ λόγῳ ἀλαζόνες ψευδολογοῦντες ἑαυτοῖς ἔλεγχος καθίστανται.

Μῦθος τπβ'. Φύλλα καὶ Βοῦς.

**Ψ**ύλλα δὴ ποτε τὸν βοῦν ἔπος ἠρώτα· τί δὴ παθῶν ἀνθρώποις ὁσημέραι δουλεύεις, καὶ ταῦτα ὑπερμεγέθης καὶ ἀνδρείος τυγχάνων ἐμοῦ σάρκας αὐτῶν οἰκτίσως διασπώσης, καὶ τὸ αἷμα χανδὸν πινούσης; καὶ ὅς οὐκ ἄχαρις ἔσομαί, φησι,



coelum tollere, sed humiles in terram respicere iuberet, eisque tremorem ac horrorem iniiceret, et quandoque etiam domi libenter morari cogeret. Tum Ver ad haec, Proinde, ait, te omnes homines facile commutarent; nomen vero meum vel ipsum illis pulcrum esse videtur. Et sane Veris nomen est omnium pulcherrimum, ita ut ipsum, et quum absum commemorent, et quum redeo exsultent.

Fab. CCCLXXXI. Hirundo et Cornix.

**H**irundo ita olim Cornicem est alloquuta: Ego virgo sum, ego Atheniensis, atque regina, nec non regis Atheniensium filia. His expositis narravit etiam ut a Tereo violata, ac sibi lingua ab eodem excisa fuisset: quapropter Cornix, Heu, quid esset, exclamavit, si linguam haberes, quum tam garrula sis, postquam tibi dempta fuit?

Ita qui falsa iactanter enarrant, se ipsos tandem falsitatis arguunt.

Fab. CCCLXXXII. Pulex et Bos.

**P**ulex sic olim Bovem interrogavit. Quid causae est, quod tu, qui tam magnus ac fortis es, hominibus quotidie inservias, dum ego eorum carnes acriter vellico, et sanguinem hianti ore bibo? Ego, Bos ait, in hominum genus ingratus non sum;



μερόπων γένει· στέργομαι γὰρ παρ' αὐτῶν καὶ φιλεῖμαι ἐκτόπως, τρίβομαί τε συχνῶς μέτωπόν τε καὶ ὤμους. Ἡ δὲ, ἀλλ' ἐμοὶ γοῦν τέως τῇ δειλαίᾳ ἢ σοι φίλη τρίψις ὀικτιστος μόρος, ὅτε καὶ τύχη, συμβαίνει.

Ἔστι οἱ διὰ τῶν λόγων ἀλαζόνες, καὶ ὑπὸ τοῦ εὐτελεῶς ἠτῶνται.

### ΕΚ ΤΩΝ ΔΙΑΦΟΡΩΝ.

Μῦθος τριγ'. Ἴππος καὶ Ἐλαφος.

**Σ**πισίχορος, ἐλομένων στρατηγὸν αὐτοκράτορα πῶν Ἰμερέων Φάλαριν, καὶ μελλόντων φυλακὴν δίδόναι τοῦ σώματος, τὰλλα διαλεχθεὶς, εἶπεν αὐτοῖς λόγον, Ὡς Ἴππος κατεῖχε λειμῶνα μόνος· ἐλθόντος δ' ἐλάφε καὶ διαφθείραντος τὴν νομὴν, βελόμενος τιμωρήσασθαι τὸν ἔλαφον, ἠρώτα τινὰ ἄνθρωπον, εἰ δύναίτο μετ' αὐτῷ κολάσαι τὸν ἔλαφον. Ὁ δ' ἔφησεν· εἰάν λάβῃ χαλινὸν, καὶ αὐτὸς ἀναβῆ ἔπ' αὐτὸν, ἔχων ἀκόντια. Σιωμολογή-

τ. Hic Apologus desumptus est ex Aristotel. Rhetor. Lib. II. c. 20. ut et insequens.

Ad hanc fabulam alludit etiam Plutarchus in Vita Arati, dum de Antigono ait, quod imperator terra marique cum libera potestate renuntiatus, non prius conditionem accepit, quam merces ei imperii concessus est Acrocorinthus, ατεχνῶς τὸν Ἀισώπε μιμησάμενος κυνηγόν. Et Horat. Epistol. Lib. I. 10.



ipsi enim ingenti amore atque benevolentia continuo me excipiunt, ac frequenter mihi frontem atque humeros fricant. Tum Pulex ad haec respondens, At mihi, ait, misero contrarium fit; nam si ab illis ego fricarer, id mihi mortem funestissimam compararet.

Fabula indicat, quod qui se se verbis magnifice efferunt, demum a vili quolibet vincuntur.

## EX DIVERSIS.

Fab. CCCLXXXIII. Equus et Cervus.

**S**tesichorus, quum elegissent ducem cum summo imperio Himerenses Phalarim, et essent custodiam tradituri corporis, alia fatus, hanc eis fabulam quoque narravit. Equus olim pratum solus tenuit: quum autem veniret Cervus, et pabulum corrumpere, volens eum punire, interrogavit hominem, an posset cum ipso poena afficere Cervum. Ille affirmavit, si acciperet frenum, et ipse conscenderet eum, tenens iacula. Quum au-

*Cervus Equum pugna melior communibus herbis*

*Pellebat: donec minor in certamine longo*

*Imploravit opes hominis frenumque recepit.*

*Sed postquam victor violens discessit ab hoste,*

*Non equitem dorso, non frenum depulit ore.*

Exstat etiam ἄλλως in Nicephoro Basilaca, inter Excerpta Allatii.



σαντος δὲ, καὶ ἀναβάντος, ἀντὶ τῆς τιμωρήσασθαι αὐτὸς ἐδούλωσεν ἤδη τῷ ἀνθρώπῳ. "Οὕτω δὲ καὶ ὑμεῖς, ἔφη, ὁρᾶτε, μὴ τῆς πολεμίας βουλόμενοι τιμωρήσασθαι, ταῦτὸ πάθῃτε τῷ ἵππῳ· τὸν μὲν γὰρ χαλινὸν ἤδη ἔχετε, ἐλόμενοι στρατηγὸν αὐτοκράτορα, εἰάν δὲ φυλακὴν δῶτε, καὶ ἀναβῆναι ἐάσητε, δελεύσετε ἤδη Φαλάριδι.

Μῦθος τπδ'. Ἀλώπηξ καὶ Ἐχῖνος.

**Α**ισωπος ἐν Σάμῳ συνηγορῶν δημαγωγῷ κρινομένῳ περὶ θανάτου, ἔφη, Ἐχῖνος διαβαίνεσθαι ποταμὸν ἀπωθῆναι εἰς φάραγγα. Οὐ δυναμένῳ δὲ ἐκβῆναι, πολὺν χρόνον κακοπαθεῖν, καὶ κυωραῖσας πολλὰς ἔχεισθαι αὐτῆς· ἐχῖνον δὲ πλανώμενον, ὡς εἶδεν αὐτὴν, κατοικτεῖραντα ἐρωτᾶν, εἰ ἀφέλοι αὐτῆς τῆς κυωραῖσας, τὴν δὲ εἰς ἑᾶν. Ἐρομένης δὲ διὰ τί, φάναι· ὅτι ἔτοι μὲν πλήρεις μετ' ἤδη εἰσὶ, καὶ ὀλίγον ἔλκεσιν αἷμα, εἰάν δὲ τέτρε ἀφέλῃ, ἕτεροι ἐλθόντες πειῶντες, ἐκπιᾶνταί με τὸ λοιπὸν αἷμα. Ἀτὰρ εἰ καὶ ὑμᾶς, ἔφη, ὦ ἄνδρες Σάμιοι, ἔπος μὲν εἰδὲν ἔτι βλάπτει, πλῆσιος γὰρ ἐσιν. Ἐάν δὲ τῶτον ἀποκτείνῃτε, ἕτεροι ἤξεισι πένητες, οἳ ὑμῖν ἀναλώσει τὰ κοινὰ κλέπτοντες.

1. Apologum hunc, paucis immutatis, ab Aesopo mutuatus est Tiberius Imperator, quum causam redderet, quare Praesides Provinciarum non facile mutandos, nec, nisi defunctis, successores dandos existimavit.



tem conditionem accepisset, et ille eum conscendisset, loco puniendi Cervum, ipse confestim homini servivit. Ita etiam vos videte, inquit Stesichorus, ne hostes punire volentes, eadem patiamini, quae Equus. Frenum enim iam habetis, postquam ducem cum summo imperio elegistis. Si vero etiam custodiam tradideritis, et conscendere permiseritis, servietis confestim Phalaridi.

Fab. CCCLXXXIV. Vulpes et Erinaceus.

**A**esopus in Samo quum patronus esset duci populi causam de capite habenti, hanc fabellam retulit. Vulpes quum flumen traiceret, in voraginem decidit: ex qua quum minime posset exire, diu male affecta fuit, ipsique multae caninae muscae adhaeserunt. At Erinaceus qui per inde forte vagabatur, ut eam vidit, misericordia captus, interrogavit, num ab ipsa caninas muscas abigeret. At illa omnino vetavit. Cuius rei causam quum ille quaereret, ei Vulpes respondit, Quoniam istae quidem plenae, mei iam sunt, et parum sanguinis sugunt; si vero has abegeris, aliae venientes famelicae exhaurient mihi reliquum sanguinis. Igitur etiam vobis, inquit Aesopus, o viri Samii, iste non amplius nocet; dives enim est. Si vero hunc interfeceritis, alii venient pauperes, qui vobis dilapidabunt publica, depeculantes.

Vide Iosephum *Antiquit. Iudaic.* Lib. XVIII. Occurrit etiam apud Plutarchum, *An seni ger. Resp.*



## Μῦθος τπέ. Ὀρνεα κὺ Γλαύξ.

**Τ**ὰ ὄρνεα ξυῆλθε πρὸς τὴν γλαῦκα, καὶ εἶπετο, τῆς μὲν ἀπὸ τῆς οἰκοδομημάτων ὅπῃς ἀπάνισταθαι, πρὸς δὲ τὰ δένδρα τὴν καλιάν, ὡσπερ καὶ αὐτὰ, καὶ τοὺς τέτων καταπήγνυθαι κλωῶνας, ἀφ' ὧν καὶ ἄδειν ἐστὶν εὐσημότερον· κὺ δὴ κὺ πρὸς δρυῖν ἄρτι ταυτηνὶ φυομένῳ, ἐπειδὴ πρὸς ὄραν ἀφίκεται ἐτοίμως ἔχειν ἰζάνειν, καὶ τῆς χλοερᾶς κόμης ἀπόναθαι. Ἀλλ' οὖν τὴν γε γλαῦκα μὴ τοῦτο τοῖς ὀρνέοις ποιεῖν παραινεῖν, μηδὲ φυτῶν βλάβη ἐφήδεσθαι, ἰξὸν πεφυκότος φέρειν πτηνοῖς ὄλεθρον. Τὰ δὲ μήτε τῆς συμβελλῆς ἀποδέχεσθαι τὴν γλαῦκα, τέναντίον δὲ ἔχαιρε τῇ δρυὶ φυομένῃ· ἐπειδὴ δὲ ἰκανὰ ἦν, καθίσαντα ἐπ' αὐτὴν, ἦδε. Γενομένε δὲ τοῦ ἰξοῦ, ραδίως ἦδη ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ἀλισκόμυνα μετενόου, καὶ τὴν γλαῦκα ἐθαύμαζον ἐπὶ τῇ συμβελλῇ. Καὶ νῦν ἔτι οὕτως ἔχουσιν, ὡς δεινῆς καὶ σοφῆς οὐσίας αὐτῆς, κὺ διὰ τὸ ἐθέλουσι πλησιάζειν, ἠγέμυνα ἀγαθόν τι ἀπολάθειν τῆς ζωουσίας. Ἐπειτα, οἶμαι, προσίασι μάτῳ ἐπὶ κακῶ.

## Μῦθος τπς'. Φθεῖρες κὺ Γεωργός.

**Φ**θεῖρες γεωργὸν ἀροτριῶντα ὑπέδακνον. Ὁ δὲ δὶς μὲν τὸ ἄροτρον μεθεῖς τὸν χιτωνίσκον ἐκά-

1. Ex Dione Chrysostomo, Orat. 72. de corp. cult.



## Fab. CCCLXXXV. Aves et Noctua.

**A**ves ad Noctuam convenerunt, eamque rogarunt, ut ex aedium foraminibus emigraret, adque arbores, sicut et ipsae, harumque ramos nidum conglutinaret, unde clarius canere liceret; quin etiam quercui tum primum nascenti, quum adolevisset, commode insidere posse, atque viridi frui coma. At Noctua Aves admonuit, ne facerent, neve laetarentur super illius plantae germinatione, quae viscum procreare soleret, unde pernicies avibus oriretur. Illae vero Noctuae consilium non approbarunt, sed contra quercu crescente gavisae sunt, et super illam adultam factam sedere, atque cecinere. Nato autem visco, quum iam facile ab hominibus caperentur, sero poenitentiam egere, Noctuamque de consilio sunt admiratae: atque etiam nunc ita sunt affectae, quasi callida ea sit et sapiens, et propterea ad illam accedunt, existimantes se commodi aliquid ex eius familiaritate reportaturas. At accedunt frustra accepto malo.

## Fab. CCCLXXXVI. Pediculi et Agricola.

**P**ediculi arantem Agricola[m] morsibus infestabant. Ille subuculam ut purgaret, semel atque

2. Ex Appiano, *De Bellis Civil.* Lib. I. p. 413. Ed. Steph.



θηρον. Ὡς δὲ αὐτοὺς ἐδάκνετο, ἵνα μὴ πολλαίς ἀργοῖ, τὸν χιτωνίσκον ἔκαυσεν.

Καὶ γὰρ τὰς ἠττημένες παραενῶ τρίτε πυρὸς μὴ δεηθῆναι.

Μῦθος τπζ'. Κόκκυξ καὶ Ὀρνιθες.

<sup>1</sup> **Κ**όκκυξ ἠρώτα τοὺς λεπτοὺς ὀρνιθας, διὰ τί φεύγοιεν αὐτόν. Ὅι δὲ εἶπον αὐτῷ, ὅτι ἔση ποτὲ ἰέραξ.

Μῦθος τπή'. Κυρὸς οἰκία.

<sup>2</sup> **Κ**ύων, ἐν τῷ χειμῶνι συσπρεφόμενος, καὶ συσπαιρώμενος διὰ τὸ ριγᾶν, οἰκίῳ ποιεῖν διανοεῖται. Θέρους δ' αὐτὸς πάλιν ἐκτεταμένος καθεύδων, φαίνεται μέγας ἑαυτῷ, καὶ μήτε ἀναγκαῖον ἠγεῖτο, μήτε μικρὸν ἔργον, οἰκίαν περιβάλλεσθαι τοιαύτῳ.

Μῦθος τπθ'. Λύκος καὶ Ποιμένες.

<sup>3</sup> **Λ**ύκος ἰδὼν ποιμένας ἐδίοντας ἐν σκηνῇ πρόβατον, ἐγγυὺς προσελθὼν, ἠλίκος, ἔφη, ἂν ἦν ὑμῖν θόρυβος, εἰ ἐγὼ τᾶτο ἐποίειν;

1. Ex Plutarcho, in Vita Arati.

2. Ex eodem, in Convivio Septem Sapientum.



iterum arationem intermisit: sed quum denuo morderetur, subuculam in ignem coniectam exussit, ne saepius opus interrumperet.

Et ego victos moneo, caveant sibi, ne tertio peccato ignis poena fiat.

Fab. CCCLXXXVII. Cuculus et Aviculae.

**C**uculus parvulas aves interrogabat, Quid causae esset, quod se fugerent. Cui illae respondere, Quia aliquando accipiter eris.

Fab. CCCLXXXVIII. Canis domicilium.

**C**anis hyberno frigore contractus et in se revolutus cubans, locum in quo cubabat sibi ad domum condendam designavit. Aestate autem redeunte, et tunc exporrectis membris cubans, se maiorem locum occupare animadvertit, quam quo antea iacebat; quapropter nec necessarium, nec facile opus esse sensit, tantam domum extruere.

Fab. CCCXXXIX. Lupus et Pastores.

**L**upus quum videret Pastores in tentorio quodam ovem comedere, propius accedens, Quantus, inquit, tumultus exortus esset, si hoc ego fecissem.



Μῦθος τυ'. Πολεμιστὴς καὶ Κόρακες.

<sup>1</sup> Ἄνθρωπος δειλὸς ἐπὶ πόλεμον ἐξήει. Φθεγγαμένων δὲ κοράκων, τὰ ὄπλα θείσιν ἠσύχαζεν. Ἐἶτα ἀναλαβὼν αὐθις ἐξήει, καὶ φθεγγομένων πάλιν ὑπέστη, καὶ τέλος εἶπεν· ὑμεῖς κεκράξεσθε μὲν μέγιστον ὡς δυνατὸν, ἐμεῖ δὲ εἰ γεύσεσθε.

Μῦθος τυά'. Ἥλιος καὶ Βορέας.

<sup>2</sup> Ἥλιος τὸν βορέαν ἐνίκησεν· ὁ γὰρ ἄνθρωπος τῷ μὲν ἀνέμου βιαζομένου τὸ ἱμάτιον ἀφέλεσθαι, καὶ λαμπρὸν καταπνέοντος, μᾶλλον ἐσφιγγεῖ, καὶ σωεῖχε τὴν περιβολήν. Τοῦ δὲ ἡλίου μετὰ τὸ πνεῦμα θερμῶς γενομένης θαλπρόμνος, εἶτα καυματιζόμενος, καὶ τὸν χιτῶνα τῷ ἱματίῳ ᾠροσαπιδύσατο.

Μῦθος τυβ'. Ὀνε σκιά.

<sup>3</sup> Νεανίας τις θέρους ὥρα ἐμιθώσατο ἐξ ἄστειος ὄνον Μεγάραδε. Μεισούσης δὲ τῆς ἡμέρας, καὶ σφοδρῶς φλέγοντος τῷ ἡλίῳ, ἑκάτερος αὐτῶν ἐβέ-

1. Ex Plutarcho.

2 Ex eodem, in Praeceptis Coniugalibus. Exstat etiam apud Syntipam sub num. 55.



## Fab. CCCXC. Bellator et Corvi.

**T**imidus quidam homo olim ad bellum proficiscebatur. Cui quum Corvi crocitantés occurrisent, positis armis domi se continuit. Postera die idem repetens iter, eodem auspicio territus restitit. Quapropter ille indignatus, Vos quidem quantum vultis, inquit, crocitate, sed meas carnes ne voretis.

## Fab. CCCXCI. Sol et Boreas.

**S**ol aliquando Aquilonem vicisse traditur. Quum enim ventus adimere homini pallium vellet copioso flatu, arctius hic id contraxit atque tenuit. Sole autem post ventum calidis radiis eum urente, prae aestu simul cum pallio tunicam exiit.

## Fab. CCCXCII. Asini umbra.

**I**uvenis quidam aestivo tempore Asinum conduxerat, suoque ex oppido Megaram petebat. Sed quum dies in medium vergeret, et solis aestus ve-

3. Ex eodem, in *Vita Demosthenis*. Eadem haec fabella narratur etiam semel atque iterum a Suida, et exstat quoque in Proverbiis Vaticanis.



λετο ὑποδύεσθαι ὑπὸ τὴν σκιάν. Εἶργον δὲ ἀλλήλους, ὁ μὲν μεμισθωκένας τὸν ὄνον, οὐ τὴν σκιάν λέγων· ὁ δὲ μεμισθωμένος, τὴν πᾶσαν ἔχειν ἔξασίαν.

Ὁ μῦθος ἐπὶ τῶν ὑπὲρ μηδενὸς, χησίμῃ φιλοτιμημένων.

Μῦθος τηγ. Πένθες γέρατα.

**Φ**ασί τινα τῶν ἀρχαίων φιλοσόφων εἰσιόντα πρὸς Ἀρσινόῃ τὴν βασίλισσαν, πένθῃσαν τὸν υἱὸν, ποιούτῃ χρήσασθαι λόγῳ, φάσκον· "Ὅτι καθ' ὃν χρόνον ὁ Ζεὺς ἔνεμε τοῖς δαίμοσι τὰς τιμὰς οὐκ ἔτυχε παρὸν τὸ πένθος." Ἦδη δὲ νενημημένων, ἦλθεν ὕστερον. Τὸν οὖν Δία, ὡς ἡξίου καὶ αὐτῷ τιμῶν δίδόναι, ἀποροῦντα διὰ τὸ ἤδη καταναλωθῆαι πάσας τοῖς ἄλλοις, ταύτῃ αὐτῷ δεῖναι τὴν ἐπὶ τοῖς τελευτήσασιν γιγνομένην, οἷον δάκρυα καὶ λύπας. "Ὡσπερ οὖν τὰς ἄλλους δαίμονας, ὑφ' ὧν τιμῶνται, τούτους ἀγαπᾶν, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸ πένθος, εἴαν μὲν αὐτὸ ἀτιμάσης, ὧ γύνας, οὐ προσελθύσεται σοι, εἴαν δὲ τιμᾶται ὑπὸ σου ἐπιμελῶς, ταῖς δοθείσαις αὐτῷ τιμαῖς, λύπαις, καὶ θρήνοις, ἀγαπήσει σε, καὶ αἰεὶ τί σοι παρέξεται τοιῦτον, ἐφ' ᾧ τιμηθήσεται παρά σε συνεχῶς.



hementissimus esset, tum Iuvenis, tum Asini dominus, sub eius umbra recubare volebant. Sed alter alterum pellebat, dominus quidem, se tantum Asinum non umbram locasse, contendens, alter vero in sua potestate tunc omnia esse affirmans.

Eos fabula respicit, qui pro re inutili allaborant.

Fab. CCCXCIII. Luctus præmia.

**A**iunt quemdam veterum philosophorum ad Arsinoem reginam, quae tum filii lamentabatur mortem, accessisse, et huiusmodi sermone esse usum. Quo tempore Iuppiter honores inter Deos distribuit, forte tunc Luctus abfuit, ac omnibus iam divisus supervenit. Quumque sibi quoque tribui aliquid honoris postularet, Iuppiter omnibus iam in alios insumptis honoribus Luctui largitus est dolorem et lacrimas, quae mortuis impenduntur. Tum sic intulit: sicut ergo alii Dii eos diligunt a quibus coluntur, ita ad te quoque, regina, non accedet, si nullo honore ipsum afficias: quod si iis cum honoribus, qui ipsi sunt attributi, studiose venereris, lacrimis, inquam, et lamentis, diliget te, semperque aliquam tibi suppeditabit materiam, ob quam abs te continenter honoretur.



Μῦθος τυδ'. Ἑορτὴ καὶ Ὑσέρα.

**Φ**ασὶ τὴν Ὑσέραν εἶσαι πρὸς τὴν ἑορτὴν, λέγασαν, ὡς ἐκείνη μὲν ἐστὶ κομπώδης καὶ ἄχολος, ἐν αὐτῇ δὲ τῶν παρεσκδασμένων ἀπολάυει μεθ' ἡσυχίας. Τὴν δ' ἐν ἑορτῇ εἰπεῖν· ἀληθῆ λέγεις, ἀλλ' ἐμὲ μὴ γενομένης, πᾶ σὺ ἦθα;

Μῦθος τυέ. Δραπέτης.

**Ο**τὸν δραπέτην ἰδὼν διὰ χρόνου καὶ διώκων, ὡς κατέφυγε φθάσας εἰς μύλωνα, ποῦ δ' ἂν, ἔφη, σὲ μᾶλλον εὔρειν ἐβουλήθην ἢ ἐνταῦθα;

Μῦθος τυς'. Σελήνη καὶ Μήτηρ.

**Σ**ελήνη ποτὲ εἶδετο τῆς ἑαυτῆς μητρὸς, ὅπως αὐτῇ χιτώνιον ὑφάνη σύμμετρον. Ἡ δὲ εἶπεν· καὶ πῶς σύμμετρον ὑφάνω; νῦν μὲν γὰρ ὀρᾶς πωσέλιον, αὐτὴς δὲ μλωσειδῆ, ποτὲ δὲ ἀμφικύρτον.  
 Ὅτου πρὸς ἄνθρωπον ἀνόητον καὶ φαῦλον οὐδὲν ἐστὶ μέτρον ἐσίας.

1. Ex Plutarcho.

2. Ex eodem, in *Coniugal. Praeceptis*.



Fab. CCCXCIV. Festa Dies et Postridiana.

**A**iunt Postridianam Diem cum Feria contendisse, eique exprobrasse, quod ipsa quidem plena negotii ac curarum esset, illa vero placide et iucunde a se paratis frui soleret. Sed Feriam ad eam respondisse ferunt, Vera sunt quae dicis; at si ego non essem, ubinam esses tu?

Fab. CCCXCV. Servus fugitivus.

**F**ugitivum quidam Servum, quem tamdiu quaesiverat, quum demum in pistrinum quoddam profugientem vidisset, Quo in loco, inquit, magis idoneo te deprehendere poteram?

Fab. CCCXCVI. Luna et Mater.

**L**una quondam a Matre petiit, ut sibi tuniculam texeret corpori suo congruentem. Sed illa, Quomodo, ait, congruentem texere possim, dum te modo plenam, modo dimidio orbe, modo in cornua attenuatam videam?

Ita homini dementi et pravo nulla opum mensura esse potest.



Μῦθος τυζ'. Ἀλώπηξ καὶ Γέρας.

**Ο**ι τοιαῦτα προβλήματα καθιέντες οὐδὲν ἀντὶς Ἀισωπεῖς γέρας καὶ ἀλώπεκος ἐπεικέσθησαν πρὸς κοινωσίαν φανεῖον· ὧν ἡ μὲν ἔτνος τι λιπαρὸν κατὰ λίθου πλατείας καταχεαμένῳ, ἀλλὰ γέλωτα πάχισαν ἠνία· ἐξέφύγε γὰρ ὑπέπιτι τὸ ἔτνος τὴν λεπτότητα τῆς σώματος αὐτῆς. Ἐν μέρει τοίνυν ἡ γέρας αὐτῇ καταγγείλασα δεῖπνον, ἐν λαγυνίδι πρῆθηκε λεπτὸν ἐχούση καὶ μακρὸν τράχηλον, ὥστε αὐτὴν μὲν καθιέναι τὸ στόμα ῥαδίως καὶ ἀπολάθειν, τὴν δὲ ἀλώπεκα μὴ δυναμένην κομίζεσθαι συμβολὰς περιπέσας.

Οὕτω τοίνυν, ὅταν οἱ φιλόσοφοι παρὰ πότον εἰς λεπτὰ καὶ διαλεκτικὰ προβλήματα καταδύντες, ἐνοχλῶσι τοῖς πολλοῖς ἐπιθεῖναι μὴ δυναμένοις.

Μῦθος τυή. Σάτυρος καὶ Πῦρ.

**Τ**οῦ σατύρου τὸ πῦρ, ὡς πρῶτον ὤφθη, βελομένου φιληῖσαι καὶ περιβαλεῖν, ὁ Προμηθεύς· τράγος, γένειον ἄρα πονθήσεις σύγε, καίει τὸν ἀψάμενον, ἀλλὰ φῶς παρέχει, καὶ θερμότητα, καὶ

1. Ex Plutarcho, in *Symposiac.* I. *Quaest.* 1.

2. Ex eodem, *De capienda ex inimicis utilitate.*

Alia quoque Aesopiarum fabularum fragmenta apud Plutarchum inveniuntur, ut de Aquila et Regulo, in libro, *An seni gerenda sit Respublica*, de Fele et Gallinis



## Fab. CCCXCVII. Vulpes et Grus.

**V**ulpes ad coenam quum Gruem invitasset, pulstem tenuem in tabula proposuit, quam ob diffluentem liquorem haec edere, autprehendere rostro nequiret, et ita ridicula esset. Grus itaque vicissim Vulpem ad convivium vocavit, eique cibum in laguncula proposuit, quae tenue, et longum collum habebat, ut ipsa per id rostro inserto cibum facile capere posset; Vulpes vero nullo modo aliquid arrodere potens, paria referret.

Ita etiam quando philosophi inter pocula subtiles et dialecticas quaestiones suscipiunt, reliquis, nihil earum intelligentibus, molestiam exhibent.

## Fab. CCCXCVIII. Satyrus et Ignis.

**Q**uum Satyrus Ignem primo visum osculari vellet et amplecti, his eum monuit Prometheus; At flebis ustam protinus barbam, Caper; etenim tangentem urit; sed lumen praebet, et ea-

aegrotantibus, nobis num. XIV. in Libro, *De fraterno amore*, de Canibus pelles in flumine positas vorare conantibus, nobis num. CCLXXXIX. in Lib. *Adversus Stoicos*, et alibi alia.



τέχνης ἀπάσης ὄργανόν ἐστι τοῖς χρῆσθαι μα-  
θούσιν.

Μῦθος τυθ'. Ἐλαφος, Λέων, καὶ Ποιμὴν.

**Ε**λαφον διώκει λέων· ἡ δὲ φεύγουσα ὑπεξά-  
γει, καὶ καταδύεται εἰς ὄρυμόν βαθύν. Ὁ δὲ  
λέων, ὅσα γὰρ ἀλκῇ προὔχει, τάχει λείπεται,  
ἵπισας τῷ ὄρυμῳ, ἐρωτᾷ ποιμένα, εἴ πῃ εἶδε  
πτήξασαν τὴν ἔλαφον. Ὁ δὲ ποιμὴν οὐκ ἔφη εἶ-  
δέναι· καὶ ὁμοῦ λέγων, τὴν χεῖρα ἀποτείνας,  
ἴδειξε τὸ χωρίον. Ὡς χετο ὁ λέων ἐπὶ τὴν δειλαίαν  
ἔλαφον. Ἡ δὲ ἀλώπηξ πρὸς τὸν ποιμένα λέγει·  
Ὡς δειλὸς ἄρα καὶ πονηρὸς ἦθα· δειλὸς μὲν πρὸς  
λέοντας, πονηρὸς δὲ ἐς ἐλάφους.

Μῦθος υ'. Ποιμὴν καὶ Μάγειρος.

**Π**οιμὴν ἀνὴρ καὶ μάγειρος ἐβάδιζον ἄμφω κοι-  
νὴν ὁδόν. Ἰδόντες δὲ ἐκ ποίμνης ἄρνα εὐτραφῆ  
πλανώμενον, ἀπολειφθέντα ἴδ' σωνόμων, ὥσαντο  
ἐπ' αὐτὸν ἄμφω. Ἦν ἄρα τότε ὁμόφωνα καὶ τὰ  
θηρία τοῖς ἀνθρώποις. Ἐρωτᾷ ὁ ἀμνός, τίς ὧν  
ἐκάτερος ἐθέλει αὐτὸν μεταχειρίσασθαι καὶ ἄγειν.  
Ὡς δὲ ἐπύθετο τὰληθῆ αὐτὰ καὶ ἀμφοῖν τὴν τέ-

1. Ex Maximo Tyrio, *Dissert.* III. iuxta Davisium.

Haec fabula paucis discrepat a superius relata nu-  
mer. X. sed hanc quoque heic ponere operae pretium  
duximus, ut magis magisque innotescat, quam varie a



lorem, et usus eius gnaris instrumentum est omnium artium.

Fab. CCCXCIX. Cerva, Leo, et Pastor.

**C**ervam insequebatur Leo : illa fuga evadit, densoque quodam abdit se in nemore. Leo vero, qui quantum robore Cervam vincit, tantum velocitate a Cerva vincitur, nemus adit, quaeritque ex Pastore, sicubi latitantem vidisset Cervam. Negat Pastor, simulque manu protensa locum ostendit; atque ita Cervam miserrimam invadit Leo. Vulpecula autem, Nae tu, inquit Pastori, imbellis simul improbusque es; coram Leone quidem imbellis, improbus vero in Cervam.

Fab. CD. Pastor et Lanio.

**P**astor et Lanio idem iter habebant. Quum itaque inter eundem pinguissimum agnum seorsim e grege suo aberrantem et a ceteris relictum vidissent, ambo in illum accurrerunt. Bruta tunc temporis humana voce loquebantur; quapropter agnus, ut sciret cui se se committeret, quis uterque eorum esset exquirebat. Quod ubi intellexit,

variis Aesopiae fabulae narratae, atque mutatae sint, ut in *Prolegom.* observavimus.

2. Ex eodem, *Dissert.* XXV.



χνύω, φέρων ἑαυτὸν ἐπιτρέπει τῷ ποιμένι, λέγων πρὸς τὸν μάγειρον· σὺ μὲν γὰρ δῆμιός τις εἶ καὶ μισαιφόνος τῆς ἀρνῶν ποιμένης, τέτρω δ' ἔξαρκέσει καλῶς τὰ ἡμέτερα ἔθνη.

Μῦθος υἰ'. Γεωργὸς πύκτης γινόμενος.

**Π**ατήρ τις ὡς ἐθείασατο υἱὸν αὐτῆ, ἐκπεσεύσας ἐκ τοῦ ἀρότρου τὴν ὕνιν πρὸς τὸ ἄροτρον καθαρμόσαι, τῇ χειρὶ ἀντὶ σφύρας χρώμενον, ἐπὶ τέτρω πυκτεύσοντα ἐς Ὀλυμπίαν αὐτὸν ἀνήγαγεν. Ἐνθα δὲ αὐτὸς, ἅτε ἐκ ἐμπείρας ἔχων τῆς μάχης, ἐτιτρώσκετο ὑπὸ τῶν ἀνταγωνιζομένων, καὶ ἠνίκα πρὸς τὸν λειπόμενον ἔξ αὐτῶν ἐπύκτευσεν, ἀπαγορεύειν ὑπὸ τῆ πλήθους τῶν τραυμάτων ἐνομίζετο· καὶ οἱ τὸν πατέρα βοῆσαι φασιν· ὦ παῖ τὴν ἀπ' ἀρότρου. Οὕτω βιασιότῳ ἐς τὸν ἀνταγωνιζόμενον ἐνεγκὼν τὴν πλήγην, αὐτίκα εἶχε τὴν νίκην.

Μῦθος υἱβ'. Νεανίσκος καὶ Ἴππος.

**Ν**εανίσκος τις ἐφ' ἵππον ἀνέβαινε μαινόμενον. Ἀρπάσας γὰρ αὐτὸν ἔφερον ἄρα ὁ ἵππος· ὁ δ' ἐκ ἔτι καταβῆναι, τῆ ἵππε θέοντος, ἐδύνατο. Καί τις ἀπαντήσας ἠρώτησεν αὐτὸν, ποῖ ἂν ἄπεισιν; Ὁ δὲ εἶπεν, ὅπερ τέτρω δοκεῖ, δεικνύς τὸν ἵππον.

1. Ex Pausania, Lib. VI.

2. Ex Luciano, in Cynic. Tom. III. pag. 550.



artemque utriusque percepit, Pastori statim se tradidit: Lanioni contra, Tu, inquit, carnifex es, gregisque nostri crudelis mactator: proinde mores nostri cum Pastore magis congruunt.

Fab. CDI. Rusticus factus Athleta.

**P**ater quidam filium suum quum vidisset vomerem de aratro forte excussum manus suae ictu tantum, quasi malleo, suum in locum restituisse, eum protinus Olympiam duxit, ut in pugilatu certaret. At ille artis imperitus ab adversariis male multabatur, quumque congressus cum eo, cui extrema obtigerat sors certaminis, vulneribus iam prope confectus succumberet, Pater id videns, Fili, inclamavit, vomerem ab aratro excussum tibi memora. His ille excitatus adeo grave in adversarium suum vulnus intulit, ut statim victoriam reportaret.

Fab. CDII. Iuvenis et Equus.

**I**uvenis quidam furiosum Equum conscenderat. Equus itaque eum raptum auferebat. Ille, qui non iam descendere ab Equo currente posset, interrogatus ab eo, qui obviam forte fuerat, quorsum abiret, Equum monstrans respondit, Quorsum huic visum fuerit. Sic vos interroganti, Quorsum feramini, siquidem verum respondere



Καὶ ἄλλοις ἂν τις ἐρωτᾷ, ποῖ φέρεσθε; τάλιθῃ ἐθέλοντες λέγειν, ἐρῶσιν, ἀπλῶς μὲν, ὅπερ ἂν ταῖς ἐπιθυμίαις δοκεῖ· κατὰ μέρος δὲ ὅπερ ἂν τῇ ἡδονῇ, ποτὲ δὲ ὅπερ τῇ δόξῃ, ποτὲ δὲ αὐτῇ φιλοκερδεΐᾳ, ποτὲ δὲ ὁ θυμὸς, ποτὲ δὲ ὁ φόβος, ποτὲ δὲ ἄλλο τι τοιοῦτον αὐτοῖς ἐκφέρειν φαίνεται.

Μῦθος υγ'. Ἄνθρωπος ἀειθμῶν τὰ κύματα.

**Ἄ**νθρωπός τις ἐπὶ τῇ ἡϊόνι καθεζόμενος, ἐπὶ τὴν κυματογῆν ἀειθμεῖ τὰ κύματα. Σφαλεῖς δὲ ἄχθεται καὶ ἀνιάται, ἄχρι δὴ τὴν κερδῶ παρασᾶσιν εἰπεῖν αὐτῷ· τί, ὦ γυνναῖε, ἀνιά τῶν παρελθόντων ἕνεκα; δέον τὰ ἐντεῦθεν ἀρξάμενον ἀειθμεῖν, ἀμελήσαντα ἐκείνων.

Μῦθος υδ'. Κύων ἐν φάτνῃ.

**Κ**ύων τις, ἐν τῇ φάτνῃ κατακειμένη, ἔτε αὐτῇ τῆς κειθῶν ἐδίει, οὔτε τῷ ἵππῳ διαμαμένῳ φαγεῖν ἐπιτρέπει.

Μῦθος υέ. Πίθηκοι ὀρχήσαντες.

**Λ**έγεται βασιλεὺς τις Ἀιγύπτιος, πιθήκους ποτὲ πυρρίχιζεν διδάξαι, καὶ τὰ θηρία,

1. Ex Luciano, in *Hermotimo*, Tom. I. pag. 829.

2. Ex eodem, in *Timone*, Tom. I. §. 14.

3. Ex eodem, in *Piscatore*, §. 36.

Hanc eandem fabellam et in *Apol. pro iis, qui merc.*



velitis, dicatis simpliciter quidem, Quorsumcumque lubebit cupiditatibus: per partes autem, Quocumque libuerit voluptati; interdum, Quo gloriae studio, interdum, Quo lucri cupiditati: interdum vero iracundia, interdum metus, interdum aliud quiddam ex eo genere auferre vos videtur.

Fab. CDIII. Homo numerans fluctus.

**H**omo quidam in littore sedens, ad fluctuosum mare, fluctus numerabat. Quum vero subinde erraret, graviter id ferre et excruciaciari, donec adstans Vulpes ei diceret, Quid laboras, mi homo, eorum caussa, qui praeterierant? Eos qui hinc oriuntur numerare incipere, illis neglectis, oportet.

Fab. CDIV. Canis in praesepio.

**C**anis quidam in praesepio degens, nec ipse hordeum attingebat, nec equum esurientem attingere sinebat.

Fab. CDV. Simii saltantes.

**D**icitur Rex quidam Aegyptius Simios olim docuisse saltare pyrrhicham, easque bestias, *falcond. serviunt*, cap. 5. iterum Lucianus enarrat, quo in loco, quamquam regum nomina et nucum in ea diversa sint, non tamen diversas fabulas esse putem.



μιμηκότατα δέ ἐσι τῶν ἀνθρώπων, ἐκμαθεῖν  
 τέχιστα καὶ ὀρχεῖσθαι, ἀλουργίδας ἀμπεχόμενα  
 καὶ προσωπεῖα περικείμενα· καὶ μέχρι πολλοῦ  
 εὐδοκιμεῖν τὴν θεάν, ἄχρη δὴ τις θεατὴς ἀσεῖος  
 κάρυα ὑπὸ κόλπον ἔχων, ἀφῆκεν ἐς τὸ μέσον.  
 Οἱ δὲ πίθηκοι ἰδόντες καὶ ἐκλαθόμενοι τῆς ὀρ-  
 χήσεως, τῷ ὅπερ ἦσαν, πίθηκοι ἐγένοντο ἀντὶ  
 πυρρίχιστῶν, καὶ σωέτριβον τὰ προσωπεῖα, καὶ  
 τὴν ἐδῆτα κατερρήγνυον, καὶ ἐμάχοντο περὶ τῆς  
 ὑπώρας πρὸς ἀλλήλους.

Μῦθος υς'. Ζεὺς καὶ Ἔρως.

**Ο**τε τὰς ἀνθρώπους ὁ Ζεὺς ἐγέννησεν, τὰ μὲν  
 ἄλλα πάντα εἶχον ὡς νῦν κεκόσμιται, ἔρως δὲ  
 οὐπω ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀνθρώπων ἐγκατοκίζετο,  
 ἀλλ' ἔχων ἔτι τὸ πτερόν ὁ θεὸς οὗτος μετάρσιον,  
 οὐραῶν τε ἐνωμίλει καὶ εἰς θεοὺς μόνους ἐτόξευεν.  
 Δείσας δὲ μὴ αὐτῷ ἀφανισθῆ τῶν ποιημάτων τὸ  
 κάλλισον, ἔρωτα πέμπει τῷ τῶν ἀνθρώπων γέ-  
 νους ἐσόμενον φύλακα. Ὁ δὲ ταύτῳ ἐκ Διὸς τὴν  
 ἐπιτροπὴν λαβὼν, τὸ μὲν ἀπάσαις ψυχαῖς ἐγκα-  
 τοκίζεσθαι, ἢ πᾶν ἐπίσης ἦθος νεοτελές τε καὶ  
 βέβηλον ἔχειν τέμνος, ἐκ ἐδοκίμαζεν· ἀλλὰ ταῖς  
 μὲν πολλὰς καὶ ἀγελαίας ψυχὰς τοῖς πανδήμοις  
 ἔρωσι, τοῖς τῶν νυμφῶν παισὶ, ποιμαίνειν ἀπένε-  
 μεν, αὐτὸς δὲ ταῖς θείας καὶ οὐρανίας ψυχὰς ἐνω-  
 κίσατο, καὶ ταύτας ἀναβακχέων ἐπὶ μανίαν ἔρω-



cillime enim humanas imitantur actiones, didicisse celeriter, et saltasse in vestibus purpureis, et personatas, diuque probatum spectaculum, donec spectator aliquis urbanus, qui nuces sinu gereret, proiiceret eas in medium: tum vero Simii, visa re, obliti saltationis, repente pro Pyrrhichistis Simii, quod erant scilicet, facti, larvas contrivere, laceratisque vestibus, de fructibus invicem depugnarunt.

Fab. CDVI. Iuppiter et Amor.

**Q**uo tempore homines Iuppiter creavit, ipsi quidem omnia quibus nunc etiam ornantur habebant; sed nondum humanis animis Amor insederat, at pennis instructus, in coelo continuo degebat, Deosque tantum suis iaculis agitabat. Ast verens Iuppiter ne homines, operum suorum pulcherrimum, perirent, Amorem demisit, ut humani generis custos esset. Ille Iovis iussa peragens omnium quidem animis insidere, aut quovis in pectore firmum ac stabile templum locare, haud pro sua esse dignitate indicavit, sed vulgares gregariosque animos vilioribus, Nympharum filiis, amoribus subiecit, ipse vero divinos atque coelestes animos occupavit, eosque suo igne ad amorem excitans, innumeris bonis humanum genus affecit. Quando igitur ali-



τικὴν, μυρία ἀγαθὰ τὸ πῶν ἀνθρώπων γένος εἰργάσατο. Ὄταν μὲν οὖν ἴδῃς τινὰ βραδύν τε τὴν φύσιν, καὶ πρὸς φίλων δυσκίνητον, ἰόησον ὅτι τῶν ἔρωτος ἐκείνου ξενίων εἰδαμῶς ἔπος ἠξιώται. ὅταν δὲ ὀξύ καὶ θερμὸν τὴν γνώμην, καὶ φλογὸς δίκην ἐπ' ἐρωτικὴν φιλίαν ἄττονται, νόησον τοῦτον εἶναι ἐκείνου ξένιον τῷ ἔρωτος.

Μῦθος υζ'. Πῆραι δύο.

**Ἄ**νθρωπος δύο πήρας ἕκαστος φέρει, τὴν μὲν ἔμπροσθεν, τὴν δὲ ὀπίσθεν, γέμει δὲ κακῶν ἑκατέρωθεν. Ἀλλὰ ἢ μὲν ἔμπροσθεν ἀλλοτριῶν, ἢ δὲ ὀπίσθεν τῶν αὐτῶν τῷ φέροντος. Καὶ διὰ τῆτο οἱ ἄνθρωποι τὰ μὲν εἰς αὐτῶν κακὰ εἰς ὄρασι, τὰ δὲ ἀλλότρια πάνυ ἀκριβῶς θεῶνται.

Μῦθος υή'. Χελιδόνες καὶ Κύκνοι.

**Ἐ**πέσκωπτον αἱ χελιδόνες τῶν κύκνων, τὸ μὴ ἐθέλειν ὁμιλεῖν τοῖς ἀνθρώποις, μήτε δημοσιεύειν τὴν μουσικὴν, ἀλλ' αὐφί τῆς λειμῶνας διάγειν καὶ τῆς ποταμῆς, καὶ τὴν ἐρημίαν ἀσπάζεσθαι, καὶ βραχέα μὲν ἄδειν, ἀ δὲ καὶ ἄδοικον ἄδειν ἐν

1. Ex Themistio, Oratione XXI.

Occurrit etiam haec fabula in Galeno, Lib. de cuiusque animi peccatis notitia, nec non in Antonio et Maximo Cap. XLIX. Lib. I. Nota est vero illa Phaedri Lib. IV. 9. cuius fabulas cum nostris hisce congruentes



quem vides natura hebetem, et ad amicitiam minime pronum, pro certo habe, eum nequaquam Amoris huius muneribus dignum fuisse: contra vero, si quem prompta ac ferventi mente, et ignis ad instar ad amorem proclivem conspexeris, id praeclari huius Amoris munus esse scias.

Fab. CDVII. Manticae duae.

**O**mnis homo duas Manticas gestat, utramque malorum plenam, sed anteriorem quidem, alienorum, posteriorem eius qui gerit priorum. Propterea homines suapte mala non vident, aliena vero perspicacissime contuentur.

Fab. CDVIII. Hirundines et Cycni.

**H**irundines quondam Cycnos cavillis incessebant, propterea quod nec cum hominibus consuetudinem habere, nec canendi artem in publicum proferre vellent, sed circa prata solum et flumina canerent, ac solitudinem amplecterentur, nec

non semper allegavimus, propterea quod facile per se quisque, dummodo aliquantisper latinis litteris sit eruditus, earum similitudinem dignoscere poterit.

2. Ex Gregorio Nazianzeno, in *Epist.* ad Celeusium Praesidem.



σφίσιν αὐτοῖς, ὡς περ ἀιχλωμένους τὴν μουσικήν. Ἡμῶν δὲ, ἔφασαν, αἱ πόλεις, καὶ οἱ ἄνθρωποι, καὶ οἱ θάλαμοι, καὶ περιλαλῶμεν ἀνθρώποις, καὶ τὰ ἡμέτερα αὐτοῖς διηγέμεθα, ταῦτα δὲ ταῦτα τὰ ἀρχαῖα καὶ Ἀττικά, τὸν Πανδίοσα, τὰς Ἀθήνας, τὸν Τηρέα, τὴν Θράκην, τὴν ἀποδημίαν, τὸ κῆδος, τὴν ὕβριν, τὴν ἐκτομὴν τῆς γλώττης, τὰ χεῖματα, καὶ ἐπὶ πᾶσι τὸν Ἰτυν, καὶ ὡς ἐγρονόμεθα ἕξ ἀνθρώπων ὄρνιθες. Οἱ δὲ μόλις μὲν αὐτὰς ἤξιωσαν καὶ λόγῳ, τῆς ἀδολεχίας μισήσαντες. Ἐπεὶ δὲ ἤξιωσαν· ἀλλ' ἡμῶν μὲν ἕνεκεν, ὡς αὐταί, καὶ εἰς τὴν ἐρημίαν ἀφίκοιτό τις, ὡς ἀκούσαι τῆς μουσικῆς, ὅταν ἀνώμεν τῷ ζεφύρῳ τὰς πτέρυγας ἐμπνεῖν ἠδύ τι καὶ ἐναρμόνιον. Ὡστε εἰ μὴ πολλὰ καὶ ἐν πολλοῖς ᾄδομεν, ἀλλ' αὐτὸ δὴ τῷτο κάλλιστόν ἐστιν ἡμῶν, ὅτι μέτρῳ φιλοσοφοῦμεν τὸ μέλος, καὶ ἐκ ἀναμίγνυμεν θορύβοις τὴν μουσικήν. Ὑμᾶς δὲ καὶ εἰσοικιζομένας οἱ ἄνθρωποι δυσχεραίνουσι, καὶ ἀδέσας ἀποσρέφονται, καὶ μάλα ἐν δίκῃ, αἴγε εἰδὲ ἐκτμηθεῖσαι τὴν γλώτταν δύναθε σιωπᾶν, ἀλλ' αὐταὶ τὴν ἀφωνίαν ὑμῶν ὀδυρόμεναι, καὶ τὸ ἐφ' ὑμῖν πάθος, ἔπειτά ἐστε λαλίστεράι τινος οὐχὶ πῶν εὐγλώττων καὶ μουσικῶν.



pauca solum canerent, sed etiam quod canerent, sibi ipsis canerent, perinde atque eos musices sup-  
paderet. At nostrae, inquebant, sunt urbes, no-  
stri homines et thalami; atque apud homines gar-  
rimus, resque nostras ipsis exponimus, nimirum  
vetera illa et Attica, Pandionem, Athenas, Te-  
reum, Thraciam peregrinationem, affinitatem,  
contumeliam, linguae exsectionem, litteras,  
praeterque omnia Itym, et quo modo ex homi-  
nibus in aves commutatae sumus. At Cycni, quod  
earum garrulitatem exosam haberent, vix qui-  
dem eas sermone dignas duxerunt. At, o prae-  
clarae, inquiunt, caussa nostra in solitudinem  
quoque quispiam libens se contulerit, ut musicam  
audiat, quam Zephyro pennas nostras inflandas  
permittimus, ut suave quiddam et concinnum in-  
spiret. Quare, si non multum, nec apud multos  
canimus, at illud certe in nobis pulcherrimum  
est, quod modum in canendo tenemus, nec musi-  
cam tumultibus permiscemus. Vos autem in ae-  
des admissas homines fastidiunt, et canentes a-  
versantur, idque optimo iure, quippe quae ne  
excisa quidem lingua silere queatis; verum ipsae  
amissam vocem et calamitatem vestram lugentes,  
quavis alia ave profusa lingua praedita et cano-  
ra loquaciores sitis.



Μῦθος υθ'. Κεραμεύς, Ὀνος καὶ Ὀνηλάτης.

**Κ**εραμεύς τις ἔπλαττε πολλάς ὄρνις ἐν τῷ ἐργαστηρίῳ. Ὀνος δὲ παριῶν, ἀκολουθοῦντος ἀμελῶς τῷ Ὀνηλάτῃ, παρακύψας διὰ τῆς θυρίδος ἀνέτρεψε τὰς ὄρνιθας, καὶ τὰ ἐν τῷ ἐργαστηρίῳ σωέτριψε σκέυη. Ὁ ποίησις κύριος τῷ ἐργαστηρίῳ ἐπὶ κρίσιν ἤγαγε τὸν Ὀνηλάτην. Ἐρωτώμενος δὲ ἐκεῖνος παρὰ τῶν ἀπαντώντων, τίνας κένοιτο, ἔλεγεν, ὄντα παρακύψεως.

Μῦθος υί. Λέων καὶ Ταῦρος.

**Λ**έων ποτὲ ταῦρον ὄρα, καὶ τροφῆς μὲν ἐρά, τὰς δὲ τῆς κεράτων δειδίττεται προσβολὰς, καὶ τὸ φάρμακον ἐυρών, εἰ θεραπεύει τὸ πάθος· νικᾷ μὲν αὐτὸν ὁ λιμὸς, καὶ τῷ ταύρῳ κελεύει συμπλέκεσθαι, ἀλλ' ἐκφοβεῖ τῶν κεράτων τὸ μέγεθος. Τέλος πείθεται τῷ λιμῷ, καὶ φιλίῳ πλασάμενος εἰς ἀπάτην τὸν ταῦρον ὑπέρχεται· ὅπου γὰρ τὸ κακὸν πρόχειρον, καὶ τὸ ἀνδρεῖον πεφύβηται, καὶ ἴδοι τὸ βίᾳ κρατεῖν ἐκ ἀκίνδυνον, τὸ λάθρα σοφίζεται. Ἐγὼ γάρ, φησιν, ἐμπαινώ σου τὸ καρτερόν, ὑπεράγαμαι τὸ κάλλος, ὁποῖος μὲν εἶ τὴν κεφαλὴν, ὁποῖος δὲ τὴν μορ-

1. Ex Suida in voce.

2. Ex Nicephoro Basilaca, in Excerptis Allatii p. 125.



Fab. CDIX. Figulus, Asinus, et Agaso.

**F**igulus quidam multas aves in officina formaverat. Asinus vero praeteriens, Agasone negligenter sequente, per fenestram inserto capite aves illas evertit, et vasa, quae erant in officina, confregit. Quum igitur dominus officinae Agasonem in iudicium adduceret, ille ab obviis interrogatus, cuius criminis causa in ius vocaretur, respondit: Ob Asinum qui in officinam introspexit.

Fab. CDX. Leo et Taurus.

**L**eo aliquando Taurum intuitus, cibi desiderio capitur, sed cornuum acie ac ictibus perterretur, nec, compacta licet medicina, animo suo medetur. Ille stimulante fame urgetur, pelliturque ad congregiendum cum Tauro, sed cornuum immanitate deterritus, pugna absistit. Tandem fame suusus, et amicitiam fingens, Taurum adoritur: namque ubi malum ad manum est, fortes etiam ac viriles animi pertimescunt, et si viderint victoriam cum violentia sibi creare periculum, ad occultas fallacias convertuntur. Ego itaque, Leo ait, fortitudinem tuam admiror, pulcritudinem tuam veneror: oh quale nobis caput obiectas! quam praeclara, quam egregia forma es!



φῆν, ὅσος δὲ πύς πόδας, ὅσος δὲ τὰς ὀπλάς, ἀλλ' ὅσον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς φέρεις τὸ ἄχθος· περὶελε γοῦν ἔτω ματαίῃ ἐπιπλοκὴν, καὶ σοὶ καὶ κόσμος ἔσαι τῆς κεφαλῆς, καὶ βάρης ἀπαλλαγὴ, καὶ πρὸς τὸ κρεῖττον μεταβολή. Τί δὲ καὶ δεῖ σοὶ κινάπων, εἰρήνης ἔσης πρὸς λέοντος; Πείθεται τέτις ὁ ταῦρος, καὶ τὴν ἐκ τῶν ὀπλων ἰσχὺν ἀποβαλὼν, τῷ λέοντι λοιπὸν δὲ χεῖρωτος ἦν, καὶ δεῖπνον ἀκίνδυσον.

“Οὕτω τὸ πείθεσθαι τοῖς ἐχθροῖς, μετὰ τῆς ἀπάτης φέρει καὶ κίνδυσον.

Μῦθος υἱά. Ἄνθρωπος καὶ Τέττιξ.

